ciuili, p gl. q̄ eſt in d. l. j. in prin. de acq. re. do. Et per ꝯn̄s tolli no
bis p̄t p Imperatorē, ſicut & actio q̄ eſt de iure ciuili, vt dicit In
no. in d. c. q̄ in eccleſiarū; qa nō vr̄ eſſe in bonis nr̄is, nec ex ipſo
efficimur locupletiores anteq̄ hr̄ditas adeat̄. ff. ad l. fal. l. p̄tia re-
rū. circa mediū. Et de iſto iure delato loqr̄ Ho. in ſum. loco ſ. al
leg. ſi iſto caſu. ſ. qū apparet de expſſa volūtate ltīmantis ꝙ vo-
luit tollere ius q̄ſitū, & hr̄et ad hoc ptātē, p̄t procedere opi. Dy.
in d. cōſi. 10. Fateor tn̄ ꝙ ſi ſimpl̄r legitimaſſet ēt in p̄iudiciū huius
iuris adeundi, nō valeret ltīmatio non citato illo cui delatū eſt,
prout ſentit Hoſt. in p̄alle. loco. & Bal. expreſſè in ꝓœmio. C. cir
ca fi. licet in l. Deo nobis. de epiſ. & cle. in vlt. q. ſentiat ꝯriū ſm
Fed. de Senis. Poſtq̄ igr̄ Imperator p̄t tollere hoc ius dn̄ij acq̄ſi
tū p aditionē hæreditatis, vel ſaltē ipſum ius adeundi delatum
anteq̄ hr̄ditas adeat̄, vt dictū eſt, ſeq̄r ꝙ ſi talē ptātem tranſtulit
in p̄fatū D. ducē, potuit ſimiliter ipſe D. dux ſi voluit; ſed ex di-
cta ltīmatione ſeu ꝯfirmatione q̄ facta fuit in caſu nr̄o apparet
expreſſè, qa voluit, igr̄ ablatū fuit, poſito ꝙ alia citatio facta nō
fuerit. Nā citatio fit vt veniat ad ꝯdicendū ſi vult, qa fortè alle-
gabit aliq̄ cām pp quā Imperator ſibi nō auferret, & ſic debet
fieri eo caſu quo de voluntate Imperatoris nō apparet ꝙ p̄ciſe
voluerit tale ius abſenti tollere, niſi primò ipſum audierit. Sed
in caſu nr̄o apparet, ꝙ preciſè voluit ſibi auferre, vnde alia cita
tio nō erat neceſſaria; qa poſito qđ veniſſent, nō poterāt volun
tati legitimantis præciſè ꝯdicere, vel obuiare. Et citatio de illo
qui nō pōt ꝯdicere vel impedire actum, non eſt neceſſaria. ff. de
fideicō. li. l. 4. in §. j. ibi. & cum inuitis alijs &c. ꝙ aūt p̄ciſè volue
rit illis præiudicare patet; qa eos vocari non fecit, & tn̄ dixit nō
obſtāte ꝙ hæreditas Viſcardini eſſet p alios adita &c. tūc ergo
nō fieret illis præiudiciū in tali iure, qn̄ iſta tria concurrerent,
ſ. ꝙ nō conſenſiſſent, nec fuiſſent citati, nec appareret de volūta
te legitimantis ꝙ eis abſentibus præiudicare voluerit, & ius p̄-
dictū eis auferre; & quodcūque iſtorū deficeret, ſecus eſſet. De
primo patet in l. fi. ff. de nata reſti. De ſecundo patet ex no. per
gl. in ſi. in l. j. §. cum dr̄. ff. ſi cui plus q̄ p l. fal. in gl. q̄ incipit. ſi igr̄ [a]
nō venerint &c. De tertio patet ex d. l. 4. §. j. de fideicō. lib. & in
hoc tertio caſu ſumus de p̄nti. ¶ Concludit̄ ergo, ꝙ ſi præfatus
D. dux modernus habet ſpālem ptātem legitimandi ētcū præ-
iudicio agnatorū qbus delata eſſet hr̄ditas, & qa eā adiuiſſent;
prout in multis priuilegijs vidi, cū Imperator hoc facere poſ-
ſit ſm Hoſt. vbi ſ. Et hoc apparet ex tenore ltīmationis ſeu cō-
firmationis factæ p D. ducem p̄ntem de legitimatione facta p
fratrē eius, ꝙ tale præiudiciū facere voluit agnatis, dicta hære-
ditas Viſcardini ptinet ad dictum Ioannē, poſito ꝙ dicti agna
ti non fuerint citati nec cōſenſerint; quia ſi potuit eis inuitis au
ferre hoc ius; ergo & eis abſentibus, & non citatis. dicta l. 4. §. j.
ff. de fideicō. lib. q̄ ſic debet intelligi; ſi. n. fuiſſent citati & contu
maces, haberentur pro præſentibus. C. de iudi. l. properādum.

a ¶ Retro. Adde eundem Paul. de caſt. ſuprà in cōſi. 178 in nu. 6. & quod ibi dixi in apoſtil.

§.cum autẽ.plus vr̃ ꝓbabiliter dici poſſe, ꝙ ẽt ſi alia ptãs legiti- mãdi ſpecialiter data nõ apparet duci Mediolani; Ea eo tñ ſolo ꝙ cõceſſus fuit ſibi ducatus Mediolani cũ alijs terris, inter quas eſt ciuitas Pergami, & ſic factus eſt in dictis terris princeps perpetuus non tpalis, cenſet in ipſum tranſlata in ꝯñtiam oĩs ptãs Imperialis in terris p̃ſatis, vt ea poſsit uti uice Imperij, cũ Imperator ibi nullam iuriſdictionẽ exerceat ꝑ aliũ q̃ ꝑ ipſum D. Ducẽ. Et ſic vr̃, ꝙ quantũ ad dictas terras & bona ibi ſita & ſubditos ſuos potuerit legitimare cũ p̃iudicio agnatorũ ſaltẽ quo ad hæreditatẽ delatã & nõ aditã, ſicut poſſet ipſe Imperator. ar. ff. de offi. p̃ſe. p̃to. l. 1. §. pe. ibi credit. n. princeps &c. Et ad hæc bñ faciunt uerba priuilegij p̃ſati D. Ducis in duobus locis. Primò ibi dũ dicit, & gerere & facere in ducatibus Mediolani &c. ꝑ dictis q̃ nos & Romani Reges & Imperatores gerere & facere & expediri poſſemus, ẽt de plenitudine poteſtatis. &c. Et ẽt ibi decernẽtes, ꝙ tui hæredes & ſucceſſores tui &c. oĩ dignitate & notabilitate iur. ptãte vt tutor & curator ſubdit, q̃b. alij principes ſignati in dicto priuilegio, ꝙ aũt dixi. s̃. in generali mãdato non cõprehendi ea q̃ principi ſpecialiter ſunt reſeruata, ꝓcedit in generali mandato facto magiſtratui tẽporali, q non ꝯſtituit princeps nec dña prouinciæ, ſed ſimplex & nudus miniſter. Secus in ꝑpetuo q cõſtituit princeps & dñs; & ſic habet ius in re, fructus, & cõmoda, ſuos, & ſua facit; vnde plus iuris cenſet habere. Sicut in ſimili videmus, ꝙ ſimplex adminiſtrator legitimus q ñ habet ius in re nec fructus ſuos facit, vt tutor & ꝓcurator non põt cõſtituere procuratorem ante lit. cõteſta. C. de cura. l. neq;. & tamẽ ſecus in eo q habet ius in re & fructus ſuos facit, ut eſt pater in aduentitijs. l. 1. C. de bo. mater. & p̃lati eccleſiarũ. ut not. in d. l. neq;. ꝑ doct. uel ꝓcedit qũ uerba de q̃b. s̃. nõ eſſent appoſita ĩ priuilegio generali. Reges ergo, Duces, Comites, & Marchiones in eorum terris uĩdẽtur eſſe principes, & omnia poſſe quo ad ſubditos eorum, q̃ poſſet ipſe Imperator, in ꝯſequẽtiam dictarum dignitatum maximè in caſu noſtro per appoſitionem dictorum uerborum, de q̃b. s̃. non ſic in prælatis eccleſiarum, licẽt ſint perpetui, quia nõ domini ſed procuratores eſſe dicuntur ex. de dona. c. 2. & magis eſt ſtricta eorum ptãs reſpectu Papæ, q̃ dñorum tpalium reſpectu Imperatoris; ſed extra terras eorũ manus extẽdere non poſſunt; ſic intelligo no. in Spe. de inſtr. edi. §. reſtat. uer. ſed qs põt ſacere tabelliones &c.

S V M M A R I A.

1 *Legatarius an poſſit habere duas quãtitates relictas in diuerſorũ teſtamentis, quæ unum teſtamentum cenſentur ut defuncti & eius hæredis.*

2 *Grauati in primo teſtamento quando non ſunt omnes inſtituti in ſecundo teſtamento, quomodo diuerſas ſummas computent.*

3 *Legitima & trebellianica quomodo detrahenda.*

CONSILIVM XXXV.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Vr̃ dicendũ, ꝙ utrunq; legatum poſsit peti tam de centum marchis, q̃ de quingẽtis ducatis; qa fuerũt facta in teſtamentis diuerſorũ. ſ. primũ in teſtõ ſer Leonardi, ſm in teſtõ Antonij filij eius, ergo &c. ff. de leg. 1. l. planè. la. 2. in §. 1. uer. ſed ſi duorũ teſtamẽtis, ubi ẽt ſi cõſiſtat utrũq; in eadem re uel ſpecie quæ nõ recipit multiplicationẽ vel duplicationẽ, nihilominꝰ ex utroq; teſtõ p̃t peti, ut ex uno cõſequat̃ æſtimationẽ, ex altero rẽ; fortiꝰ in caſu nr̃o, cũ cõſiſtat in quantitate quæ põt duplicari & multiplicari. arg. l. Lucius. §. impuberẽ. ff. de leg. 2. & d. l. planè. §. 1. uer. ſed ſi non corpus. ¶ Sed ad hoc põt r̃nderi, ꝙ procedere poſſet in teſtamentis penitus diuerſorũ; ſed hic in teſtõ defuncti & hæredis q reputantur idem. Et iõ idem eſt ac ſi in teſtõ eiuſdem, & hoc dicit gl. in d. §. j. verſ. ſed ſi duorum, ſuper illo verbo duorũ. per l. huiuſmodi. §. ſi Sempronius. eo. tit. ¶ Secundò ad idem, quia cõſiſtunt ambo in quantitate, quæ cum ſit multiplicabilis etiã ſi in teſtõ verè vnius pluries legetur, pluries debetur. vt in d. §. j. ver. ſed ſi non corpus. fortius ergo ſi in teſtamentis verè diuerſorũ, qui tñ fictione iuris reputentur idem. ſ. defuncti & hæredis; ſed ad hoc reſpondetur, ꝙ procederet ſi eadem quantitas pluries legaretur ſimpliciter, non ob certam & determinatam cãm non reiterabilem, aliàs debetur vltimũ tm̃. vt l. libertis. la. 2. in prin. ff. de ali. & ciba. lega. & not. expreſſẽ & plenè per Bart. in l. cum centum. ff. de adi. lega. ante fi. ibi dum dicit. aut legatum eſt ad vnam & eandem cauſam, & ſtatur vltimo. vt l. libertis quos. in prin. ff. de alim. & ciba. lega. &c. ¶ Tertiò ad idem, ꝙ poſsit peti tàm ex teſtõ defuncti q̃ hæredis, vr̃ probari in l. Mæuius. ĩ prin. ff. de leg. 2. ſed certè non ob. qa non dr̃ ibi ꝙ ex vtroque petatur integrum, imo quatenus ꝯcurrũt petitur ex teſtõ defuncti, ſed quatenus in teſtõ hæredis plus eſt relictũ, illud petitur ex teſtõ hæredis; & in dubio ſi verba prolata ab hærede p̃nt importare plus, vel aliud q̃ legauerit, defunctus præſumitur hoc voluiſſe potius, q ꝙ voluerit illud idẽ legare, ne legatũ hæredis ſit inutile; & hoc dr̃ in d. l. mæuius. in princ. Et hoc ẽt dr̃ in caſu nr̃o. ſ. ꝙ non dẽt iſte hr̃e vel petere integras centũ marchas ex teſtõ defuncti. ſ. ſer Leonardi, & integros ducatos quingentos ex teſtõ Antonij. Sed centũ marchas ex primo teſtõ & quatenus excedit ſummã quingentorũ ex teſtõ hæredis ꝑ illã. l. mæuius, q̃ vr̃ potius facere pro, q̃ ɜ, ſi bene inſpiciatur. & per l. qd ergo. la. j. in prin. ff. de lega. j. ¶ Quartò ad idem; nam legatũ de marchiacẽtum factum in primo teſtõ non fuit factum ab Antonio filio inſtituto, ſed a ſubſtitutis datis illi filio ſi decederet ſine liberis, ut patet ibi, dum dicit; ita tñ ꝙ tunc & eo caſu præfati ſer Iacobus ſer Nicolaus & Nicolaus teneãtur, & debeant prædictas oẽs filias dotare cũ centũ marchis &c. Præfatus ergo Antonius filius nunquã fuit obligatus ad dictas centũ marchas, nec poterat obligari ſi uixiſſet, & in eius uita iſta filia ſororq; eius nupſiſſet; tunc. n. in nulla certa quantitate ſibi danda grauatus erat dictus filius, ſed ſolum ꝙ dotaret eã iuxta ſuã poſsibilitatẽ, vt patet. s̃. in prin. thematis. Oblĩo verò dictarũ centũ marcharũ inceptura erat poſt mortẽ Antonij in ꝑſonas ſuorũ ſubſtitutorũ; nõ ergo vr̃ dici poſſe ꝙ dictus Antonius reliquerit dictos 500. ducatus aĩo ꝯpenſandi cũ eo, ad qdꝰ ipſe nõ tenebatur, ſed alius vel alij. ſ. dicti ſubſtituti erant obligãdi. arg. ff. de ꝯpen. l. in rem §. fi. Iura. n. q̃ dicũt ꝙ quis aliqñ præſumitur relinquere aĩo cõpenſandi, puta cum debito legali vel neceſſario. ſ. ſoluto matri. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pr̃. ff. de lega. 2. l. Titia. §. qui in vita. loquunt̃ qñ ipſe relinquẽs tenebatur ad tale debitũ neceſſariũ ſi bene inſpiciãtur, non qñ alius. Sed ad hoc r̃ndetur, ꝙ hic illi idẽ ſubſtituti, q erant debituri, fuerũt ab iſto Antonio hæredes inſtituti; vnde ſicut teſtm̃ hæredis, & teſtm̃ defuncti reputantur vnum & idẽ, ne inducatur repetitio legati q̃ habeat hæredẽ grauare, vt l. huiuſmodi. §. j. ff. de lega. j. Ita vr̃, ꝙ debitum hæredis incepturum poſt mortem defuncti reputetur eſſe debitum defuncti, quantũ ad hoc vt defunctus cenſeatur reliquiſſe aĩo cõpenſandi cũ illo; ſicut cẽſeretur reliquiſſe aĩo cõpenſandi cum illo, ad quod ipſe teneretur, ſeu cum proprio, ne hæres duplici onere grauetur. vt d. l. Titia. §. qui in vita. vbi ponitur iſta rõ, qñ erat debitũ ad quod defunctus tenebatur; quæ rõ locum habet in caſu noſtro quod eſt debitum ad quod defunctus non tenebatur, ſed hæres eius erat obligandus poſt illius mortem; & quod hr̃ in l. pen. ff. de dot. præle. in tex. & gl. ¶ Quintò ad idem quod in dubio nõ
a vr̃ relictum aĩo compenſandi ª ẽt cum proprio, qñ non eſt debitum legale, ſeu quod habebat cãm neceſſariam, ſed eſt debitũ proueniens ex ɜ̃ctu vel quaſi, & ꝑ ꝯñs habet cãm & originẽ voluntariã, licẽt ex poſtfacto ſit neceſsitas. C. de act. & obli. l. ſicut iuncta. l. creditorẽ. ff. de leg. 2. & l. 1. §. ſciendum. ff. de rei vxo. act. & plenè ꝑ doc. in l. ſi cũ dotem. §. ſi pr̃. ff. ſol. mat. Sed hic eſt hmõi, quia orit̃ ex quaſi ɜ̃ctu ſi dicti fideicõmiſſarij acceptant fideicommiſſum vl̃e, ſicut oblĩo hæredis ad legata orit̃ ex quaſi ɜ̃ctu qui celebratur in aditione hæreditàtis. ff. quibus ex cau. in poſſ. ea. l. apud iul. in fi. ff. de act. & obli. l. ex maleficijs. §. hæres. cum concor. & ſic hẽt originem voluntariã; quia nemo cogitur adire vel acceptare fideicõmiſſum inuitꝰ. C. de iure delib. l. nec emere. licẽt ſecus ſit qñ eſt debitum legale hñs cãm a principio neceſſariam. d. l. ſi cum dotẽ. §. ſi pr̃. ff. ſol. mat. ¶ Sed r̃ndet, illud verum eſſet ſi relictum fieret ſimplr̃, nõ ſic qñ ob eandem cãm ob quam aliud debitum ẽt voluntarium præceſsit. vt patet in l. hmõi. §. cum pr̃. & his q̃ ibi not. per doc. ff. de leg. j. Nam licet pr̃ teneatur obligatione vel neceſsitate legali dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nup. non tñ eſt aſtrictus ad certam quãtitatẽ; ſi ergo ſe aſtringit ꝓmittẽdo, hæc aſtrictio eſt merè volũtaria, quia non cogebatur facere, ſed poterat incipere a traditione, & fortè minoris ſummæ ſi vires bonorũ eius illam certam quantitatẽ promiſſam nõ patiebant̃. l. quæro. & l. ſiue gñalis. ff. de iure do. & tñ ſi poſtea legat pro dote, cenſet̃ legaſſe aĩo ꝯpẽſandi cum eo, quod ob eandem cãm promiſerat, ſiue leget illã candẽ rem vel ſpeciem quam promiſerat, ſiue promiſerat quantitatem &c

a ¶ Cõpẽſandi. vide Bal. in conſ. 84. in 2. parte.

tem,& legat quantitate maiorem vel minorem; vbi per Bar. &
C.de leg.l.filia legatorum per eundē.& per Cy.¶ Sextò & vlti-
mò ad idem,quia iſte Antonius filius & hæres inſtitutus nō in-
ſtituit hæredes oēs tres ſubſtitutos, ſed duos tm̄ ſcu filios eorū
ſer Nicolaū & ſer Iacobum.Ioānē verò qui erat vnus de tribus
ſubſtitutis,non inſtituit;vñ nec tenetur ad legatum 500.ducato
rum relictum ab hæredibus Antonij, poſtq̄ non eſt eius hæres;
nec p ɔ'is cenſet̄ releuatus ab onere legati de marchis centū fa
ctis in primo teſtō a dictis ſubſtitutis. Nā ſi iſte Antonius inſti-
tuiſſet hæredes alios extraneos non p̄dictos ſubſtitutos; negari
nō poſſet qn dicta filia poſſet petere legatū centum marcharū a
ſubſtitutis p̄dictis ex teſtō primi teſtatoris, & legatum de quin
gentis ab hæredibus Antonij ex teſtamēto ipſius Antonij;quia
a diuerſis hæredibus dicta legata facta eſſent, ſeu a diuerſis per-
ſonis. Vñ etiam ſi ab vno teſtatore facta eſſent, deberetur vtrū-
que.l.ſeruo alieno.§.ſi a primo.ff.de leg.j.& not.Bar.in d.l.cum
centū.ff.de adimē.leg.Fortius ſi a diuerſis teſtatoribus licèt re-
puteni vnus & idē,vt eſt in caſu nr̄o cū eadē ſit rō,vel maior;&
ſi ita eſt qn̄ nullus de iſtis fuiſſet inſtitutus, idē dēt eſſe qn̄ aliqs
eorū inſtitutus non fuit ſaltem quo ad perſonā ipſius vt teneat
ex teſtō primi teſtatoris. ¶ Breuiter fateor iſtud ɔ̄riū,& dico ꝙ
in hoc ſtat finaliter deciſio huius q̄onis. Nā dico ꝙ illi ſunt ſub
ſtituti, q fuerunt ab Antonio inſtituti & eius hr̄ditatē adiuerūt
vt dr̄, cū teneani ex teſtō Antonij ad legatum maius.ſ.quingen
torū, non tenentur ex teſtō primi teſtatoris tanq̄ ſubſtituti ad
legatum minus.ſ.de marchis centū, ne duplici onere grauētur
pp qd̄ cenſetur hoc maius relictū aio ɔpenſandi cum illo mi-
nori; vnl eſt dicendū, ꝙ vſq; ad illā ſummam q̄ tangit eos de di
cto minori legato teneatur ex teſtō primi teſtatoris. Quatenus
aūt excedat vſque in ſummā 500.ducatorū, teneantur ex teſtō
Antonij.per d.l.quid ergo.in prin.la.j.ff.de lega.j. Non autē ad
vtranque ſummam integrā per iura.ſ.alle,& ēt rōnes.Præfatus
aūt Ioannes,qui non fuit inſtitutus ab Antonio, cum nō teneat̄
ad legatum quingentorum factum in teſtō Antonij, tenetur ad
legatum de centum marchis factum in teſtō ſer Leonardi,tanq̄
ſubſtitutus pro rata q̄ eum tangit.ſ.pro tertia de dictis centum
marchis,ſicut tenereni oēs pro rata ſi non fuiſſent inſtituti a di
cto Antonio;ſm ea q̄ dicta ſunt.arg.l.de tota.ff.de rei vendi.qa
in dicto ſer Ioanne ceſſat rō, de qua.ſ.ſ.ne duplici onere graue
tur;quia non grauatur duplici onere,ſed tm̄ ad illud,cū non te
neatur ad hoc,quia nō eſt hæres Antonij. Poterit ergo dicta do
mina petere quingentos duplicatos ab hr̄dibus Antonij,& non
vltra.Sed a dicto ſer Nicolao poterit petere tertiam partē dicti
legati de centū libris ex teſtō ſer Leonardi, tanq̄ ab vno ex tri-
bus ſubſtitutis,& vtrunque dēt conſequi. ¶ Quod aūt dixi p̄fa-
tos hæredes Antonij teneri ad ducatos 500. ꝓcedit ſi adiuerūt
hr̄ditatē Antonij ſine inuentario. Si verò cū inuentariu, tūc vſ-
que ad duas tertias de centū marchis relictis ab eis, tanq̄ a ſub-
ſtitutis ſimpliciter teneni, ſi dimidia pars bonorū primi teſtato
ris,q̄ ptinet ad eos tanq̄ ad ſubſtitutos,ſufficit. Quatenus antē
excedit vſque in ſummā quingentorū ducatorū,nō tenentur vt
ſubſtituti,ſed vt hæredes Antonij,vt.ſ.dictū eſt. Et ɔſtat ꝙ An-
tonius nō potuit illos grauare in eo qd̄ illis debebat iure dictæ
ſubſtōnis,& ſic in dicta dimidia.ff.de dote p̄lega.l.2.§.idem iul.
q̄rit. imo dictā dimidiā aduerſus legatarios teſtamēti Antonij
tanq̄ eis debitā pn̄t añ oīa deducere.C.ad l.fal.l.irritū.& l.impo
nēda. Eſt ergo videndū, vtrum altera dimidia,q̄ veniebat detra-
hēda de hoc fideicōmiſſo pro ltīma & trebellianica dicti Anto
nij filij grauati,ſufficiat vel nō,ad dictū reſiduū;& ſi ſufficit an
pertineat ad eos,vel non. Nā dr̄ mihi ꝙ teſtm̄ Antonij fuit nul-
lū rōne p̄teritionis,qa præterijt auiā maternā;q.ꝰ ſi ita eſt,hr̄di
tas eius ab inteſtato pertinet ad dictam auiā, & ēt vt dr̄ ad quan
dā eius ſororē vtrinque ɔiunctā.C.ad Tertul.auth.defuncto. te
neni tm̄ virtute clauſulæ codicillaris reſtituere p̄fatis inſtitutis
dictā aliam dimidiam, cū nihil aliud ſit in hr̄ditate Antonij, &
hoc deducta ltīma auiæ, & trebellianica, & ſic dimidiam dictæ
dimidiæ.iuxta no.in auth.ex cā.C.de li.præteri.per gl.& doc. &
Bar.in l.j.ff.de iure codi.in 6.q.Si ergo p̄fata dimidia dimidiæ,q̄
eſt quarta pars totius hr̄ditatis Antonij,& q̄ peruenit ad iſtos in
ſtitutos ab Antonio ex teſtō ipſius Antonij,ſufficit ad id qd̄ eſt
vltra dictas duas tertias centū marcharū vſque ad qngentos au
reos, tenebuntur dicti inſtituti & ſubſtituti ad integros qngen
tos ducatos partim ex teſtō ſer Leonardi,& tanq̄ ſubſtituti di-
cto filio videlicet ꝓ duabus tertiis de tribus centū marcharū; ꝓ
reſiduo verò tanq̄ inſtituti & ex teſtō Antonij, & virtute dictæ
clauſulæ codicillaris ſubſtituti ab Antonio. Si verò non ſuffice
ret dicta dimidia dimidiæ,tunc tanto minus tenerent̄; plus dico
ꝙ auia & ſoror nō pn̄t detrahere duplicē quartam de fideicō-
miſſo,qa eſt purū.ſ.ſi nō valet iure teſtamenti &c.cū ab ipſo ini
tio teſtm̄ eſſet nullū rōne p̄teritionis, ſed vna tm̄ detractio ve-
nit fiēda. iuxta no.in l.q̄q̄.C.ad l. falci. Nā auia cui debet̄ ltīma
detraheret illā ſolā, cū ſit maior q̄ trebellianica;vñ cū in eā cō-
puteī,illā excludit. Soror verò,cui non debet̄ ltīma,non inſtitu
ta turpi perſona detrahet trebellianicā ſolā; vñ illa dimidia di-
ctorū bonorum paternorum,q̄ debebatur Antonio ꝓ ltīma &
trebellianica,pertinet ab inteſtato æqualiter ad auiam & ſoro-
rē;vt in auth.defun.C.ad Tertul.Auia verò tenebit̄ virtute clau
ſulæ codicillaris reſtituere dimidiā dictæ dimidiæ ad ſe perti-
nentē,deducta tertia ꝓ ſua ltīma. Ponamus aūt ꝙ illa dimidia
dimidiæ valet trecenta,certè reſtituet 200.& retinebit 100. So
ror verò tenebit̄ reſtituere alteram dimidiam dimidiæ,retenta
quarta pro ſua trebellianica,& ſic retinebit 75.& reſiduū valens
225.reſtituet. Reperientur ergo dicti ſubſtituti,idemq́; inſtitu
ti habere de dicta dimidia dimidiæ, q̄ pertinebat ad dictū Anto
nium pro ſua ltīma & trebellianica.55.q̄ ſufficiunt ad ſoluēdū
dictū legatū 500.quatenus ad illud tenentur virtute teſtamenti
Antonij.ſ.duas tertias de marchis centū;ideo ſoluent integros
500. aureos. Si verò minus valent,tunc eatenus minus haberēt
ſoluere,quatenus nō ſufficerēt ꝓut diligēs lector clarè & lucu
lēter attēns p̄dictis colligere poterit; in quorū deciſone ampliꝰ
non inſiſto,qa ſatis pn̄t prædicta conſtare ſubtiliter intuenti.

S V M M A R I A.

1 *Hæres,qui non confecit inuentarium,an perdat trebellianicam.*
2 *Minor hæres ſi omiſit inuentarium,an ipſo iure ſit tutus, an opus ſit reſtitu-tione.*
3 *Inuentarij confectionem ſi teſtator remiſit,an uideatur & hæredi remiſiſſe grauamen.*
4 *Fideicommiſſum conditionale an remittatur per pactum de non contrauenien-do diuiſioni.*

CONSILIVM XXXVI.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †Super pri
mo dubio fue
runt opi.inter doc.iuris ciuilis. Nā Iac.de Bel.diſpu
tādo tenuit ꝙ pp nō ɔfectionē inuētarij nō perdat 2
trebellianica,qa nō reperit̄ iure cautū,& inducit Roffre. hoc te
nētē vt ipſe Iac.no.in Auth.de hæredi.& fal.§.hinc nobis.in 14.
q.quā opi.vr̄ ſequi Io.And.in addi.Spe.de inſtru.edi.§.dicto. in 3
add. q̄ incipit de trebellianica dubitat̄ &c. vbi ēt ponit alias rō-
nes,quas dictus Iaco. ꝓ ſe adducit, & tranſit cū illius deciſione,
non reprobando ipſam;vñ tacitè vr̄ eam approbare,idem ēt te-
net.Bar.in l.Marcellus.circa finē. prin.ff.ad Trebel. Alij tenent
a ɔ̄riū [a] quos refert ibi Io.An.Cy.in auth.ſed cū teſtator. in addi.
arguendo pro & ɔ̄. finaliter tenent,ꝙ aut hr̄ditas veniebat reſti
tuenda ſtatim,& tunc non incūbebat hæredi onus ɔficiēdi inuē
tariū,& ſic nō venit priuandus. Aut interuallo, & tunc ſecus,&
ſm hoc in caſu nr̄o, cum veniret reſtituēda non ſtatim, ſed ſub
ɔdōne ſi deceſſerit ſine liberis, incūbebat onus & ſic debuit ꝑ-
dere trebellianicā,ſi non ɔfecit.Bal.in d.auth.ſed cū teſtator. in
1.col.dicit ꝙ primi doc.q tenent,ꝙ trebellianica nō perdat̄,nō
pōderauerūt tex.in Auth.de hæred.& fal.§.hinc nobis. ver. illo
adiecto &c.vbi dicit ipſe expreſſè ꝓbari ɔ̄riū,ꝙ imo perdat; qa
ille tex. gn̄aliter loqꝰ de legatarijs fideicōmiſſarijs citandis in
ɔfectione inuentarij, & ſic loqt̄ nō ſolum de particularibus fi-
deicōmiſſarijs,ſed ēt de vl̄ibus,quos ɔſtat citari dēre qa præten
dunt intereſſe;ergo &c.l. nam ita diuus.ff. de adop.& tn̄ ibi tex.
dicit ꝙ hoc facere dēt hæres, nō ſolū qn̄ timet ne patiatur dā-
nū, ſed ēt ſi vult lucrum ɔſequi.ſ.detractionis quartæ; ergo eſt
ibi expreſſum,ꝙ ſi non ɔficit,lucrum tale non ɔſequitur. Præte
rea inuentariū fit,ne hæres ſubtrahat,& occultet res hæredita-
rias,vt in d.§.hinc nobis.& ſic ita intereſt fideicōmiſſarij vl̄is ꝙ
fiat,ſicut particulariū legatariorum,vel fideicōmiſſariorum;&
hoc qn̄ hæres attingit bona hæreditaria añ reſtōnem,quia tunc
ſuſpitio ſubtractionis imminet. Sed ſi non attingit,ſed adijt,&
ſtatim ſolo verbo reſtituit,tunc ceſſat dicta ſuſpitio,& ſic ꝓce-
dere prima opi.& id qd̄ no.Cy.in d.auth.qd̄ ſatis placet. Et ſic

a ¶ Contrariū.] Adde idē tenentem Bar.in ſuo conſil. 224. incip. Lena Martarelli. & do.Pe.Phi. Cor.in cōſil.303.inc. plura. nu. 10.cum pluribus ſeq. in 1.parte. & in conſi. 180. incip. multitudo. n.22.& ſe in 4.parte.

in caſu nr̃o, q̃a attingit, & dudũ poſt apprehẽſionẽ ĩminet reſtõ
facienda, & multa potuit occultare, dicendũ vr̃ qđ nõ ſit locus
detractioni trebellianicæ, q̃ præſumptio ẽt fortificaẽ ex eo, qđ
ꝓſupponitur ĩ facto qđ multa alienauit et diſsipauit in deroga
tionẽ fideicõmiſsi, ſic & ſubtrahere & occultare potuit, & ꝑꝑ
bonã fidẽ nõ ſernatã nõ ſit locus detractioni; ut. d. §. hinc nobis.
q̃a ꝓſumendũ eſt, qđ tot alia eſſent, q̃ nõ apparent ꝑꝑ nõ cõfe-
2 ctũ inuentariũ, q̃ ſufficiũt ad quartã. † Nec ob. ſi dicaẽ, ꝙ ꝓdicti
hæredes vel aliqui ipſorũ erãt minores. 25. tempore quo debe
bant inuẽtariũ ꝯficere, & ſic vr̃ qđ fuerint excuſati. ut in Auth.
de hæ. & fal. §. pupill'. & qđ excuſatio duret, licẽt poſtea fuerit
facti maiores; iuxta no. p gl. C. de his q̃b. ut ĩdig. l. minorib' & in
l. j. C. ĩ q̃b. cau. in integ. reſt. nõ eſt neceſ. q̃a dicẽdũ ẽ, qđ nõ fue
rũt excuſati ipſo iure, imo pœnas mero iure incurrerint, licẽt ꝑ-
peteret eis reſtit. in integ. vt ibi habeẽ in tex. & glo. ſed in caſu
noſtro trãſactũ eſt, ut dicit, tẽpus reſtõnis petendæ. ergo. &c. C.
3 de tẽpo. in inte. reſt. l. fi. cũ ſimilibus. ¶ † Super ſcd̃o clara eſt re
ſponſio, q̃a diuerſum eſt inuentariũ tutoris ob Inuẽtario hære
dis; & in diuerſis & ſeparatis nõ eſt bona argumentatio de vno
ad aliud. ff. de calum. l. fi. ff. de min. l. pupi. exuli. ff. ver. ob. l. inter
ſtipulantẽ. §. ſacram. ibi. ſed hæc diſsimilia ſunt. &c. Nã olim iu-
re veteri. ff. nõ erat inuẽta cõfectio inuẽtarij hæredis ; nec aliud
ꝓderat, ſed fuit inuẽta p iuſti. ĩ l. fi. C. de iure delib. ſed cõfectio
inuẽtarij tutoris fit: ut. l. tutor q̃ repertoriũ in prin. ff. de admi.
tut. licẽt ergo in caſu nr̃o teſtator remiſit tutori ꝯfectionẽ inuẽ
tarij q̃ ſibi incũbebat quo ad pupillũ, ſi ſic remiſerit pupillo uel
hæredi illã q̃ ſibi incũbebat quo ad creditores, & legatarios, &
fideicõmiſſarios; ergo non fuit hæres excuſatus ab illa, quomi-
nus nõ cõficiendo perdidit trebellianicam; & ſic alienare nõ po
4 tuit vſq; ad eã. ¶ † Quantũ ad tertiũ ſilr̃ clara eſt rñſio, ꝙ non in
tellr̃ remiſſum ius fideicõmiſsi ꝯdõnalis p dictã ſniam, quæ ꝯti
net merã & ſimplicẽ diuiſionẽ; uel poſito ꝙ ꝯtineret clauſulã,
& ꝓmiſsionem de nõ veniendo ꝯ, adhuc idẽ eſſet. ut. l. q romæ.
§. duo fratres. ff. de uerb. oblig. ſm cõem intellectum. ꝙ ibi fuit
malẽ iudicatum. & ibi plene p Bart. in. 1. & 2. q. ẽt ſi fuerunt di-
cti fratres ſciẽtes ſm Bar. licet Dy. ꝯ. quẽ Bar. reprehendit mul-
tis rationibus ; ideo me vlterius non extendo, quia clara ſunt.

a ¶ Peti. ad de D. Bar. Soz. in cõſ. 241. incip. cir. in prin. in 2. par. ꝙ reſtitutio ĩ integ. peti poteſt ubi appoſitio ẽ iure cõi denegatur.

S V M M A R I A.

1 *Ciuitas, uilla, & caſtrum ſecundum communem opi. ſi ſint læſa gaudent priuilegio reſtitutionis in integrum.*
2 *Reſtõ in integrũ aliãs reſtituendis an ſit deregãda in momẽtaneã poſſeſſionẽ; et qđ ſi ſtatutũ dicãt ꝙ finito tali termino habeãtur pro cõcluſo in cãſa. &c.*
4 *Reſpublica læſa utrũ agat contra adminiſtratores, et an in ſubſidiũ reſtituatur.*
5 *Reſpublica una an contra aliam Rempublic. reſtituatur.*

CONSILIUM XXXVII.

I N Chriſti nomine Amen. ¶ Vt bñ attin
gat id de quo
1 q̃rĩ, plura ſunt videnda. † Primũ eſt, vtrũ dictæ cõi-
tati denegeẽ reſtõ ex eo; ꝙ nõ ſit cõitas priuilegia-
ta cui ꝯcedatur reſtõ, & vr̃ ꝙ ſic. Nã q̃cq̃d dicatur in republica
Romanæ vrbis, de qua non eſt dubiũ. C. quib. ex cau. ma. l. reſpu
blica. de iure reipubli. per totũ. & maximè in l. rempublicã. lib.
11. Et ẽt alterius ciuitatis, in qua fuerunt opi. q̃a gl. in d. l. remp.
tenuit idẽ Dy. & ẽt Bar. ibidẽ. & in d. l. reſpub. ſm Iac. But. licẽt
gl. in d. l. reſpub. & ẽt Pet. & Cy tenuerunt ꝯrĩũ, ſed prima opi.
* cõiter tenetur, cũ videamus ẽt alias ciuitates ẽe priuilegiatas in
q̃buſdã. C. de ſac. ſan. eccl. l. fi. ff. de priui. cre. l. fin. §. fi. ¶ In re ꝑ
publica alicuius caſtri, vel villæ, vr̃ ſecus ꝙ non reſtituaẽ, licẽt
regaẽ per alios & p decanos, cũ non reperiaẽ in aliquibus pri-
uilegiata, & ſic loco cuiuslibet priuati non priuilegiati dẽt ha-
beri. ff. de verb. ſig. l. eum qui vectigal. Et ita diſputando tenuit
Accur. vt refert Cyn. in d. l. reſpub. C. quib. ex cau. maio. in 3. q.
& pro hoc gl. q̃ eſt in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. inf.
quæ inci. 10. annorũ, et Spe. idem vr̃ tenere in tit. de reſti. in in-
teg. §. 1. ver. porro. et ver. ſeq. vſq; ad verſ. ſed nunq̃d ꝓlatus. vbi
plenè ꝓſequiẽ hunc articulũ. & refert Ioan. idẽ tenere. & gl. in l.
nihil. ff. ad Mace. ¶ Breuiter his non obſt. doct. moder. vt Iac.
Butri. & Bar. diſtinguunt inter paruas vniuerſitates, quæ regũt
ſe per ſe ipſas non per adminiſtrationes, ut tunc procedat opi.
præcedẽs; & magnas quæ regunẽ per adminiſtratores, ut illæ ſi
culpa adminiſtratorũ uel negligẽtia lædanẽ, reſtituanẽ ſaltẽ ex
clauſula gñali, ſi qua mihi iuſta cã. poſita in l. j. §. fi. ff. q. ex cau.
maio. cũ per illã ſubueniatur omnibus ex quacunque iuſta cau

ſa impeditis vel læſis. Sed Bal. ibidẽ dicit, nõ eſſe diſtinguẽdũ in
ter paruã & magnã vniuerſitatem, cũ ẽt in paruis ſint pupilli &
infantes, furioſi, & ſimi. quorũ fauore mereret uniuerſitas priui
legiũ reſtitutionis, & iſtã opi. qđ indiſtinctè cõcedatur reſtitu-
tio in integrũ vniuerſitati caſtri, vel uillæ, ſiue ciuitatis tenuit
Odoffre. p rationẽ ꝓdictã, q̃ aſsignat Bal. licẽt ipſum Bal. ipſe
nõ alleget, ut refert Io. And. in addi. Spe. titu. de reſt. in integ. lo
co. ſ. alleg. q̃ incipit. ibi p Dy. & dicit ipſam tanq̃ æquorẽ tenẽdã,
q̃ dicit ẽt tenuiſſe Alb. Papi. cũ multis ſodalibus. quẽ refert ibi
Spec. idẽ tenuit Gui. de Suza. ampliãs hoc ad omne corpus. Põt
tamen dici qđ hæc ampliatio facta ad omne corpus ꝓcedat in
corporibus magnis, q̃ regũt ſe p adminiſtratores; ſed in corpori
bus paruis q̃ regũt ſe p ſeipſos, & nõ ſunt ibi niſi hoĩes maio-
res & ſanæ mentis, ꝓcedat opi. Accur. ſed in vniuerſitatibus ci-
uitatũ, caſtrorũ, & uillarũ, in q̃b. ſunt ꝓſtatæ pſonæ reſtitutionẽ
merẽtes procedit opi. moder. ſ. Iaco. But. Bar. Bal. Iaco. de Are.
Odoſ. & Ioan. An. in loco. ꝓallega. qđ indiſtinctè reſti. cõcedaẽ
ex dicta clauſula generali; nõ autẽ ex priuilegio reipublicæ, cũ
apud eas nõ ſit reſpublica. d. l. eum qui uectigal. ff. de verbo. ſig.
2 ¶ † Scd̃o uidendũ eſt, an ſit deneganda reſtõ ex eo ꝙ ſit eã mo
mẽtaneæ poſſeſsionis; ut ſicut non põt in ea appellari, nec de iu
re cõi. C. de momẽ. poſ. l. vnica. nec ex forma ſtatuti. ſ. relati, ita
nec reſtitutio peti poſsit, qđ ur̃ cũ in ea tractetur de modico ꝓiu
dicio. ergo &c. l. ſcio. ff. de reſti. in inte. ¶ Breuiter ſup hoc non
eſt inſiſtẽdũ. q̃a gl. de hoc plenẽ diſputat in d. l. unica. C. ſi de mo
men. poſ. fue. ap. & determinat cõtrariũ ꝙ imo reſti. poſsit pe-
a ti a. ſ. ſicut põt peti a diffinitiua, ſilr̃ ab interlocutoria, uel alio
grauamine. ff. de mino. l. minor. 25. anno. omiſsã. cũ ſimilibus.
3 ¶ † Tertiò uidẽdũ eſt, an debeat denegari reſtitutio ꝑꝑ dictũ ſta
tutũ. ſ. relatum, qđ ur̃ tũ q̃a indiſtinctè loquiẽ ꝙ ſup ſo dicto ter
mino habeaẽ pro cõcluſo in cã, ergo indiſtinctè debet intelligi.
l. de ꝓrio. ff. de publi. Tũ q̃a uerba eius debẽt intelligi cũ effectu.
l. j. in fi. ff. ꝙ quiſq; iuris. & nõ hẽtur ꝓ cõcluſo in effectu ſi ta-
lis cõcluſio poſſet p reſtitutionẽ reſcidi. Tũ q̃a aduerſus ſniam
legis uel ſtatuti nõ põt ꝓponi q̃rela. ff. de uer. ſig. l. ſi qua pœna.
¶ Sed hic nõ obſ. dicẽdũ eſt ꝯrium p gl. q̃ eſt in l. ſicut. C. de ꝓſc.
30. ann. q̃ incipit. q̃a tũc. ibi an aũt reſtituaẽ adultus &c. Nã tex.
ibi dicit ꝙ illa ꝓſcriptio currit adulto; & tñ gl. ibi tenet ꝙ nõ de
negaẽ aduerſus eã reſtitutio, & ſic uerba legis ibi nõ ĩtelligunẽ
cũ effectu. ſ. taliter ꝙ tale bñficiũ reſtitutionis tollaẽ. Nã ẽt ſi di
ceret nõ obſt. quocũq; priuilegio, nõ uidereẽ tollere priuilegiũ
tale corpe iuris clauſũ. iuxta. no. in l. hæres abſens. in prin. ff. de
iud. & in auth. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi. opor. ſic & ꝯ ec-
cleſiã. dicit: l. currere ꝓſc. 40. ann. ut in auth. quas actiões. C. de ſa
cro. ecc. & tñ aduerſus talẽ curſũ nõ denegaẽ reſtitutio. ut no. p
doc. poſt gl. & in c. 1. de reſt. in inte. li. 6. Pro hoc ẽt facit qđ no.
Io. And. in addi. Spe. e. ti. de reſti. in inte. §. 1. in addi. q̃ inci. ſaluo
qđ dr̃ ĩ q̃õne Odoſ. de ſtatuto validãte ꝯctũ minoris, q̃a ñ ĩtellr̃
p hoc denegare reſtõnẽ in integrũ, ſed ſolũ vt valeat mero iure
ſm Odoſ. in publica diſputatione, niſi hoc faceret fingẽdo ipm
maiorẽ. vt plenè no. Bal. in auth. ſi captiui. C. de epi, & cle. vel ni
ſi aduerſarius remaneret decept' legis vel ſtatuti autoritate, vt
patet ex no. p gl. in l. exigẽdi. C. de ꝓc. in vlt. gl. Currit ergo iſta
dilatio ſtatutaria triũ dierũ mero iure, & hr̃ ꝓ cõcluſo & lædiẽ;
ſed ꝯpetit reſtõ, ꝓut in fi. hr̃ ĩ Auth. de hæred. & fal. §. pupill'. in
4 tex. & gl. & ſic dicta ꝯcl'o reuocabit. ¶ † Quartò uidẽdũ ẽ; an de
negeẽ reſtõ ꝑꝑ rigorẽ iudiciariũ ſeruãdũ, qđ vr̃ vlr̃ veũ dẽt niſi
in ſubſidiũ. ſ. ſi adminiſtratores ſunt nõ ſoluẽdo, argu. in l. ꝓpe
rãdũ. §. fi. C. de iudi. Sed ꝯrãĩ ẽ verũ. Nã vt patet ex no. ibi p Cy.
in prin. ſm Pe. illud ꝓcedit, qñ æque bñ ſit ꝯſulti aduerſus admi-
niſtratores p viam & actionẽ ordinariã, ſicut aduerſus aduerſa
riũ petẽdo reſtõnẽ, q̃a vtrobiq; agiẽ ad pecuniã, alias ſec'. l. ẽt ſi.
C. ſi tuto. vel cur. interue. Sed hic nõ æque, q̃a p reſtõnẽ obtine-
bit rẽ ipſam. ſ. poſ. ſed agendo ꝯ adminiſtratores obtineret in-
tereſſe pecuniariũ, et iſta nõ ſunt paria. arg. l. ſi in emptione. ff.
5 de min. ff. de bo. lib. l. libertus q ſoluẽdo. ¶ † Quintò et vlti. vidẽ
dũ eſt, an denegeẽ reſtõ ex eo ꝙ iſta cõitas litigat cũ alia cõitate
pariter et eodẽ priuilegio priuilegiata, qđ vr̃ q̃a priuilegiat' ꝯ
priuilegiatũ nõ vtiẽ ſuo priuilegio agendo, cũ in pari cã potior
ſit ꝯdõ rei q̃ actoris. l. ſi ſeruũ. §. ſeq̃tur. ff. de ver. ob. et eſt caſus
in l. verũ. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de min. ¶ Sed illud eſſet verũ, ſi vtraq; ꝯs
tractaret de damno vitando, vel vtraq; de lucro, tũc. n. eſſet par
cauſ. ;

cauſa; ſecus ſi una de dãno uitando, altera de lucro captando, nam tunc prima præfertur; ut habetur & no. in. d.l.uerũ.§.fi.p docto. Sed hic iſta cõitas, quæ vult reſtitui, certat de dãno uitando.ſ.de retinẽda ſua poſſeſsione, in qua ſi ius habet ut prætẽdit, aduerſa pars tractaret de lucro captando; ergo &c.ut.not.per Cy.in auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccl. ¶Concluditur ergo dictã cõitatẽ poſſe reſtõnẽ petere aduerſus dictam læſionẽ.

S V M M A R I A.

1 *Decretũ ſiuum qual ver iudex debeat inter ponere in rebus minorũ alienandis.*
2 *Notarius ſi affirmat cauſæ cognitionẽ adhibitã fuiſſe per iud. cẽ, an credatur.*
3 *Decretum interpoſitũ ſine cauſæ cognitione adhibita, eſt ipſo iure nulla.*

CONSILIVM XXXVIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶Sup eo ꝙ quæritur, verũ uiſo ſtatuto ſupraſcripto & ẽt inſtrumento circa finẽ, poſſit dici dictũ inſtrumentũ, & obligatio facta ſm tenorẽ dicti ſtatuti.ſ. cum cauſæ cognitione; & an credatur uerbis dicti inſtrumenti, cũ atteſtatur notarius de cauſæ cognitione adhibita. Et videtur breuiter dicendũ ꝙ ſic, prout expreſsẽ uidetur determinare Specu. in tit.de emp. & uendi.§.nunc di-
1 cendũ reſtat,uer.& breuiter ſcias.†vbi per plures.ll.& rationes
tenet, ꝙ qñcunq; in aliquo ꝯctu reperitur interpoſitum iudicis
2 decretũ præſumũtur oĩa ſolẽniter acta^a, & ꝙ ea iſta cã fuerit interpoſitũ, & qđ ꝯctui ẽt cũ pupillo geſto debeat ſtari, niſi pupillus oñdat iudicẽ fuiſſe falſis allegationib. circũuẽtũ. C.de pd. min.l.ſi pſes. Pro hoc facit, qa ꝑ iudice pſumit & ꝑ actu celebrato ab eo vel corã ipſo.ſ.qđ fecerit ſuã diligentiã, & ꝙ ſibi incũbebat. C. de of.ciui.iudi.l.2. extra de ꝓbat.c.in noſtra. & ꝙ no. Inno. in.c. innotuit.de eo q ſur.ord.ſuſce. ¶ In ꝯtriũ facit id ꝙ not. Spe.in eo uer.in fi. ubi q̃rit qđ ſi iudex interpoſuit decretũ ſine cãæ cognitione &c.& remittit ad no. p eũdẽ in tit.de ꝓcura.§.j.uer.ſed qd ſi ſolũ &c. Et ſic innuit, qđ ea quæ in pcedẽtibus dixerat habent locũ qñ appet de cãæ cognitione, qa pquiſiuit & poſtea decretũ interpoſuit, vt tũc ex iuſta cã uideat interpoſuiſſe; ſecus ſi nullo modo pquiſiuit, ſed fidẽ adhibuit minori uel tutori aſſerẽtibus cãm iuſtã ſubeſſe, ꝙ facere nõ debuit.ff.de reb. eorũ.l. magis puto.§.in primis. & ita ipſe declarat in d.§.j. ver.ſed qd ſi ſolũ.inſti.de ꝓcur. dicens qđ ẽt ſi uera ſubſiſtebat cã, ſi tñ iudex de ea non inqſiuit, non ualet interpoſito decreti, tanq̃ interpoſiti ſine cauſæ cognitione, & hoc vř ꝓbari expſsẽ i l.cũ hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac.& d.l.magis puto.§ nõ paſsim. & §.in primis.& §.nõ tñ & §.ſi res.ff.de reb. eorũ. Nã iudex dẽt de cauſis allegatis inqrere, & ſic debuit in caſu nr̃o cõmittere alicui cũ iur̃o, ꝙ ſe informaret & referret; vt eſt tex.i d.§.nec tñ.de reb.eorũ.in fi.ibi.dareq; viatorem, q ſibi renunciet &c.& ibi ponit & colligitur practica huius articuli ꝑ quo in l. 1. & ꝙ ibi no.Bar.C.de præd.curia.lib.10. vbi hř ꝙ qñ decretũ reqrit in aliquo actu deberent allegari cauſæ iuſtæ corã iudice, & ꝓba-
2 ri. † Sed hic iſta non apparent facta; nec creditur verbis notarij
atteſtantis fuiſſe adhibitã cauſæ cognitionẽ, cũ dicta diligẽs inquiſitio & inueſtigatio q̃ reqrebat ſm ea q̃ hñr in d.l. magis puto.§.nc paſsim. cũ ſeq.nõ poſſet fieri tpe, quo inſtrm pdictum celebrabat, imo requirebatur tpis interuallum; ergo &c.iuxta. no.per gl.& Bar.in l.1.C.de fi. inſtr. & iure haſtæ fiſca.lib.10.l. ſciendũ.ff.de ver.ob.per eundẽ.nec ẽt ſi eſſent verba iudicis crederet ſibi, cũ non eſſet in ſua ptãte omittere dictã cauſæ cognitionẽ, igř &c.iuxta no.in l.ſi fortè.ff.de caſtren.pecu.per Bar.& in auth.ſi qs in aliquo docu.C.de eden.iuxta fi.& qđ no.p Cy. & Bar.in l.nõ nudis. & l.non epiſtolis.ff.de ꝓb.& per eundem Bar.in d.l.ſciendũ.ff.de verb.ob.& l.prædia.ff.de acq.poſſ.& in add.Spec.tit.de ſenten.§.vt aũt.iũcta.d.l.cũ hi.§.ptor.ff.de trãſ. Debuit ergo de pdicta inueſtigatione & perquiſitione veritatis cauſæ fieri ſcriptura de per ſe diuerſa ab illo inſtrũ, in qua ptineret narratio & petitio facta per dictũ minorẽ volentẽ ad dictũ inſtrm peruenire cũ allegatione cauſarũ, iuxta.no.in Spe.ti. de procu.§.1.ver. ſed qd ſi ſolũ per libellũ.vbi ponit hanc practicã; itẽ cõmiſsio iudicis facta alicui cũ iur̃o q ſe de prædictis informaret. C.de fi.inſtru.l.ꝯparationes.& d.l.magis puto.§ in primis.vbi tex.itẽ relatio.vt ea.l.§.nec tñ. Sicut qñ agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ dẽt fieri ſcriptura p ſe de tractatu, qui dẽt præcedere; iux.ea q̃ hñr in Specu.tit.de loca.§.ſeq. verſi.&
3 ſcias ꝙ de ipſo tractatu &c. vbi ponit formã. ¶ †Cũ ergo hæc ſi

apparcãt facta, decreti interpoſitio, vř nulla; qa non negligẽda ſed perquirenda res iſta ſibi erat cõmiſſa in d. §. ptor. & l.ſed ſi hac.§.fi.ff.de in ius voc.& qđ ibi p Bar. Et hoc de iure ſcripto; de ꝯſuetu. verò neſcio ſi aliud ſeruetur. Iõ non me intromitto.

S V M M A R I A.

1 *Dos cui remanere debeat, mortua uxore cũ liberis, an marito, an patri uxoris.*
2 *Dos ſi pacto expreſſo debet reuerti ad dotantem ſi ſine filiis decedat, an ex eo reſultat expreſſum pactum deliueranda dote ſi cum filiis decedat.*
3 *Statuta principalis ciuitatis prouinciæ non curantur, ubi in loco ſunt propria & ſpecialia ſtatuta & conſuetudines.*

CONSILIVM XXXIX.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †In caſu pſenti non eſt tractãdũ de dicto pacto de lucrando facto in dicto ꝯctu dotis, qa caſus ibi expreſsi nõ euenerunt, q fuerunt duo; vt ſi maritus pdecederet vxori, vel vxor viro ſine liberis, quorũ neuter euenit, qa pdeceſsit vxor relicto vno filio, & ſic non fuit locus pacto de lucrãdo, imo delata fuit hrďitas materna cũ dicta dote præfato filio, vel de ꝯſue. gñali, vel ſm opi. Mar.q̃ eſt ꝙ dos a pr̃e profecta filia decedẽte cũ liberis viuo patre non redeat ad patrẽ, ſed remaneat apud maritũ pp liberos, & ſic ꝯſuet. aufert patri, cui de iure debet & liberis tribuit, ita. plenè no.in l.dos a pr̃e.C.ſol.ma.& plenè p Bar. in l.poſt dotẽ. ff.e.ti. Vel eſt dicendũ, ꝙ remaneat ea tacito pacto reſultãte ex dicto expreſſo quo pactus eſt př ſibi & aliis propinquis reſtitui
2 dimidiã ſi illa ſine liberis pdeceſſerit. † Vñ in ꝯtrium caſum ſi de
ceſſerit cũ liberis cenſet voluiſſe totã dotẽ donare filiæ, cui poſtea iure hrďitario ſuccederẽt liberi.ff.de pact.dota.l.inter ſocerũ.§.cũ inter. quẽ Iac.de Bel.ſic intellexit in publica diſputatione.& ipſum ſeq: Bar.in d.l.poſt dotẽ. Sumus ergo extra terminos dicti pacti, qa in caſu omiſſo a ꝯtrahentibus.l. ſi cum dotẽ. in
3 prin.ff.ſol.matr.ff.de ꝯdi.ob cãm.l.ſi extraneus. ¶†Eſt ergo vi
dẽdũ mortuo poſtea filio pdicto, cũ eius hrďitas ptineat ad patrem eius de iure cõi.C.ad Tertul.auth.defuncto. qd erit de dote, an remanebit apud patrẽ vnã cũ dicta hæreditare, tanq̃ filij hæredẽ; An aũt redire debeat ad auum maternum virtute ſtatuti.ſ. relati vigentis in loco ꝯctus celebrati, & ẽt originis dicti filij decedẽtis, cũ pfatum ſtatutum non dicatur eſſe in Triuiſio, q̃ eſt caput Marchiæ Triuiſanæ, nec in alijs locis dictæ Marchiæ, vt mihi aſſerĩt, licẽt in pũcto nõ ꝯtineatur; imo ſuccedit ſm ius cõe, vel ẽt alio mõ ſm ſtatuta illius loci.ſ. Triuiſij. Et dubiũ facit pactũ pdictũ in quo partes retulerunt ſe ad vſum & ꝯſuetudinẽ Marchiæ Triuiſanæ. Sed in Triuiſio q̃ eſt caput Marchiæ tale ſtatutũ nõ eſt, imo dř mihi ꝙ ſm ſtatuta & ꝯſuetudines Triuiſij dẽret dicta dos remanere apud patrẽ, q eſt hæres filij ſui; ergo &c.arg.eius qđ no. per gl.in l.ex ea.ff.de poſtu. q̃ dicit, ꝙ
b ſtatuta & ꝯſuetudines ciuitatis debent ſeruari in comitatu;^b &
& eodem mõ in ciuitate q̃ eſt caput ꝓuinciæ in tota ꝓuincia. arg.ff.de legi.l.de qbus. ¶ Breuiter, nõ expedit ſuper hoc inſiſtere, qa ꝓcederent pdicta, ſi & qñ deficit ſpãle ſtatutũ loci vel conſuetudo, ꝙ hic non eſt. vt d.l.de qbus. Nec aliqd facit dictũ pactũ, quia verũ eſt ꝙ ſm tenorẽ dicti pacti dẽt ſeruari ſtatutũ, & ꝯſuetudo dictæ Marchiæ, vel Triuiſij in caſibus expreſsis in dicto pacto, & quo ad lucrum dotis, quorũ caſuum neuter euenit; nec de pñti tractatur de lucro dotis, cui non erat locus, niſi qñ alter ipſorum coniugum ſine liberis decederet, quod hic nõ fuit; ſed tractatur de ſucceſsione fiẽda in dicta dote mortuo filio, cui př fuit hæres, de quo in pacto nihil continetur. Et ideo dicendum eſt, ꝙ dẽt ſeruari ſtatutum dicti loci originis, & vbi fuit dos ꝯſtituta ſ. ꝙ redeat ad patrẽ filiæ prædefunctæ, auũq; maternũ dicti filij poſtea defuncti. per l. oẽs populi.ff.de inſti. & iure.& l.cunctos populos.C.de ſum. tri. cum ibi plenè no.& per l.exigere dotẽ.ff.de ind. ¶ Non aũt ad ciuitatis Triuiſij ſtatutum eſt recurrendũ, niſi in defectum ſpãlium ſtatutorũ & locorũ prouinciæ, vt in d.l.de qbus. Et ſic poterit dictus auus repetere.6.libras ſolutas, & retinere alias ſoluendas, in qbus extitit ꝯdemnatus ex promiſsione quã fecerat; quia ſi ſibi ꝯceditur repetitio & actio, fortius retentio & exceptio.l.1.ff. de ſuperfi. & poſito ꝙ ꝯ cũ fieret executio dictæ ꝯdẽnationis & ſolueret, qa tunc ſibi reſeruatum eſt oẽ ius repetẽdi vt dř, non ꝓhibebit repetere.ar.ff.rerũ amo.l.ſi cũ dos.& in c.debitores.ff.de iurei. & l.ſin autẽ.§.fi.ff.de neg.ge.& qđ no.Bar.in l.j.in prin.ff.qđ vi aut clã.de illo qui coactus fuit ſoluere per inſtrm guarentigiæ,

a ¶ Acta.Vide D.Bartho Soc in conſ.1 c 8. incip. viſis proceſſ v. r. cõfirmatur etiam quia in 3. parte. vbi quid ſit interpoſitã in modũ voluntariæ iuriſdictionis. et quid ſi in modũ contentioſæ iuriſdictionis. et adde Bal.l. in cõſ 184. in 2. par. et in conſ. 66. in 3.par.

b ¶ In comitatu. unde ad hoc quę habẽtur ꝑ dñm Bart. Soz. in cõſ. 271. uerſ 1. illa ratione cum ſe. in 2.par.

ꝫ qđ exce.opponere nõ potuit;q̃a ñ ſit ſibi ꝑiudiciũ,quominus
repetere poſſit ſolutũ;& idẽ no.p eũdẽ.in l.iul.ff.de condi.inde
bi;ſup prima gl.magna. Ex q̃bus patet rñſio ad oĩa dicta q̃lita.

S V M M A R I A.

1 *Statutum uocans maſculos deſcendentes ad hæreditatem aſcendentium exclu-*
ſis fœminis habet locum etiam in hæreditate materna,& aliorum aſcenden
tiũ ex parte matris,& cõprehendit nepotes & alios deſcẽdẽtes.& 2.3.et 4.
5 *Graduum potioritas non attenditur in deſcendentibus.*

C O N S I L I V M XL.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Pñs caſus mo
di eã uĩ hr̃e du-
bitationẽ.Nã de iure cõi tã dictæ filiæ, q̃ dicti nepo-
tes ex filijs ꝑdefunctis admitterent pariter ad hr̃dita
tẽ pr̃is & matris filiæ in capita, nepotes in ſtirpes.C de ſuis & le
1 gi.auth.in ſucceſsiõe,& in corpore. uñ ſumit.†Sed ex forma ſta
tuti ſub rubrica de ſucceſsione aſcẽdentium maſculi excludunt
fœminas, licet fœminæ debeãt dotari, ſi nõ ſint dotatæ;qđ q̃dẽ
ſtatutũ ualidũ eſt,& ubiq; quaſi uiget & ſeruaſ p italiã,ne bona
perueniant ad extraneas familias , & pro conſeruatione maſcu
lorũ & agnatorũ.iuxta no.in l.j.C.de adul.p Cy.& l.liberorũ.ff.
de uer. ſig. p Bar. Sed poſſet forte dubitari de aliquibus.Primò,
an ſtatutum loci, de quo hic,habeat locũ in ſucceſsione mater-
na;quia de paterna nõ dubitaĩ , ut colligiĩ ex narratis in pũcto.
¶ Et breuiter dicendũ eſt,ꝙ ſic,q̃a tã rubrũ q̃ nigrũ dicti ſtatu-
2 ti loquiĩ gñaliter in hr̃ditate aſcẽdẽtiũ;†ſed ex ꝓprio ſignifica-
tu cõprehendiĩ appellatione aſcẽdentiũ ẽt mr̃,uel alius aſcẽdẽs
p lineã maternã;ut colligiĩ ex auth.ceſſante.C.de legi.hæred. in
uerbis illis, & ea q̃ ſola ſit aſcẽdẽtis &c. iũcta.auth. defuncto.C.
ad Tertul.ad quã ſe refert,q̃ loq̃ĩ ẽt ĩ mr̃e;& in corpore uñ ſumi
3 tur.†Sicut & appellatione parẽtis continetur pr̃, & mr̃.ff.de in ius
uoc.l.q̃cunq;.§.parẽtes; q̃a ẽ uerbũ gñale,ſicut uerbũ aſcẽdens.
Itẽ poſſet dubitari circa dictũ ſtatutũ, an debeat intelligi dũ loq
a tur de maſculis.ſ.de filijs tñ^a,ut excludãt filias, nõ aũt de nepo
tibus ex filio.Et uĩ ꝙ ſic,quaſi ſtatutũ iſtud debeat dici odioſũ,
quia tendit ad excluſionẽ fœminarũ q̃ de iure cõi & naturali de
berẽt uocari.Sed ꝫrium eſt uerũ,q̃a loquiĩ gñaliter de maſculis
4 deſcendentibus &c.† Cõſtat aũt ꝙ nepotes cõprehẽduntur appel
latione deſcẽdentiũ de proprio ſignificatu,ſicut filij,q̃a deſcen
dentes ſunt;ſicut.n. appellatione liberorũ.ff.de uer.ſig.l.libero
rũ.¶ Præterea ẽt ſi loquereĩ de filijs, extẽdereĩ ad nepotes ex fi
lijs,licet nepotes de ꝓprio ſignificatu nõ dicãtur filij, ſed bñ pñt
dici liberi; & hoc q̃a ſtatutũ ꝑdictũ nõ reputaĩ odioſum, ſed po
tius fauorabile,ſaltẽ reſpectu filiorũ quos uocat;iõ fit extentio
de filio ad nepotẽ.iuxta no.C.de in iꝰ uoc.l.2.p gl.& Bal.Et ita
quaſi per oẽs doc.concludiĩ,ut plenè no.Bar.in d.l.liberorũ.ff.
de uer.ſig. Et iõ Io. And.in ti.de ſucceſ.ab inteſta.in addi.Spec.
ubi recitat doc.legiſtas diſputantes & hoc tenẽtes . Multo ergo
magis ſi ſtatutũ loquiĩ p uerba gñalia.ſ.de liberis,uel deſcẽden
tibus,ut cõprehendanĩ non ſolũ filij,ſed nepotes ex fili s in qui
bus uiget eadẽ rõ.ſ.cõſeruandæ aſsignationis,q̃ præſumiĩ fuiſſe
rõ ſtatuẽti; & ſic poſito ꝙ nõ fuerit expreſſa tñ ubicũq; illa locũ
habet , ſiĩr & ſtatuti diſpoſitio dẽt locũ hr̃e, cũ nulla alia rõ poſ
ſit aſsignari; per ea q̃ no.p gl.& Bal. C.de fideicõ.l.q̃nis. & in l.
maximum uitiũ.ff.de libe.& poſth. iũcta.l.illud.ff.ad l.aq.& l.j.
ff.de fonte.ẽt ſi ſtatutũ loquereĩ de filijs,quorum appellatio de
ꝓprio ſignificatu nõ extẽdiĩ ad nepotes , ſed ex interpretatiõe.
l.iuſto.ff.de uer.ſig.p ea q̃ no.ĩ d.l.liberorũ. ff.de uer.ſig.p Bar.
¶ Ex ſic cõcludiĩ,ꝙ nepotes ex filijs,cũ ueniãt ex pſona patruũ
5 ſuorũ,excludũt filias, licet illæ ſint in potiori gradu†q̃a in deſcẽ
dentibus non attendiĩ potioritas graduũ.ut in d.auth. in ſucceſ
ſiõe.C.de ſuis & legi.& in corpore uñ ſumiĩ. Sicut.n.de iure cõi
ẽt ꝓnepotes uel ulteriores ex filio ueniũt ſimul cum filiabus,li
cet illæ ſint in potiori gradu, ita ex forma ſtatuti ꝑferunĩ filia-
bus.Poſſet ẽt dubitari,q̃a ſtatutũ loquiĩ de deſcendẽtibus per li
neam maſculinã,& ſic uĩ loqui ſolũ de ſucceſsione paterna;ſed
certè ẽt in materna poſſunt dicta uerba uerificari, quia deſcẽdẽ
tes ex filijs maſculis fœminarum dĩr deſcẽdere ex linea maſcu
lina ipſarum. ¶ Concludo ergo ꝙ dicti nepotes ex filijs ſoli ue
niunt ad ſucceſsionem patris & matris, excluſis filiabus fœmi-
nis ex forma dicti ſtatuti de ſucceſsione aſcendentium.

a ¶ Tantum. uide Bald. in conſ.76. in 1.par.

b ¶ Infans. an adſi infans legitimari poſſit. uide D. Pet. Phili. Cor.in cõſ. 177. incip. egregie. p totum. & in cõſ.245. inci. licet. per totum. in 1. par.& Bal.in con. 204. in 2. part.& non q̃d ualeat ad inſtantiam & ſupplicatione patris,uide per eum in conſi. 105. in 5 par.& nõquid tñ ad eius ſucceſſionem, ꝗ ad ſucceſſionem matris uide p eũ in conſ. 119.ead.5. parte.

S V M M A R I A.

1 *An infans poſſit legitimari.*

2 *Natus ex damnato coitu legitimatur cum clauſula non obſtan. an ſit capax omnium inſtitutionum & ſucceſsionum.*

C O N S I L I V M XLI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo teſtõ
Reliquiani di
cti Patricelli filij quondã Petri de Poluero comita-
tus Brixiæ , in quo filiũ ſuum noĩe Ioannẽ Petrum
natũ & conceptum ex ipſo Reliquiano tunc ꝯiugato,& ex qua-
dã muliere ſoluta , & poſtea legitimatum per comitẽ Palatinũ
ad inſtantiã dicti Reliquiani nullis exiſtentibus dicto Reliquia-
no filijs legitimis & naturalibus maſculis vel fœminis, dubita-
tur an dictum teſtm̃ & inſtõ valeat. Viſis duabus legitimatioai
bus factis de ipſo , certè ſecunda ltĩmatio non vĩ poſſe reddere
dictã inſtõnem validã, quia facta fuit poſt ipſam inſtõnẽ factã;
vñ ſi dicta inſtõ ſine dicta ltĩmatione ſecundo loco facta foret
nulla , non reconualuiſſet ex ea, q̃a tp̃s teſtamenti inſpicitur in
q̃s habeat teſtamenti factionẽ actiuè & paſsiuè, nec reconuale-
ſcit ex habilitate ſuperueniẽte.l.qđ ab initio.ff.de reg.iur.ff.de
leg.3.l.1.§.1.ff.de hæred.inſti.l.ſi alienum.§.in extraneis.cũ ibi
no. per doc.qui dicunt idẽ in filijs quantum ad tp̃s teſtĩ,licèt ſe
cus quantum ad tp̃s aditionis,cum in filijs in p̃ſẽte non ſit dare
mediũ inter mortẽ & aditionẽ.l.ſi poſt mortẽ.§.1.ff.de leg.1.l.
1 iulia.ff.de ꝯdi.& demon.†Sed quia ſubeſt alia legitimatio ſolẽ-
nis facta añ teſtm̃ a comite creato ab Imperatore Carolo, nõ vi
deo quid dici poſſit quare non valeat,niſi fortè quia tũc dictus
b legitimatus erat infans^b,& ſic nõ poterat conſentire, cum tñ cõ
ſenſus legitimati requiratur,vt in Auth.q̃b.mo.na.effi.ſui.§.ge
neraliter.ſed certè iſtud magis prodeſt,quia ꝯſenſus requiritur
in valente cõſentire; ſed in infante qui nõ p̃t conſentire, nõ req
ritur.vt ꝓbatur in l.iubemus.C.de emãci.libe.facit qđ no.Bar.
ff.ad muni.l.placet.ff.de iure delib.l.ſi infanti.¶ Itẽ poſſet dubi
tari,quia iſte natus eſt ex dãnato coitu,quia ex cõiugato;igĩ vĩ
ꝙ nõ potuit legitimari, quia tales nõ hñt beneficiũ legitimita-
tis;de quo in Auth.q̃b.mod.na.effi.ſui.§.fi.ſed hoc eſt verũ,niſi
fuerit appoſita clauſula nõ ob. illa.l.vt ibi no.per gl.ſed hic fuit
appoſita,quia fuit dictũ nõ obſtã.eo qđ legitur in auth.quibus
mo.na.effi ſui.per totũ . Itẽ fuit facta ex certa ſcĩa,quia de hoc
fit expreſſè mentio in legitimatione;igĩ &c.l.idem vulpi.§.ſunt
quidã.ff.de excu.tuto. Poſſet tñ iſte teſtator cũ adhuc viuat, ite
rũ reficere dictũ teſtrũ,vt ceſſet prima obiectio, & ſic validareĩ
ex duplici ltĩmatione,qđ prodeſſet,ſi validior eſſet vna q̃ alte-
ra.iuxta no.ĩ ſi.p Inn.in c. cũ ex officij.de p̃ſcr.ſup verbo.auto
ritate & Bal.C.de fur.l.1.in fi.¶ Alia dubia nõ video poſſe oc-
currere;iõ ꝯcludo inſtõnẽ valere, ſicut valeret de filio ltĩmo et
nãli,quia ltĩmatus nihil differt quantũ ad oẽs effectus et capaci
tatẽ a filijs legitimis et naturalibus,vt dicit tex. in pluribus lo-
cis in dd.Auth. quib.mo.na.effi.leg. et quibus mod.na.effi.ſui.

S V M M A R I A.

1 *Teſtes intendentes probare ſyndici creationem ad compromitten.debent neceſſa*
riò concludere,maiorem partem decurionum hoc feciſſe. Item tempus crea-
tionis & quod ad compromittendum fuerit conſtitutum .
2 *Teſtis quomodo deponere debeat, ut dicatur neceſſariò concludere .*

C O N S I L I V M XLII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Teſtes prædi
cti non releuãt
in aliquo producentes , triplici ratione ſatis clara .
¶ Primò q̃a nõ deponunt † qđ fuerint p̃ſentes duæ
1 partes hoĩm neceſſariorũ,uel ad quos ꝑtinebat creatio ſyndici ,
ꝙ requiritur ut.l. nulli. &.l.plane.ff. quod cuiuſq; uniuer. no.C.
de decurio.l.obſeruare.& ſic probatio eorum,uel depoſitio ne
ceſſariò nõ ꝯcludit,ideo nõ eſt ſufficiens. C. de ꝓba.l. nõ nudis
&.l. ad probationẽ. C. unde cogna.l.nõ hoc.ext. de proba.c.in
præſentia. potuerunt enim eſſe multi præſentes , prout dicunt
ĩ cuius iura ſucceſſit D. Corteſias, & hoc facto recipiant pecuniã;
quia ſi Ʒ fieret, captio ſequi poſſet, qđ eſt euitandũ. l. cũ aquiliã.
ff. de tranſ. & aperiretur via malitiæ, qđ ſilr eſt euitãdum. l. in fun
do. ff. rei vend. vel expreſſè ꝯfirmet & ratificet renunciationem
alias per ſe factam in manibus notarij, & inueſtituram inde ſecu-
tam in perſonam Franciſci. Et dicere, ſolue prius & poſtea faciã;
potius duritiem ꝯtinet & cauillationẽ, ꝗ æquitatem. l. ſi ſeruus.
ff. de ſer. expor. licet ſi bñ inſpiciatur præfatus Baptiſta non offe-
rat ſe ad illam facturum ẽt poſt ſolutionem dictorum 1191. niſi
& ſoluantur alia tria milia, quod nõ procedit, ut ſ. dixi. Poſſet du-
bitari de Ardimento, an debeat renunciare ꝑ ꝑ ius, quod poterat
habere poſt mortem patris, ſi fuit inueſtitus pro ſe & filijs, & vr̃,
ꝙ non; qa de ipſo non fit mentio in inſtr̃o diuiſionis factæ inter
Baptiſtam & Franciſcum, ſed de ſola renunciatione Baptiſtæ. Et
ego dixi. ſ. ꝙ ex illo ſolo inſtr̃o & ex perſona Franciſci peti pót
renunciatio non ex conuentione facta inter ipſos & D. Corteſiã.
¶ In contrarium quia ſm hoc D. Corteſias remanebit deceptus
ſoluẽdo; quia moriente cras dicto Baptiſta, præfatus Ardimen-
tus aduocabit ab eo dictas decimas ex proprio ſuo iure non renũ- a
ciato, & cui renunciatio pr̃na nocere nõ põt, iuxta not. per Bald.
a ¶In filijs. Vide Bal. in cõſ. 392. in j. parte. vbi etiã an ꝑ coniectu ras ꝓbetur ſciẽtia uel ignorãtia. & icõſ. 295 ĩ 3. parte.
in l. qui ſe pris. C. vñ libe. poſt Nico. Mat. Iſta pars vr̃ verior, quia
intentio partiũ fuit ꝙ Franciſcus haberet oĩa iura decimalia com
petentia dictæ poſſeſſioni pro illa quantitate, vt patet ex tenore
inſtr̃i, & ſic ad quemcũq; ꝑtineant, cũ ſint verba in rem ꝓlata l. cũ
qui §. ꝙ exigimus. de ꝯſtit. pe. Faciat ergo Baptiſta ipſum renun-
ciare, vel renũciet ipſe taliter, ꝙ Ardimẽtus nõ poſſit venire Ʒ. ſ.
de renũciando ꝑ ſe & ſuos hr̃des, & promittẽdo defendere ꝓ da-
to & facto ſuo & ſuorum hæredum de non veniendo Ʒ per ſe &
ſuos hæredes. Nã ſi Ardimentus erit hæres pr̃is, non poterit ve- 2
nire Ʒ, ſed tenebitur ratificare factum ſicut hæres. l. ſolutum. §. ſo
lutam. circa prin. & l. rem alienam in fi. & no. Bald. in d. l. qui ſe pa
tris. Si non erit hæres patris, non poterit petere feudum per tit.
an agna. vel filius. Et quia vt vidi, præfatus Baptiſta in ſuis inue-
ſtituris fuit ſemper inueſtitus pro ſe & ſuis hæredi. & licèt illud
verbum in materia feudorum ponatur pro liberis. vt in ti. de alie
na. feu. §. & ſi clientulis. tñ poſtquam ſub appel. hæredum fuerunt
nominati, requiritur ꝙ ſint hæredes ad hoc vt feudũ habere poſ-
ſint. per ea quæ not. Bar. in l. vt iuriſiuran. §. ſi liberi. ff. de ope. lib.
¶ Concludo ergo partes D. poteſtatis eſſe in abſoluẽdo D. Cor-
teſiam a ſecunda petitione dicti Baptiſtæ de tribus millibus, quia
in illis non eſt debitor; & in condemnando ipſum ad ſoluendum
pecuniam contentã in prima petitione, dũmodo dictus Baptiſta
renunciet per prius dictis iuribus in dicta forma, ad hoc vt D.
Corteſias inueſtiatur, ſicut tenebatur renunciare ad hoc vt Fran-
ciſcus inueſtiretur, vel ratificare & approbare renunciationẽ alr̃
factã & inueſtituram inde ſecutam in pſonam Franciſci. ¶ Nec
ob. ꝙ ipſe D. Corteſias non ꝓduxit in actis inſtr̃m ceſſionis ſibi
factum a Franciſco; qa Baptiſta in quadam ſua cõparitione quæ
incipit. ꝓſentatio Baptiſtæ &c. ꝯfeſſus eſt dictum D. Corteſiam di
cta iura ceſſa habere. Item non obſt. quòd alia inſtrumenta dicti
D. Corteſiæ fuerunt producta poſt terminum ad hoc aſſigna-
tum; qa potuerunt ꝓduci, cũ oĩa eſſent integra. iuxta no. ꝑ Bar.
in l. mancipiorum. ff. de opti. leg. ꝑ gl. in cle. ſæpe de ver. ſig. in fi.

S V M M A R I A.

1 *Alienatio rerum fideicommiſſo ſubiectarum qualiter poſſit retractari; & quid ſi alienatio fiat ab ignorante hærede grauato. & 2.*

2 *Scientia præſumitur ex his quæ communiter fieri ſolent.*

3 *Fructus percepti de rebus alienatis facta retractatione alienationis an ſint reſtituendi, & qualiter formetur libellus.*

CONSILIVM XCIIII.

1 IN Chriſti nomine Amen ¶ † Clarum eſt
in iure, ꝙ res ſu
biectæ reſtitutionis per ſpãle vel gñale fideicommiſ
ſum non pñt alienari. Et ſi Ʒ fiat, eueniente caſu vel
ꝯditione fideicommiſſi ſi erat ꝯditionale, reſoluitur
alienatio, & res pñt a poſſeſſoribus vendicari non obſtante lapſu
cuiuſcunq; tpis currentis ꝯditione pendẽte. l. fi. §. ſinaũt auaritiæ
cum ſeq. C. cõia de leg. ff. de lega. j. l. ſeruo legato. §. j. & ꝙ ibi per
Bar. fallit qñ grauatus ignorabat grauamen, & ẽt ille in quẽ gra-
uatus alienauit; tunc. n. ꝑ ꝑ bonã fidẽ vtriuſq; nõ retractatur alie
natio, ſed grauatus vel hr̃s eius pretiũ, qđ ſuſcepit, tenetur dare
legatario vel fideicõmiſſo, ꝓut eſt caſus ſingularis in l. fi. §. fi. ff. de
leg. 2. & ego alias dixi, & dico ꝙ ſi grauatus vel hæres eius eſſent
non ſoluendo ad reſtõnem pretij, poſſet venditio retractari; quia
ꝯuenientius eſt ꝙ emptor hr̃et damnum ꝗ legatarius vel fideicõ
miſſus quorum eã præceſſit. de hoc eſt caſus expreſſus in l. planè
ſi filium. §. j. q. incipit. qui rogatus in fi. ff. de leg. j. ex quo ſequit,
ꝙ cum hæreditas illius filij grauati non ſit ſufficiens ad reſtõnem
ꝑtiorum perceptorũ ex dictis bonis alienatis, & reſtõni ſubiectis
ꝑ ea quæ ſuperius in puncto narrata ſunt, pñt prædictæ fideicom
miſſariæ venire Ʒ emptores ad retractationẽ dictarum venditio-
num, ẽt ſi dictus filius grauatus & alienans præſupponatur igno
raſſe grauamen fideicommiſſi. ¶ In dubio añt, quia erat neceſ-
ſarius hr̃s, videtur dicere doc. ꝙ præſumatur ignoraſſe contenta
in inſtr̃o per l. eius qui in prouinciam. in fi. ff. ſi cert. peta. quæ re
vera parũ, aut nihil facit; qa loquitur in ſeruis, qui ſunt neceſſarij
ipſo iure, & in effectu; non ſic vr̃ in filijs, qui licèt ſint neceſſarij
hæredes quo ad nomen, non tñ ſunt quantũ ad effectũ, niſi ſe im-
miſceant, vel expreſſè agnoſcant. C. ſi vt ſe ab hær. abſti. l. j. vñ æ-
quiparant emancipatis quantũ ad effectum hæreditatis l. nã nec
emancipati. de leg. j. Et ꝙ operatur aditio in extraneis, operatur ta
lis immiſtio in ſuis l. cũ bonis. ff. de acquir. hære. Vñ ſi in extraneis
præſumitur ſcientia ſm doct. eodem mõ in filijs [a] ẽt in poteſtate
poſitis. Et ſi in filijs præſumeret ignorantia ꝯtentorum in teſtõ,
ſimiliter in extraneis eſſet dicendũ, cum hodie clauſis tabulis poſ
ſint effici hæredes. C. de cadu. tollen. §. in nouiſſimo. qđ olim nõ
erat l. j. ff. de iur. & fac. igno. Ideo non vr̃ bona differentia, ꝗ Bart.
facit inter filios, & extraneos; imo in vtriſq; vr̃ præſumenda ſciẽ
tia, qm̃ hodie non fiunt teſtamẽta in ſcriptis nec clauſa, in quorũ
apertione requirit magna ſolennitas, vñ añquam fieret præſume
bat ignorãtis; ſed fiunt apta, qa nuncupatiua. Et tã notarius ꝗ te
ſtes ſciũt oĩa ꝯtenta, & ſtatim poſt mortẽ ꝯſueuerũt manifeſtari
2 † Vñ ex his, quæ cõiter fieri ſolent, ꝓſumo ſcientiã. ar. eorũ q not.
in l. j. ff.

in l.j.ff.de arbi.p gl.iunctis his quæ no.ĩ l.ſi tutor.ff.de pericu.tuto.maximè in caſu nr̃o,ſi reperitur ꝙ habuerit iſte filius inſtrũ teſtamenti penes ſe, per l.nõ eſt ferendus.ff.de trãſ. & p ea quæ no. in auth.at q̃ ſemel.C.de prob. de illo q̃ habuit penes ſe acta cauſæ & atteſtationes, q̃a p̃ſumit ipſas plegiſſe & teſtificata dididiſſe maximè ẽt ſi reperit iſtũ filiũ ſoluiſſe aliqus relicta p patrẽ,vel uoluntatẽ eius in teſtõ contentã impleuiſſe; vt patet ex no.p Bar. in l.q̃ romæ.§.duo fratres.ff.de ver.ob.Et poſito ꝙ oĩa iſta deficerẽt,& ꝙ p̃ſumeretur ignorãtia,ſu peſt aliud remediũ,de quo.ſ. dixi; q̃a hr̃ditas dicti filij nõ ſufficit ad reſtõnẽ pretij; & ſic ceſſat diſpoſitio.d l.fi.§.fi.de leg.2. Et ẽ locus regulæ, q̃ eſt ꝙ ignorãtia alterius nõ debet alteri eſſe nocina, ſicut nec ꝓficua. ff. de iur. & fac.igno.l iniq̃ſſimũ ff.quæ ĩ frau.cred.l.q̃ aũt.§.ſi quid cũ pupillo.Sed ſi eſſet ſoluẽdo,nõ videretur ſimplr̃ eſſe nocina uel captioſa dictis fideicõmiſſarijs.Erit ergo locus.d.l.fi.§.ſi nautẽ auaritiæ. cũ ſeq. vt poſſint venire ꝯ emptores, & res illas auocare. Nec eſt neceſſaria reſtitutio in bonis alienatis tã ex forma ſtatuti de quo ſ.in fi.puncti;nec de iure cõmuni.l.marcellus.§.res quæ.& ibi no. ff.ad treb.& no.per gl. & doc.in d.§.ſi nautem auaritiæ. q̃ incipit. imo in fine.& per Bar.in l.q̃ romæ.§.duo fratres.ff. de ver.obl.in 8.q.¶Quantũ ad id qđ quæritur,quantã poterit ab eis auocari. rñdeo dimidia tñ.Nã altera dimidia remanere dẽt apud eos pro legitima & trebellianica debita filio, in cuius ius ſucceſſerunt emptores,& quo ad illam valet alienatio,ut no.d.§.res quæ.quãtum verò ad fructus interim perceptos gl. prædicta,quæ incipit, imo ſenet ꝙ emptores teneantur reſtituere, ſed per oẽs reprobat,q̃m añ diem fideicõmiſſi cedentem ptinẽt ad grauatũ tanq̃ percepti iudicio teſtatoris.iuxta plenè no.in l.fideicõmiſſa.ff. ad treb. ergo & ad emptores,qui loco eorũ ſuccedũt.facit l.peto.§. prædiũ ff.de lega.2.Præterea cũ hic ſint bonæfidei,eos lucrantur.inſti.de acq. re.do.§.ſi q̃s a non dño.ff.de uſuris.l.q̃ ſcit.§.fi.¶Quantũ uerò ad melioramenta ſil̃r ex quo fuerunt bonæfidei, pñt aduerſua vendicãtes ea recuperare p uiã excipiendi,ut d.l.fi.§.fi.ff.com. de lega. ſuper verbo melioratione.per gl.& l.ademq;.§.1.ff.de acti. empti.¶Quantũ verò ad id quod quærit vltimo loco.ſ. qua tutiori uia ſit agendum. Rñdeo,ꝙ in libello narretur ad defunctum ptinuiſſe iure dominij vel quaſi,& per ipſum fuiſſe tenta & poſſeſſa tpe ſuæ mortis pro ſuis & tanq̃ ſua. Et poſt eius mortem remanſerunt in eius hr̃ditatem. Et ꝙ talis filius eius inſtitutus ab eo ipſa bona cœpit & occupauit iure hr̃ditario & tanq̃ hr̃ditaria bona patris ſui. Et ꝙ dicti poſſeſſores dicunt & p̃tendunt ſe emiſſe & habuiſſe titulo emptiõis a dicto filio teſtatoris,& ꝙ dicta vẽditio nõ valuit ſed ſaltẽ reuocata eſt,eo q̃a dictus filius fuit grauat⁹ de reſtituendo tali & tali ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis; & ꝙ ex forma ſtatuti etiam nulla facta reſtitutione verbali vel reali tranſlatum eſt dñium in dictas fideic.& etiã poſſeſſio. Quare petant declarari prædicta oĩa vera fuiſſe & eſſe,& pronunciari dictã venditionẽ nõ valere nec tenere in præiudiciũ dictarũ fideicõmiſſarũ pro illa portione vel rata quæ cadit in fideicõmiſſum,& ipſam fore & eſſe retractandã quatenus de facto proceſſit,dictoſq; poſſeſſores condẽnandos fore, & condẽnatos cogi,& cõpelli debere ad reſtitutionẽ dictorũ bonorũ pro dicta rata nõ aſtringentes ſe &c. & poſtea de oĩbus iſtis articulare; & ẽt vltra ꝙ dictus filius tenuit & poſſedit dicta bona tanq̃ bona hr̃ditaria patris ſui; & fuit abſque eo ꝙ dictus filius dicta bona acq̃ſiuerit a ſe,vel habuit aliũde q̃ ex ſucceſſione paterna. Et ſi aduerſarij cõfiteañ hoc ſatis erit, abſque eo ꝙ probet de dñio defuncti; q̃a cum prædicti habeant & prætendãt ſe emiſſe ab illo tanq̃ hr̃de & taq̃ hr̃ditaria bona,nõ poterunt referre q̃õnem,ꝙ defunctus non erat dñs; per ea quæ no.per gl.in l.cum res.C.de prob.& iſto mõ Spe. in ſimili format libellũ in re eccleſiaſtica alienata per prælatum ſine debita ſolennitate in tit.de rebus eccle.non alie.circa principium.

S V M M A R I A.

1 *Emphiteota duo habentes cauſam ab uno ſi contendant, is potior eſt qui prior fuit inueſtitus.*

2 *Petitorium & poſſeſſorium in eodem libello cumulatur diuerſo reſpectu.*

CONSILIVM XCV.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶†Viſis actis & actitatis inter dictas partes,& inſtrumẽtis hincinde productis,de quibus.ſ.fit mentio,& etiam dictis teſtium, ſatis clarum videtur ꝙ intentio præfati Alberti de Bononia agẽtis fundata eſt contra dictum Ludouicũ tã in poſſeſſorio quàm in petitorio per inſtrumenta producta per ipſum. Quorũ primum eſt inſtr̃m inueſtituræ factum in ſuam perſonam in anno 1408. per quod acquiſitum fuit ſibi utile dñium, ratione cuius poteſt rem auocare a quocunque poſſeſſore ẽt habente directum dñium.l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vecti.vel emphi.peta.Scđm eſt inſtr̃m emptionis directi dñij & proprietatis factæ per notarium recipientem nomine dicti Alberti anno 1417. quæ ambo inſtr̃a, & quodlibet ipſorum præcedunt inſtrumentum & inueſtituram factam in dictum Ludouicũ anno 1416.Vnde cum ambo cãm habeant ab eodem dño,& cõtentio ſit inter eos,præfertur ille qui priorem titulum & traditionem habuit.C. de rei vend.l.quot ff.de publ.l.& ſi quidẽ.in prin.& ibi plenè no.de acti.emp.l.ſi ea res.§.fi.Sed ĩ quolibet dictorum inſtr̃orum continetur traditio.Nam in primo cõſtituit ſe concedens nomine dicti Alberti poſſidere.ergo &c.l.ꝙ meo.in prin.ff.de acq.poſ.& no.in l.ab emptione.ff. de pac. p gl. & doc. In ſcđo verò dictus venditor confirmauit dicto Alberto poſſeſſionem quam habebat,quæ ꝯfirmario loco traditionis hr̃. ff.de acq.re.do.l.qua rõne.§.interdum.inſti.eo.ti.§.interdũ.& ſic debet præferri dictus Albertus in petitorio, ſiue dicamus ꝙ ſit intentata rei vend.ſiue publicia.vt dictis iurib.ſil̃r in poſſeſſorio retinendæ, q̃m in eius abſentiam retinebat poſſeſſionem ciuilẽ. C. de acq.poſ.l.licet.& ſic præfatus Ludouic⁹ ex inueſtitura ſua poſtea facta occupauit naturalẽ. ſi vacabat.l. clã poſſidere.§. qui ad nundinas.ff.de acq.poſ.Ciuilem aũt non, quouſq; abſens reuerſus,non fuerit admiſſus, vel ſuſpicatus fuerit poſſe repelli, vt ibi hr̃ cum l.ſeq.de quibus ꝙ interuenerit hic non conſtat,nec præſumitur ſuſpicatus poſſe repelli ꝙ ad iudicem iuerit. l. de pupillo. §.meminiſſe.ff.de ope.no.nun.lõ pro dicta ciuili potuit intentare interdic. vti poſſi.vt in ea non moleſtetur; & q̃a hoc fieri non poteſt,niſi reſtituatur naturalis, vt plenè no.in d.§.qui ad nundi-
2 nas.per gl.& doc †& iſte Albertus vr̃ in prima parte ſui libelli deduxiſſe poſſeſſorium, in ſcđa petitoriũ, qđ fieri potuit reſpectu diuerſarum poſſeſſionum;vt in d.§.no.& in l. naturaliter. §. nihil cõc eo.ti.& l.ſi de vi.ff.de iudi.vel cõditionaliter vnum in defectũ alterius.arg.eius qđ hr̃ & no.in l.qui de inoſficioſo.ff. de inoſ. teſta.per gl.& l.1.C.de iudi.per Cy.Vel ſi dicamus ꝙ perdiderit ciuilem per remotionẽ illius,quem ibi dimiſerat ad cuſtodiam,vel per eius traditionem competit dicto Alberto interdic.vñ vi.vt l. peregrè.§.quibus explicitis.ff.de acq.poſ.vel condictio ex l.fi.C. de proc.& illud remedium intenaſſe: vr̃ qđ ſibi competit,cũ uerba libelli ſint apta cõprehendere quãlibet viam.arg.l.gallus.§. 1. cum his quæ ibi no. per Bar. in fi ff. de lib. & poſthu. debet ergo dictus Albertus ad ſuam poſſeſ. reſtitui p prædicta. Nec aliquid adminiculatur dicto Ludouico inſtr̃m inueſtituræ factum in perſonam Gerardi patris vt dr̃ ſui naturalis tñ; q̃a illa inueſtitura fuit facta pro ipſo Gerardo & hæredibus ſuis,vt ex tenore inſtrumenti eius patet.& iſte Ludouicus non probauit, imo nec deduxit,nec allegauit ſe eſſe hæredem Gerardi, nec ẽt filium,igitur dictum inſtrumentum ſibi non prodeſt, cum eius pſona ibidem nõ comprehendatur ſpecificè vel implicitè.ergo &c.C.de prob.l.ad probationem.la prima.poſt princ.ibi.quippe &c.& qđ no. Bart. in l.vt iuſiuran.§.ſi liberi.ff.de ope.lib.

S V M M A R I A.

1 *Filia dotata a patre exiſtente in communi cum fratre ſuo dicitur dotata de bonis patris,non patrui.*

2 *Filia an computet dotem & ornamenta in legitimam ſi alioquin eſt a ſucceſſione excluſa propter maſculos.*

CONSILIVM XCVI.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶† Si dicta Cornelia per l.municipalem eſt excluſa a ſucceſſione patris propter patruũ, nulla legitima ſibi debetur,& ſic quæſtio iſta videtur ſuperflua,cum ſit portio portionis debitæ ab inteſtato.l.parentibus & l. cum quæritur. C. de inoffi. teſtamen. Et non debetur ſibi niſi vt hæredi; ideo ſicut excluſo a ſucceſſione patris per ſuam repudiationem non debetur legitima , vt not.Cyn. C. de impube. & alijs ſubſt.l.hæres inſtituta.ita & excluſæ per l.municipalem.cum ſit eadem ratio.Hinc eſt,quòd de relicto per patrem tali filiæ, ſic excluſæ non reijcitur conditio; q̃a non ſuccedit loco legitimæ, quæ tunc non debetur.vt plenè no. Bart.in l.titio centum.§.titio genero.ff.de condi.& demon.Et præteritio talis filiæ non redderet teſtamentum nullum , ſi maſculus fuit inſtitutus. Sed ſi exhæredatus ſit, vt in auth. hoc amplius. in fin. C. de fideicomi. &

in l. maximum uitium. in fi. ſm eūdem opi.ut no. Bar.in l.fin.ff.ad tertu.& Bal. in l.maximum uitiū.C.de libe. ꝑter. qđ non eſſet, ſi
2 legitima deberē. † Fruſtra ergo q̄rit an dicta dos & ornamenta computent in legitimā. Si uerò ex forma ſtatuti ſaltē legitima ſibi debet, poſito ꝙ a reſiduo ſit excluſa,tunc ꝓcedit q̄ō , in qua dicendum eſt indubitanter totam dictam dotē & ornamēta debere in ipſam legitimā cōputari. ꝑ l. q̄m nouells.C. de inoffi. teſt.tāquā de bonis pr̄is ꝓfecta. Nam de dimidia nō eſt dubiū, q̄a ipſa
a fatetur,de altera uerò [a] dimidia , q̄ cenſet habita de portione patrui habentis tunc bona cōia cū pr̄e eius , adhuc idem eſt dicēdū; q̄a poſito ꝙ eſſet uerū qđ dr̄ ut ille cenſeat uoluiſſe donare , talis tn̄ donatio potius cenſet fuiſſe facta pr̄i ſuo cuius cōtemplatione frater eius neptē ex eo ꝓ parte dotauit uel dotaſſe ꝓſumit.argu. de col.dot l. dedit dotem quā ſibi. plus em̄ afficiebat fratri tāquā propinquiori quàm nepti ex eo q̄a erat remotior.C.de uerb.ſig. l.fi.& ſic fratri ꝑ prius ꝓſumit uoluiſſe donare.l. cū ita.§.fin.ff.de leg.2.& qđ habet & no.in l.gallus.§.j.ff.de lib.& poſth.& ſic cēſetur dos ꝓfectitia non aduentitia.ff.de iur.dot.l. profectitia.circa prin.c.ibi. qđ ſi quis patri donaturus &c.de uulga. & pup.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.in fi. & ꝑ ꝯ̄s in legitimā cōputat qđ nō eſſet ſi eſſet aduentitia.l.ſcimus.§. repletionē. C. de inoffic. teſtam.
b Verius tn̄ eſt,[b] ꝙ hic nō ꝓſumitur facta donatio a dicto patruo,cū illa nō ꝓſumatur ubi ſubeſſe pōt alia cā.l. ſi cū aurū.ff. de ſolu.ff. de opc,liber.l.cāpanus,l.eleganter.§.q reprobos.in fi.& ibi no.ff. de pig.act. Sed hic pōt ſubeſſe,& ſuberat alia cā.ſ.ut tantumdem poſſet dare ꝓ filia ſua,quantum frater eius dabat ꝓ iſta.ff. ꝓ ſocio.l.ſi ſocius ꝓ filia.poſt princ.uel ſi filiam non haberet,ut tantūdem an̄ partē poſſet recipere in diuiſione ſocietatis,q̄m æqua-
c litas inter ſocios eſt ſeruanda, [c] ut d.l.ſi ſocius pro filia.& l.ſi non fuerit in prin.C.commu diui.l.penul.in fin.& ſic potius de parte patris cenſebitur dotata, quàm patrui.ut no. in Spe.tit. de iudi.§. ſequitur.uer.quid ſi unus ex fratribus.& arg.ff. de colla.do.l.j.§. pen. Nec obſt.C.de rei uxo.l.actio.§. excedit. q̄a ibi q̄n non ſuberat alius,ad quem pertineret onus dotandi ipſam mulierē , pro qua extraneus dedit dotem.Sed hic ſuberat pr̄ iſtius mulieris, ad quem pertinebat.l.fi.C.de dotis ꝓmiſ.l.q libe.ff. de ritu nupt. Vn̄ potius ꝓſumitur animo repetendi ab eo , uel de cōi, ꝓut in ſimi. uidemus in mr̄e filiū alente,q̄ præſumitur in dubio feciſſe animo donandi & pietatis gratia.l.alimenta.C.de neg. geſt. niſi ſuberat pater,ad quē pertineret onus alimentandi.l.ſi qs a liberis.§.ſi mater.ff.de libe.agno.ff.de neg.geſt. l.nenſenius. & ibi no. ¶ Vn̄ cōcluditur, totā dictā dotē & ornamenta fore in legitimā dictæ filiæ cōputandā tanquā a pr̄e ꝓfectam, cū partim a pr̄e,partim occaſione pr̄is ꝓuenerit. & hoc ſufficit, ut no.Bar. in l.in quarta.ff. ad l.falc.in ultima col.in uerſi.formo aliam quæſtionē, quam bis habui de facto &c.per l.omnimodo.C.de inoffi.teſt.in §.fin.

a De altera uerò. Hoc idē tenuit Alex.conſ. 179.uol.5. et Soc.iun. cōſ.33.uol. 1. nume. 3. LEON. à Lege.

b Verius tamen eſt.cōtrarium cōſuluit i hac parte donationis ꝓſum ptiuæ. Soc. Senior i cō ſi.5. i 2. dubio.i 4.uol. LEON. à Lege.

c ¶ Seruāda. adde.d. materia.Soci.cō ſi.4. circa fi. j.col. ꝙ ex quo æqualitas inter fratres eſt inductiua maternæ cōfirmatiuæ & conſolidatiua concordiæ & fraternæ charitatis & affectionis, & ꝑ cōtrarium inæqualitas ē nutritiua diſcordiæ, iō ſeruanda eſt.

d ¶ Nepotes. Quomodo autem appellatione filij ueniat nepos.uide Bal in conſil. 66, in 3. parte. & in cōſi 375.in 4. parte. ubi quid in teſtamētis. & qd i ſubſtitutione.

S V M M A R I A.

1 *Aui, & patris bona efficiuntur unum filii patrimonium , poſt aditam hæreditatem .*

2 *Subſtitutio facta, ſi filius deceſſerit ſine filiis,non uendicat locum in nepotibus. & 3. & 4.*

3 *Filiorum nomine an ueniant nepotes .*

4 *Nepotes ex proprio ſignificatu, ueniunt nomine liberorum.*

5 *Subſtitutione de pauperibus facta poſt defectum deſcendētium, interim poſſunt extranei inſtitui.*

CONSILIVM XCVII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Ne īproprijs utamur uocabulis,notandū eſt ꝙ hæreditas dicti adulti longè differt ab hr̄ditate primi teſtōris, auiq; ſui, ſeu a portione hæreditatis dicti aui q̄ primò ꝓuenit ad M. filiū , poſtea ad hūc adultū filiū eius eundemq; nepotē. Nā cū hr̄ditas ſit ſucceſsio in uniuerſum ius qđ defunctus habuit tp̄e mortis.l.hr̄ditas.ff. de uerb. ſig.pōt hr̄ditas dicti adulti eiuſdemq; nepotis cōprehendere non ſolū bona,q̄ fuerunt primi teſtōris,ſed ēt illa q̄ nō fuerunt unquā illius,ſed fuerunt acquiſita poſt eius mortē per M. eius filium & hæredem,& tranſmiſſa in hūc adultū eius filiū & hæredem, ac ēt pōt cōprehendere bona q̄ſita ꝑ dictum adultū. Et iō, ſi de dicta hæreditate q̄riū,nō ē dubiū ꝙ illa tota debet remanere penes matrem īſtitutā ab eo,nec uirtute alicuius de dictis ſubſtōnibus pōt in totū uel ꝓ aliqua parte ꝓuenire ad dictos. T.& P. ſuperſtites; q̄a in illa nō potuit teſtōr poſt pupillarē ætatē ſubſtituere directō, uel ꝑ fideicommiſſum.l.uerbis ciuibus.& l.in pupillari,ff.de uulg.& pup.iūcta.l.cohæredi.§.cū filiæ.uer.nec fideicōmiſſo.eo, tit.& l.ex facto.in prin.ff.ad treb.Si uerò q̄rit de tertia parte hæreditatis,q̄ fuit primi teſtōris, & q̄ tertia ꝑuenit ad M. filium, & de ipſo ad dictū adultū filiū eius ex illa,deſijt eſſe hæreditas ꝑ aditionem uel immiſtionē,ut no.in l.j.§.ueteres.ff. de acquir.poſ.& l. per ſeruū.de acqui.hær.& l.eius q in ꝓuincia.ff.ſi cer.pet.an̄ fi.in gl.ſuper uerbo hæreditati. Nec illa bona dr̄ hæreditas, uel quota pars hæreditatis dicti adulti,ſed q̄dam bona in eius hæreditate reperta,q̄ differūt ab ipſa hr̄ditate.l. hæreditas.ff. de petitio. hær. ſi ergo q̄rit an illa bona ueniāt reſtituēda ꝓfatis. T. & P. patruis in totū uel ꝓ parte uirtute alicuius de ꝓdictis ſubſtōnibus, q̄ quo ad ipſum ſi qua ipſarū facta diceret, nō poſſet dici niſi fideicōmiſſa poſt pupillarē ætatē, ꝑ iura.ſ.alleg. tunc ꝓcedit q̄ō in qua ſi&r dicendum ur̄, ꝙ nō,ſed debeant remanere penes matrē inſtitutā tali rōne.Nā ex uerbis teſti.ſ.relatis tres colligunt ſubſtitutiōes.
2 ¶ † Prima fuit facta de filijs ſuperſtitibus & ꝓmortuorum liberis maſculis ei q ex filijs inſtitutis ſine filijs maſculis ſeu liberis decederet. Et ex illa , ex qua magis uideret poſſe uenire, q̄a ipſi ſunt de filijs ſuperſtitibus , & ſic cōprehendunt in pſonis ſubſtitutis, uenire non pn̄t,eo q̄a illa ſubſtō fuit facta filijs inſtitutis dūtaxat, non aūt filijs eorū; qđ patet, q̄a dixit teſtōr, ſi aliquis dictorū filiorum ſuorū &c. Et ſ.non fecerat mentionē niſi de tribus ſuis fi-
3 lijs,non aūt de filiorū filijs,† & conſtat ꝙ appl̄one filiorū non ue-
d niunt nepotes[d] ex ꝓprio ſignificatu,nec ēt ex interpretatione in quacunq; diſpōne legis,uel hominis, q̄n nō tractat de ipſorū nepotū commodo,ſed de grauamine,ut hic; q̄a fideicōmiſ.ſubſtitutio eſt grauamen.d l.cohæredi.§.cū filiæ.uerſi. nec fideicōmiſ, iō reijcit de legitima.l.q̄m in prioribus.C.de inoffi.teſt.ff. de leg.2. l.cum patronus.iunctis his q̄ plenè no.in l.liberorum.ff. de uerb. ſig.ꝑ Bar.oportuiſſet ergo dicere ad hoc, ut uenire poſſent ꝓfati patrui ex dicta ſubſtōne hoc modo, uidelicet ꝙ ſi aliquis dictorū filiorum ſuorū deceſſerit ſine lib.maſculis.Aut eius liberi ſine liberis &c.& tunc ēt eſſet dubiū,qđ tangit Bar.in l.ꝙ ſic.ff. de leg. 3.& in l.cēturio. ff.de uulg.& pup.& Bal.in l.ab eo.C. de fideicō. allegatis.ſ.in puncto. Sed in caſu nr̄o,ꝙ nō ita dixerit, ſed ſolū ſi aliqs ꝓdictorū filiorum ſuorū decederet ſine liberis.& ille M.deceſſit relicto filio,ſubſtō facta dicto M. filio expirauit , q̄a defecit condō,ſub qua facta fuit,nec reuiuiſcit,licèt dictus filius relictus poſtea mortuus ſit l.ſi qs hr̄dē.C.de inſti.& ſubſt. ſub condi. fac.C.q̄n dies leg.cedat.l.cū uxor. & ſic ex illa nō pn̄t uenire , nec ēt ex alia q̄ cenſeat facta filijs filiorū, q̄a nulla cenſet eis facta, ut dictū eſt;q̄a illi nō cōprehendunt app.filiorū hoc caſu,ut dictum eſt;& ita determinat expſsè Io.And.in addi.Spe. titu.de teſta.§.in primis.i fi.ubi format ad literā iſtū caſum,& ita decidit. Nec ob. auth.ſed & ſi qs.C.de ſecun.nup.in fi.ubi diſpō facta ſub ꝯdōne ſi filij deceſſerint ſine filijs, locū ſibi uēdicat ēt ſi decedant cū filijs, ſi illi poſtea ſine filijs decedant , q̄a ꝓut ibi dicit Cy. q ēt iſtū caſum determinat in̄ō quo.ſ.ſpālis caſus eſt ille, & ſpālem rōnē habet in ſe,nec debet trahi ad ꝯ̄ſeq̄uētiam; un̄ ipſe format q̄ōnem cū deciſione ſuperioris &c.& determinat ꝓut.ſ.dixi ꝙ nō habeat locum in perſonis filiorū filij. ¶ Sed a ſubſtō contenta in uerbis teſtōris ſupradictis gn̄alior eſt,q̄a facta fuit ſub noīe liberorū dum dixit,
4 Et ſic oēs filij maſculi & liberi deſcēdētes ipſius teſtōris &c. † Nā appl̄one liberorū cōprehendunt ēt nepotes de ꝓprio ſignificatu d.l. liberorū.de uerb.ſig. & ſic illa facta fuit nō ſolū filijs, ſed nepotibus; tm̄ ur̄, ꝙ licèt nō poſsint iſti uenire ex illa q̄ facta fuit filijs primi gradus, tn̄ pn̄t uenire ex illa quæ facta fuit nepotibus. Tamen ꝯ̄trium eſt uerius duplici rōne.Prima q̄a illa fuit facta ſub conditione, ſi omnes maſculi decederent ſine maſculis &c. quæ conditio facta cum expreſsione nominis collectiui non deficit per mortem primi morientis alijs ſuperſtitibus l.pe.C. de impu. & alijs ſubſtitu. Secundò quia illa ſubſtitutio fuit facta de fœminis non de maſculis, unde iſti cum ſint maſculi non comprehenduntur inter perſonas ſubſtitutas ; nec audeo dicere ꝙ uerbum liberi poſitum in hac ſecunda ſubſtitutione cenſeatur repetitum in prima ꝯ̄ña non ſic cenſentur repetita in ſequentibus , ſicut ecōuerſo,ut no.in l.quiſquis.ff.de leg.3.in j. gl.
5 ¶ † Tertia uerò ſubſtitutio, quæ ſimiliter fuit generalis quantum ad perſonas quibus facta fuit, quia omnibus deſcendentibus tàm maſculis quàm fœminis; tn̄ adhuc non pn̄t ex ea adhuc iſti uenire ; tum q̄a facta fuit ſub conditione quæ nō extitit.ſ. ſi omnes maſculi & fœminæ decederent ſine liberis; tum q̄a illa eſt facta de pauperibus, quorum numero iſti nō comprehendunt.Nec ēt uideo,ꝙ iſti poſsint uenire uirtute primorū uerborum in uerſi.Item uoluit &c.dum dixit,ꝙ ſi

dixit, ꝙ ſi aliquis filius & deſcendens maſculus deceſſerit &c. & poſtea ſubdit, ꝙ ſuꝑuiuẽtes ad quos illius hr̃ditas deuoluet̃ &c. & ſic vr̃ uoluiſſe ſuꝑuiuẽtes ſubſtituere nõ ſolũ filijs, ſed ẽt alijs deſcendentibus, dum dixit, filius & deſcendens &c. Sed certè uerba illa ad quos deuoluet̃ &c. nõ importãt ſubſtõnem, qa nõ ſunt uerba diſpoſitiua, ſed enunciatiua futuri euentus. l. iul. §. ex his. & l. pr̃ filiũ. §. ſundũ. & utrobiq; no. ff. de leg. 3. ꝑ Bart. Itẽ loquit̃ de hr̃ditate ꝓcedentis, quã ipſe teſtõr ex fideicõmiſſo nõ poterat facere deuolui ad ſuperſtites, vñ nec in illa põt uerba teſtõris operari; qa non poterat nec in hr̃ditate ꝓpria, qa de ea non dixit. ff. de reb. dub. l. in ambiguo. Prætetea loq̃r, qñ deceſsit cũ filia fœmina qđ hic non eſt; ergo &c. l. commodiſsimè. ff. de lib. & poſth. & ſic ꝯcludit̃ ꝙ ex uirtute uerborũ de quibus ſupra prædicti non ſunt admittendi, ſed debent remanere penes matrem & eius hæredes, quouſq; omnes deſcendentes deceſſerint; & tunc deuoluentur ad pauperes uirtute ultimæ ſubſtitutionis.

S V M M A R I A.

1 *Exceptio macedoniani non prodeſt filiofamilias notario & qui habet bona & quaſi caſtren. & 2.*
2 *Argumentum a contrario ſenſu habet etiam locum in ſtatutis, quando ſtatutum aliàs eſſet ſuperfluum.*
3 *Cedens actionem poteſt iterum agere, niſi in tribus caſibus.*
4 *Interpretatio ſtatuti præſcriptionem debiti certo tempore inducentis.*

CONSILIVM XCVIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ In cã applõnis uertẽtis coram dñis auditoribus ſñiarum cõis Venetiarũ inter ſer Henericum ſer Euccardi de auſtria appellantẽ ex parte vna, & D. Margaretã relictam quõdã ſer Thomadiꝰ de pinzano habitatorem in ciuitate ꝑdicta Auſtriæ appellatam ex altera, ſuper certa quantitate pecuniæ petitæ per dictam D. Margaretam tanq̃ hr̃dẽ dicti ſui mariti, q dictam quantitatem dr̃ mutuaſſe dicto ſer Henerico, de quo mutuo ꝓductum fuit certum ſcriptum manu dicti ſer Henerici factum anno 1401. & ſigillatim ſuo ſigillo, quod ſcriptum extitit ꝯfeſſatum per eum. Quæ quidem cã mihi Paulo de Caſtro utriuſq; iuris doctori legenti Paduæ, & de collegio doctorũ eius cõmiſſa ꝯſulenda per ꝑfatos D. auditores ſñiarum, coram quibus uertit̃. Viſis actis & actitatis tã in prima cã in qua fuit lata ſñia abſolutoria ꝓ dicto ſer Henerico, q̃ in prima cã applõnis in qua dicta ſñia fuit reuocata, & lata fuit ſñia ꝯdemnatoria de ꝯſilio ſapientis, vcʒ D. Antonij de belgrado ꝯſultoris aſſumpti, uiſoq; dicto conſilio & ſñia ſm ipſum lata, rõnibuſq; & allegatiõibus hincinde factis. Viſis ẽt capitulis nouiter ꝓductis corã me & receptis de mãdato dictorũ D. auditorum ꝓ utraq; parte, & teſtibus examinatis ſuꝑ eis ſuꝑ eo qđ q̃rit̃ a me per ꝑfatos D. auditores, ut ꝯſulem q̃ ſunt uel eſſe dẽant partes eorũ in ſñiando & ꝓnunciãdo, & ſi iuſtè ẽt bñ ꝑ dictũ D. Antonium fuit ꝯſultũ, & an bñ fuerit ſñiatum ꝑ D. locũtenẽtẽ, uel nõ; & ſubſequẽter an bñ fuerit appellatũ ꝑ dictũ ſer Henericũ. Dico & ꝯſulo Xp̃i noĩe repetito, partes dictorũ auditorũ eſſe in ꝓnũciando ꝑ nobilẽ uirũ D. Vitalẽ olim locumtenentẽ pr̃iæ foris iulij bñ fuiſſe & eſſe ꝓnunciatũ & ſñiatũ de ꝯſilio dicti D. Antonij cauſis & rõnibus in dicto cõſilio cõtentis, quas breuitatis cã nõ repeto, qa ſuperfluũ eẽt. Et cõſequẽter malè fuiſſe & eẽ appellatũ ab illa ſñia, & ipſam dẽre cõfirmari ꝑ ꝑfatos D. auditores, uictũq; victori in expenſis lrĩmè factis in d. cã cõdẽnare, nõ obſtantibus nouiter deductis & allegatis corã me, vcʒ ꝙ dictus ſer Henericus t̃pe facti mutui erat in pr̃ia ptãte. Et ſic vr̃ inferre, ꝙ dicta dña debet excludi ꝑ exceptionẽ macedo. † tũ qa iſtud nõ fuit ꝑ dictum ſer Henericũ deductũ in iudicio ꝑ modũ exceptionis, & ideo ſuper hoc in cã applõnis nõ vr̃ potuiſſe articulari, ꝓut ſentit Bal. notabilr̃ in l. per hanc. C. de tẽpo. appel. tũ qa etſi illud nõ eſſet uerũ, ꝑ id qđ no. Bar. in l. j. ff. de excep. ibi. q̃ro qđ ſi nõ dico, exceptio, ſed factũ ex quo colligit̃ exceptio dũtaxat narraui &c. tñ ꝓ parte dictæ D. ꝓbata ſunt talia, ex q̃bus dicta exceptio ſublata eſt, qm̃ ꝓbatũ eſt & cõfeſſatũ, ꝙ ipſe Henericus erat notarius t̃pe facti mutui, ꝙ eſt officium publicũ authoritate & vtilitate afferẽs emolumentũ, qđ emolumentũ licet recipiatur a priuatis ꝑſonis nõ a publico, tñ dr̃ peculiũ quaſi caſtrenſe, ut eſt tex. cũ gl. in l. fi. §. de alijs au. C. de inoffi. teſta. in uerbo memoria libus. iuncta l. fori. & qđ ibi no. C. de aduoca. diuer. iud. & ſic iure cõi ceſſat dicta excep. ff. ad maced. l. 2. & ibi no. in gl. tũ ẽt qa probatum eſt, ꝙ ipſe adminiſtrabat facta domus, & eam regebat, ꝙ gubernat tanquã maior domus, qa pr̃ ſuus alibi ut plurimũ morabat̃ & nõ impediebat ſe de aliquo niſi de dando ſibi bonũ tp̃s, ut plures teſtes dñt. vñ poſito ꝙ de iure cõi hoc nõ ꝓficeret nec ſufficeret niſi ignorantibus ipſum eſſe filiũfami. ff. ad macedo. l. 3. in prin. ex forma tñ ſtatuti diſponentis inter alia gñaliter filiũ fami. nõ poſſe efficaciter obligari, niſi faciat publicè & ꝯtinuè facta domus, & ipſam domũ gubernet; a ꝯrio ſenſu colligit̃ ipſum efficaciter obligari ex illa dictione, niſi, q̃ ponit in caſu ꝯrio. iuxta no. in l. actione. C. de tranſa. ꝑ doc. & l. eum q. §. q. iniuriarũ. & ſic ſi facit publicè ꝯtinuè facta domus & ipſam gubernat, efficaciter obligat̃ indiſtinctè, ẽt ſi ꝯhens ſciat ipſum eſſe filiũfa. vt ſic ſtatutũ aliq̃d operet̃, & nõ ſit ſuꝑfluũ. l. j. in fi. cũ ibi not. ff. ad muni.
2 qa ſi ignoraret hoc eẽt ẽt de iure cõi. † Cõſtat. n. arg. ſumptũ a ꝯ-
a rio ſenſu locũ hẽre ẽt in ſtatutis, [a] ut no. in l. cõuenticulam. C. de epi. & cle. ꝑ Cyn. & Bal. qñ ſtatutum alias eſſet ſuperfluũ, alias ſecus; & ſic intelligat̃ qđ no. Bar. in d. l. oẽs populi. ff. de inſti. & iur. & ſm Iac. but. Si igit̃ ita eſt, ꝙ ex forma dicti ſtatuti ſumpto arg. a ꝯrio ſenſu ꝑfatus ſer Henericus eſt efficaciter obligatus, ſeq̃tur ꝙ nõ hẽt exceptionẽ. ff. de uer. obli. l. creditores. ibi. ſine ulla exce-
3 ptione ꝑpetue &c. † Silr̃ nõ ob. id qđ dictus ſer Henericus deduxit in 7. articu. ſeu poſitione, ualet ꝙ dicta D. Margareta iura & actionem, q̃ & quã hẽt ꝯ eũ, ceſsit cuidã tertio; q̃ poſitio fuit confeſſata ꝑ dictam D. Nam iſtud non tollit nec impedit, quominus ipſa cedens agere poſsit & intentare directã actionem q̃ penes ipſam remanſit, niſi in tribus caſibus. ſ. ſi ceſsionarius fuiſſet litẽ ꝯteſtatus cũ eo, ꝯ quẽ facta eſt ceſsio, uel partem debiti ab illo recepiſſet, uel ei denũciaſſet ne ſolueret. l. 3. C. de noua. quorũ triũ caſuum nullus eſt hic deductus uel ꝓbatus. Alia deducta per dictũ ſer Henericũ corã me ſunt nugatoria, & ad ꝓpoſitũ minimè facientia: iõ ſuꝑ eis nõ inſiſto. ſuꝑ deductis verò in alijs inſtantijs ſatis fuit ſufficienter rñſum ꝑ primũ ꝯſultorẽ ſpãlr̃ ſuper articulo ꝑſcriptionis; qa ſtatutũ de ꝑſcri. 15. anno. ut nõ ꝯtineat abſurditatẽ & excludat pactũ, debet reſtringi ad debitorẽ bonæfidei. ꝑ ea q̃ no. in c. fi. de excep. lib. 6. & de imunu. eccl. c. eos in nouella. ff. de condi. inſti. l. ſi q̃s ſub ꝯdi. ꝑ Bar. & ſic ad hr̃dẽ debitoris, q potuit hẽre iuſtã ignorantiã de facto defuncti; ut in c. cũ q̃s in ius. cũ ibi no. ꝑ gl. de reg. iur. lib. 6. Sed hic de facto ſuo nõ põt dictus debitor ignorantiã iuſtã ꝑtẽdere, ut in l. q̃ q̃. ff. ad uell. & in c. ab ex-
4 cõicatu. de reſcrip. † Nec ob. qđ uult. Bar. in l. ſequit̃. §. ſi vnã. ff. de
* uſucap. qa illa opi. * cõiter nõ tenet̃, & eſt una de illis in quã ipſe
b cõiter reprobat̃. [b] ut no. Bal. in l. 2. ſcu. j. C. de ſer. & aqua. & ipſemet Bar. determinauit ꝯriũ in l. oẽs populi ff. de iuſti. & iure. i 3. q. prin. dũ inducit ad q̃õnẽ uer. ecclĩæ. aliã ubi determinat nõ ualere ſtatutũ diſponẽs, ꝙ ſi creditor ſteterit ꝑ decẽniũ, ꝙ debitum nõ petierit, cadat a iure ſuo; qa nec l. impialis hoc dicẽs valeret, qa includeret peccatũ. facit qđ not. Bald. in l. 1. & l. ne pr̃ouus. C. de ope. libe. & ſic ibi caſus nr̃ expreſſe determinat̃, ꝙ nõ ſolũ eſt nullũ ſtatutũ ſi dicat ꝙ debitor ꝑſcribat; ſed ẽt ſi dicat ꝙ creditor cadat a iure ſuo; licet q̃dã de hoc dubitẽt, ſed nõ ẽ dubitãdũ poſtquã ipſe idẽ Bar. ita determinat, a cuius determinatione nõ eſt recedẽdũ in iudicãdo, potiſsimè qa roborat̃ authoritate Io. and. in d. c. 2. de except. lib. 6. in nouella. Cõcludo ergo bñ ut ſ. dixi.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

¶ In Dei noĩe. Factũ ſic ſe hẽt exiſtẽte expulſo ſeu abſente metu tyrannidis a ciuitate Brixiæ & eius diocœ. olim ep̃o Brixiẽ. & reſidente in eadẽ ciuitate D. Nicolao malazãpa, q ſe gerebat ꝓ uicario gñali ep̃alis curiæ ac cleri & cp̃atus Brixien. ꝯtingit ꝙ coram ipſo tali quali uicario porrectus fuit libellus ꝑ quẽdã præ. Bartholomeum aſſerentem ſe archipresbyterũ plebis & ecclĩæ ſanctæ Mariæ de chochalio diocœ. Brixi. Contra cõe & hoĩes terræ de caſteraago eiuſdẽ diocœ. ꝑ mudũ & formã ꝯtẽtũ in ſñia his annexa, cui petitiõi fuit rñſum ꝑ Iacobũ de chochalio aſſerẽtẽ ſe ſyndicũ & ꝓcuratorẽ dicti cõis & bonum de caſterzago faciẽdo certas exceptiones & litẽ ꝯteſtando, prout ꝯtinetur in tenore dictæ ſñiæ. Demum lata fuit ſñia per dictũ uicariũ ſuper d. cã. ꝓut apparet in ſcriptura ſequẽti, q̃ diligenter uideatur, citato ad ipſam ſñiam ſupraſcripto Iacobo, & q̃uodam D. Petro aſſertus ſyndicis dicti cõis, & in ipſa ſñia fuit condemnatus dictus D. Petrus, q nunq̃ fuerat in cã, à qua aſſerta ſententia non fuit appellatũ nec de nullitate dictum; uel ſi fuit appellatum, non fuit facta proſecutio. Modò præſuppoſito ꝙ non appareat alia de dicto ſyndicatu dicti communis niſi ſm uerba enunciatiua dictæ ſñiæ. Præſuppoſito etiam, ꝙ nunquã dictum cõe & homines uel eccleſia de

a ¶ In ſtatutis. Adde eũdẽ Paul. ſ. in conſi. 83. i nu. 9. & quòd ibidem dictũ fuit in apoſtil.

b ¶ Reprobatur. vide Ioã. Barb. Seuerin. in reperi. d. l. oẽs populi colũ. 29. in verſicul. 1. infert Bartol. hac qui dat plures ſolu. & ſm opin. cõem affirmat illam, ꝙ aut ſtatutũ dirigit verba ad creditorem aut non, & ꝓcedit per regulam negatiuã qđ nõ valet fauore! aiæ, cum aliquibus limitationibus q̃ poſſent adaptari ad ſolutionẽ. vñ dic vt ibi ꝑ eũ. ꝓ quo vide Iaſo. May. inſtit. de actio. in pri. ſnu. 99. & ſeq. & d. Alexan. de imo. i cõſi. 185. in 2. pte & Fel. i c. fi. circa med. 2. col. de ꝑſcri. & ſalua Bart. dũ dicit in reperi. d. l. oẽs populi. ꝙ non dẽt intelligi ſecundũ diſtinctionẽ. ſ. quo ad tollendam ſũdum obligationem naturalẽ quam tolli nõ ꝑt niſi ꝯrio actu natura li. l. nihil. ff. de reg. ior. nam itaſẽſit Bart. dũ dicit tolli tur obligatio ciuilis, & eliditur effectus naturalis.

de caſterzago a memoria hoīum citra ſoluerit dictam decimam. Quòdq; nō appareat nec apparere pōt, ꝙ dicta plebs de chocha lio vel aliq̄ eius rector, ante uel poſt dictā ſnīam vnquā exegerint dictā decimā in totū vel in parte. Quæritur nunq̄d dicta aſſerta ſnīa debeat executioni mandari, vel, nō ſtantib' obiectis prædictis, et q̄ inferius reperiuntur ꝑ modū quæſitorum; uide licet. ¶ Primò nūquid dicta ſnīa poſsit inualidari eo reſpectu, ꝙ dictus vicarius nō ſe gerebat ꝓ uicario epiſcopi, ſed ep̄atus tñ, quòdq; verus ep̄s erat explulſus, quidā alius intruſus. ¶ Secūdò nunq̄d dicti aſſerti ſyndici p̄ſumant fuiſſe ſyndici autoritate dictæ ſententiæ, non apparente aliter de mandato. ¶ Tertiò præſuppoſito quòd apparere poſsit de dicto ſyndicatu, nunq̄d dicta ſnīa valeat ꝓ eo quòd fuit lata ʒ ſyndicū, qui nunq̄ fuerit in dicta cā. ¶ Quartò p̄ſuppoſito ſtatuto cōmunis Brixi. quo cauet ꝙ iudex laicus poſſit cognoſcere ſuꝑ petitione decimarū, nunq̄d dictus archipreſbyter teneat̄ ſequi forū reorū petēdo executionem dictæ aſſertæ ſentētiæ corā iudice laico; an verò illā petere poſsit corā uicario ep̄i inuitis reis, an teneat̄ offerre libellū vel nō. ¶ Quintò nunq̄d dictæ eccleſiæ ſeu archipreſbytero obſtet exceptio p̄ſcriptionis q̄nquagenariæ, nō obſtante dicta aſſerta ſnīa. ¶ Sextò prouideat̄ de oībus remedijs & cautelis q̄bus dictum cōē & huīnes ſe tueri poſsint aduerſus iniquitatē & iniuſtitiā dictæ aſſertæ ſnīæ, quæ ʒ omnem iuſtitiam fuit prolata.

S V M M A R I A.

1 *Snīa lata ꝑ uicariū intruſi uiuente uero epiſcopo, nō trāſit in rem iudicatam.*
2 *Sententia lata contra uniuerſitatem non citatam legitimè etiā comparente alꝫ quo qui aſſerat ſe ſyndicum, an ualeat.*
3 *An præſumatur pro ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
4 *Sētentia an ualeat, ſi cōdemnetur dominus cauſæ mediante procuratore, qui non eſt litem conteſtatus.*

CONSILIVM XCIX.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Circa primū q̄ſitū dicēdū eſt, ꝙ ex illo capite pōt dicta ſnīa impugnari, tanq̄ lata a iudice incōpetente. ſ. ab illo q̄ ſe gerebat ꝓ uicario; cū tñ nō eſſet ibi poſitus ꝑ verum ep̄m, apud quē erat iuriſd. ep̄alis, licet eſſet expulſus de ſede ſua; q̄d patet q̄a poterat eam exercere inter ſubditos in terra uicina & extra ſuā diœceſim; ut in cle. unica. de foro cōp. iuriſditio nāque cohæret ꝑſonæ magis, q̄ in territorio, licet nō niſi in territorio exerceatur iux. plene. no. ꝑ Bar. in l. 1. circa fi. ff. de iuriſdi. oīum iu. nec ꝑdit licet eā habens exeat territoriūm; ut no. gl. plenè. ff. de offi. præſi. l. 3. licet nō poſsit regulariter extra territorium exercere, ut ibi; ſed fallit in caſu iſto, ut in. d. clemen. pōt ēt de iure exiſtens extra territorū delegare vel cōmittere in territoriū cognoſcēdas. ff. de offic. p̄fec. urba. l. fi. ff. de offic. ꝓcō. l. 3. §. fin. Si igitur dictus uicari' nō erat poſitus a vero ep̄o, penes quē erat iuriſditio; ſed ab intruſo penes quem nō erat; vel ēt a capitulo penes quod ſimiliter nō erat viuente uero ep̄o; niſi in caſu. c. pe. de ſup. negl. præla. li. 6. dicendū eſt ſnīam ab eo latā nō tenere. C. ſi a nō compe. iudi. l. j. iuncta. l. j. in prin. C. q̄ ꝓ ſua. iuriſd. Et poteſt opponi dicta exceptio ad impediendū executionē ſnīæ ſi notoria eſt, vel offerri probatio in prōptu. iux. plenè no. ꝑ Bar. in l. 4. §. cōdēnatū. ff. de re iudic. & patet ex clem. vt calūnijs, de re iudi. vbi tūc demū nō admittitur exceptio nullitatis ad impediendū executionē, qñ datæ fuerunt tres ſnīæ cōformes ꝓ actore, q̄d hic nō eſt, ſed una; ſed etiā tunc admittit illa q̄ ꝓuenit ex defectu iuriſdōnis; vt no. gl. fi. ī cle. ad compeſcēdas. de ſequeſtra. poſ. & fruc. q̄a reddit totū iudiciū
3 tetro nullū. ergo &c. arg C. de procu. l. licet. cū ibi no. ¶ † Super ſecūdo dicendū eſt, quòd dicti ſyndici aſſerti nō p̄ſumūtur fuiſſe ſyndici autoritate dictæ ſnīæ, uel ꝑ ꝑ eius uerba poſtq̄ negant̄ fuiſſe; & non oſtēdit nec apparet inſtr̄m ſyndicatus; q̄a uerba iudicis vel notarij ſcribētis dictā ſnīam nō pōt præiudicare dictæ vniuerſitati abſenti, & ignoranti, & nō citatæ ad hoc; vt patet ex eo no. ꝑ Inno. de offi. de leg. c. cū ī iure. de ꝓba. c. qm̄ cōtra, q̄nimo ēt ſi iudex ꝓnunciaſſet illos fore ſyndicos & habere ſufficiens mandatū, talis pronunciatio nō noceret uniuerſitati abſenti & nō citatæ ad ipſam audiendū; ꝓut determinat Cy. C. de ꝓcur. l. licet. in 3. q. & ēt Bar. dicens hoc tenere oēs doc. & Bald. C. de fur. l. falſus. in 11. vol. uer. ad quartū venio. & expreſſe in terminis Spec. in tit. de ſyndico. uer. q̄d ſi iudex pronunciat. & q̄d not. Inno. in c. ſuꝑ literis. de reſcrip. & d. Ant. de Bu. in. c. j de ꝓcur. multo ergo minus p̄iudicare debēt p̄fata verba ſnīæ prolata non diffiniēdo; ſed enunciatiuē narrando tales fore ſyndicos, & produxiſſe ipſorum mādata, ex quo aliter de mādato nō apparet, nec fuerūt inſtr̄a mādatorū in actis regiſtrata, poſtq̄ negant̄ fuiſſe ſyndici. ut in auth. ſi q̄s in aliquo documēto. C. de eden. & q̄d no. Inn. in locis ꝑall. Licèt. n. pronūciatio iudicis ſuꝑ legitimatione mādati ꝓſit, quātū ad hoc vt ammodo ab alia parte non poſsint repelli tanquam nō hñtes mādatū, nō tñ nocet illi cuius dr̄ q̄s eſſe procu. uel ſyndicus quominus poſsit aſſerere ʒriū, & offerre ſe paratū oñdere ʒriū, ſi producat originale mādatū; ut patet ex not. per doc. in d. l. licet. C. de ꝓcu. ſic debet intelligi q̄d no. in Spe. de excep. §. nūc uidendū. ver. ſi. alias aperta eēt uia, ꝑ quā poſſet fieri maximū p̄iudiciū abſenti & ignoranti. ſ. ꝙ aliq̄s fingeret ſe procuratorem eius, cū nō eſſet & faceret ſe ꝓnuntiari procuratorē conſentiente aduerſario, & poſtea ſe condēnari, & ſnīa noceret abſenti, q̄d
3 eſſe non debet. arg. de collu. dete. l. cum nō iuſto. † Nec ob. ꝙ p̄ſumitur pro ſnīa poſtquā tranſiuit in rē iudi. ut no. Inn. in d. c. qm̄ ʒ fal. & in c. bonæ. de ele. & Spe. in tit. de ſent. §. 1 a x. ante fi. q̄a uerum eſt inter illos, inter quos ꝯſtat fuiſſe latā; ſed hic non cōſtat eſſe latā cōtra dictā uniuerſitatē, niſi appareat de ſyndicatu p̄dictorū, poſtquā negant̄ fuiſſe ſyndici, & nō ꝓducunt acta nec inſtr̄m ſyndicatus; maxime aūt ꝓcedunt p̄dicta, quia dicta uniuerſitas nō fuit citata ut debuit. ſ. ꝑ nūciū & literas miſſas ad maiores & regentes uniuerſitatē; ſm ea q̄ tradunt ꝑ gl. in c. bonæ. il j. ſuꝑ uerbo ſingulares. de elec. & in c. fi. c. de cōceſ. p̄b. in gl. mag. ſed ꝑ proclama factum alta voce penes bāchum dñi vicarij, & ſic nō arctauit uniuerſitatē, q̄a uox p̄conis paucis innoteſcit; ut ī auth. qui ſemel. C. quō & qñ iudex. Vnde non pōt dici, ꝙ ualeat dicta ſnīa, ſaltem rōne cōtumaciæ in nō mittendo idoneū rūſalem; q̄a nō tenebat̄ mittere, cū nō eſſet citata, ut debuit; & ſic ꝑinde erat, ac ſi nullo modo fuiſſet citata. arg. ff. q̄d cuiuſ. uni. no. l j. §. q̄bua.
4 ¶ † Circa tertiū vr̄ dicendū ſnīam nō ualere, poſtq̄ non fuit lata ʒ illū ſyndicū, qui fuit litē cōteſt. ſed ʒ aliū q̄ ꝯteſtatus nō fuerat ꝑ l. j. C. de ſent. In ʒriū q̄a ēt ʒ ipſam uniuerſitatē fuit lata, & iudiciū fuit agitatū ꝑ ſyndicū eius qui dr̄ habere legitimā adminiſtrationē. l. munerū. §. iudicandi. & §. defenſores. ff. de mu. & ho. vnde ſicut lit. conteſta. cū tutore uel curatore, nihilominus pōt uerba ſnīæ concipi ʒ pupillū; ut no. Bar. in d. l. j. in fi. C. de ſen. & l. ſtip. iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de uerb. ob. & no. in c. ſuſcitata. in j. glo. extra de reſti. in integ. ita hic potuerunt cōcipi in ipſam uniuerſitatē, facit. c. querelā. de elec. & q̄d ibi no. in gl. poſſet tñ dici, ꝙ illud procederet ſi cōcepta eſſent uerba in ipſam uniuerſitatē de directo, & nō mediāte ꝑſona alterius ſyndici qui lit. conteſt. non fuit; ſed hic illo mediante, q̄a condēnat D. Petrum ſyndicum qui lit. conteſt. non fuit, & per ipſum dictam uniuerſitatem, & ſic mediante perſona & medio inhabili; quia ſi ſolum D. Petrum condemnaſſet vr̄ non ualere, ergo nec cōdemnatio facta de uniuerſitate mediante D. Petro; quia medium inhabile &c. l. Tria prædia. ff. de ſer. vrb. prædio. l. ſeruitutes. §. publico de ſerui. l. qui libertinus. §. poſthumus. ff. de ope. libe. C. de q̄ō. diuo march. Suꝑ hoc pro nunc aliter non determino; quia ſufficiunt alia, de quibus. ſ. dixi ad impugnandum hanc ſententiam.

¶ Et ita dico & conſulo ego Paulus de Caſtro vtriuſq; iuris doctor & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillaui.

S V M M A R I A.

1 *Præſentare in iudicio aliquem qui promiſit infra certū terminum, non eſt in mora niſi poſt præceptum de præſentando factum per iudicem.*
2 *Præſentare infra octo dies qui promiſit, an poſt illos octo dies obligetur ad debitum illius præſentandi.*

CONSILIVM C.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Videtur, ꝙ dictus Ioannes Paulus teneatur ſoluere debitum, quo tenetur dictus Gaius, ex quo ipſum nō præſentauit infra octo dies, ꝓut ꝓmiſit; & ſic per lapſum octo dierū nō ſit liberatus, ſed potius in obligationē dicti debiti, ad q̄d prius non tenebat̄, inciderit; licet poſsit purgare morā. ſ. alios octo dies ipſum repræſentando, & ſe a dicto debito liberare. C. de fideiuſ. l. ſcimus. ubi vr̄ iſta q̄ō determinari in tex. & gl. In ʒriū vr̄, ꝙ nō dicatur fuiſſe in mora p̄ſentandi ꝑ lapſum octo dierū, ex quo nō fuit ſibi p̄ceptum per curiā ꝙ illum Gaium præſentaret; quia dicta promiſsio de præſentando vr̄ habere conditionem iſtam. ſ. ſi & qñ iuſſus fuerat p̄ſentare, & extunc incipiat currere dictus terminus. 8. dierū, & non añ. ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi deceſſerit. ibi. non debebit p̄tor iubere &c. & in uerbo

verbo iuſſerit.ibi. non debebit.abſurdũ.n.vr̃,ꝙ debuerit præſen-
tare non requiſitus,cũ p̃ntatio perſonæ fieri ſoleat pp aliquid ex 1
plicandũ circa eam ꝑ curiam,& ſic anteq̃ curia requirat, ignorat
an p̃ntatio ſit accepta curiæ; ſicut videmus in operis officialibus
debitis a liberto;qa dies earũ non cedit anteq̃ fuerint indictæ.ff. a
de oper.liber.l.ſi.quis hac. §.indiciũ. in fi.i.anteq̃ fuerint a patro
no petitæ; qm̃ cũ concernant perſonã patroni,abſurdũ eſt quòd
aliquis faciat ſeruitiũ pſonæ meæ anteq̃ velim; ut inquit Bart.ff.
de conditio.indeb l.ſi non ſortem.§.cũ libertus.l.cũ patronus.in
ꝑtin.de op. lib.&.l.opere in rerũ.quæ bene faciunt ad propoſitũ.
ſic vr̃ in præſentatione pſonæ fiẽda curiæ,q̃ fit pp aliquod expli-
cãdum ꝑ curiã circa ipſam,& anteq̃ curia petat præſentationem
fieri,ignoratur an ſit p̃parata ad illud faciẽdũ vel explicãdum.Et
hoc maxime videt̃ verũ in caſu noſtro, vbi promiſit p̃ſentare pro
libito & voluntate &c.qđ eſt intelligẽdũ.ſ.ipſius curiæ; nõ.n.põt
intelligi ſcilicet ipſius promiſſoris,qa non valeret ꝓmiſsio.ff.de
act.& obl.l.ſub hac.requirebat̃ ergo volũtatis curiæ expreſsio.ff.
2 de leg.1.l.ſi ita legatũ.§.illi ſi volet.¶†Sed tũc q̃rit̃,ſm̃ p̃dicta nõ
eẽt adhuc in mora, & ſic nõ incidiſſet in obligationẽ dicti debiti;
qa præfatus terminus.8.dierũ datus ad præſentandũ non cucurriſ
ſet,nõ facto iuſſu vel p̃cepto ꝑ curiã de præſentando.Sed dubiũ
eſt,ſi nunc fiat, an incipiat currere; & ad hoc reſpondet̃,quòd ſi
dictus Ioannes paulus deſiiſſet habere facultatẽ p̃ſentãdi ſine ſui
culpa; qa præſentãdus eẽt mortuus vel perdidiſſet ciuitatẽ,nõ ua
leret iuſſus ſibi poſtea factus de præſentando. ut.d.l.ſi deceſſerit.
& d.l.ſcimus.ante.fi.C.de fideiuſ.imo.eſſet liberatus. ſed ſi adeſt
facultas præſentãdi, tũc ſi non fuiſſet appoſitũ in ꝓmiſsione tem a
pus,ſine dubio poſſet tũc iuſſus fieri, ſed qa fuit appoſitũ eſt ui-
dendũ an cenſeat̃ appoſitũ gratia finiendæ obligationis; qa tunc
eſſet ſenſus ꝓmitto p̃ſentare infra octo dies ab iſta die q̃ndocũq;
curia volet, ſed ultra dictos octo dies non volo teneri; et tũc trã
ſactis octo diebus curia non iubẽte ꝙ præſentet̃,eſſet dictus pro-
miſſor liberatus ope exceptionis nõ ipſo iure.l.obligationũ fere.
§.placet.ff.de actio.et obl.ff.de verb.obl.l.eũ q ita.§.q ita.an ve-
ro cẽſeatur appoſitũ dictũ tẽpus cauſa differẽdæ p̃ſentationis, nã
tunc per lapſum tẽporis non liberaretur,ſed conſtitueretur ĩ mo
ra præſentandi; et ſic incideret in obligationẽ debiti principalis.
l.magnam.C.de contrahen. ſtip.ſicut qñ tempus apponitur cau-
ſa differendæ ſolutionis; qa eſſet ſenſus,promitto præſentare in-
fra octo dies a die iuſſus mihi facti; alias promitto ſoluere debi-
tũ.Breuiter intellectus præcedens videtur verior,qa dixit infra
octo dies proximè venturos; & ſic uoluit qđ inciperet ſtatim cur
rere non a die iuſſus facti ꝑ curiã de p̃ſentando; quoniam illi non
eſſent proximè venturi. arg. eorũ q̃ habentur in.l. ſenatus.in fi.ff.
ad turpil.per Bar.& l.ſi vſusfru.mihi in biẽniũ.ff.de vſufr.leg. eſt
ergo ſenſus verborũ, promitto præſentare infra octo dies proxi- b
mè venturos,ad libitũ & beneplacitũ curiæ; & ſic ſi curia iuſsiſſet
die ſequenti ꝙ p̃ſentaret, tenebatur præſentare. vñ non põt dici
tempus appoſitum gratia differendæ p̃ſentationis; qa tũc ante la
pſum ipſius nõ poſſet cõpelli ad p̃ſentadum, cũ ante lapſum talis
tꝑis malè agatur.l.j.in fi. qñ dies vſuf.le. ce.et hic poterat ſtatim
q̃cũque placuiſſet curiæ,infra dictos 8.dies cõpelli ad p̃ſentãdũ:
Neceſſe eſt ergo dicere ꝙ fuerit appoſitũ gratia finiendæ obligã
tionis, qa uoluit teneri ad præſentandum vſque ad octo dies pro
ximè venturos, & non ultra, & infra illos dies uoluit teneri qñ-
tũque curiæ placebit; ſic ergo terminus octo dierum nõ fuit ap-
poſitus ad p̃ſentandum; hic.n.poſſet dici, ſi non fuiſſet dictũ ad
libitum & voluntatẽ curiæ; ſed qa illud fuit dictũ,dico qđ termi-
nus infra quem fienda eſſet præſentatio,debebat apponi ꝑ ipſam
curiã cum iuſsiſſet,terminus aũt iſte 8.dierũ fuit appoſitus, vt ſ.
illũ tantũ curia poſſet iubere præſentari,& vltra illũ nolebat tene
ri ad p̃ſentãdũ;igit̃ ſi poſtea non p̃ſentat,cũ nõ teneat̃,nõ incidit
C. de dotis promiſ. in fi. Itẽ ſi dicatur, poſtq̃ ɔſuetudo vel ſtatutũ
aufert auo & dat filijs filiæ, quõ potuit auus per ſuam ſtipꝉonem
auferre nepotibus & dare filiæ? Rñdeo, potuit a prin. & anteq̃ eis
eſſet ius quæſitum. l. quotiens. ff. ſol. ma. ff. de pac. dota. l. ſi cũ dos.
Item quia ſentiunt vtilitatem in hoc, ꝙ non teneatur computa-
re tanq̃ hr̃des ſuæ matris; vnde conqueri non pñt. plus vr̃ ꝙ etiã
citra vllam ſtipꝉonem idem ſit qđ. ſ. dixi. verum eſt qđ aſſeritur.
per primum dñm conſulentem, ꝙ dictum ſtatutũ fuit ſic ſp intel
lectum & practicatũ & interpretatũ Ferrariæ, ꝙ filij filiæ habeãt
vt hr̃des eius, quaſi tantum operatur ſtatutum, quantum ſtipula-
tio in perſonam filiæ concepta, l. ſi de interpretatione. ff. de legi.

SVMMARIA.

1 *Simulatio contractus poteſt coniecturis probari.*
2 *Contractus pignoris qualiter probetur, licet inſtrumentum cantet de venditione, quando agitur ſolum de computanda fructus in ſortem.*
3 *Vſurarum quando eſt quæſtio facti, iudex ſecularis eſt competens.*
4 *Cauſa quomodo cognoſcatur an ſit in iure, an verò in facto, & quid crimen ſit merè eccleſiaſticum.*

CONSILIVM CIX.

IN Chriſti nomine Amen. ¶Viſa petitio
ne prædicta, &
teſtibus pro vtraq; parte receptis, & ẽt ſnia lata in fa-
uorẽ dictorũ agentium ſuper eo qđ primo quæritur
vtrũ ex deductis in proceſſu ſit probatum pignus, &
1 ſic ſimulatio Ʒctus. Rñdeo, ꝙ ſic; † q͞a talis ſimulatio ſeu fraus de
Ʒctu vendi. ad Ʒctum pignorationis probat̃ ꝑ ɔiecturas & veriſi
militudines tam de iure cõi. vt in c. ad noſtrã. de emptio. & ven. &
c. illo vos de pig. & no. per doc. in l. emptione C. plus valere qđ
agitur. facit l. dolum. cũ ibi no. C. de dolo. q̃ ẽt per ſtatutũ Perga-
mi ſub rubrica de cognoſcendo per D. pñtẽm & eius iudi. de
Ʒctibus fictitijs &c. ubi dr̃ ꝙ poſſit fieri probatio ex leuibus præ
ſumptionibus, qđ qdem ſtatutũ laicorum valet inter laicus ẽt in
materia vſuraria, qñ diſponit ſup q̃õnibus facti quæ ſunt vel eſſe
pñt de foro ſeculari, vt dicã in ſequenti dubio. & ita tenet Fed. de
Sen. in opere ſuo conſ. 91. ſi bñ inſpiciatur eius mens & intentio.
2 †Et inter alias cõiecturas eſt iſta, ſi poſſet probari ꝙ debitor q̃re-
bat accipere pecuniã mutuò ſuper tali poſſeſſione, poſtea reperit̃
ipſum feciſſe venditionem de illa poſſeſſione ꝓ quãtitate quã q̃
rebat. Nã præſumit color quæſitus de Ʒctu ad Ʒctum; ſicut & ali-
bi de pſona ad perſonã. ff. ad velle. l. mulier. §. ſi cum eſſet. & hoc
not. Hoſt. in d. c. ad noſtrã. Vel qñ ɔcurrunt duo. ſ. ꝙ res valet lon
ge plus q̃ fuerit vẽdita, & ꝙ factũ fuit pactum de retrouendẽdo.
Alterũ verò nõ ſufficeret, q͞a tex. illorũ capitulorũ loq̃ in pluri,
& ſic requirũt plures adeſſe ɔiecturas. Sufficiant ergo duæ. l. ubi
numerus. ff. de teſt. Sufficeret ẽt cum vna illarũ qualitas perſonæ
creditoris ſeu emptoris ſi ɔſueuiſſet fœnerari, vel tales Ʒctus ſi-
mulatos facere. l. qui ſemiſſem. ff. de vſur. in fi. de pig. ac. l. vniuer-
ſorum. & qđ no. doc. C. de vſur. l. cum allegatas. ff. de ver. ob. l. ſti
pulati ſumus. ſed hic adſunt prædictæ coniecturæ, & ẽt aliæ plu-
res, & primò adeſt prima, q͞a Auogarius pr̃ iſtorũ agentiũ anteq̃
faceret venditionẽ de dicta petia terræ quærebat accipere mutuo
ſup illa poſſeſſione; & eam pignorare, & non vendere; vt patet ex
diſpõne. 7. teſtiũ ſcilicet Iacobi bonagæ q deponit quat̃ dictus
Auogarius ita ſibi dixit, & ꝙ ipſe voluit emere, ſed ille noluit vẽ-
dere, cui Iacobo vr̃ dãda plena fides in hoc, cũ deponat de facto
ſuo. arg. l. quæro. §. fi. ff. de ædil. edic. licẽt qñ deponit de facto alie
no nõ ſufficiat vnus. l. vbi numerus. ff. de teſti. C. eo. ti. l. iuſiurãdi.
Cõfirmat̃ ẽt hoc ex depõne primi teſtis q dicit ꝙ Guil. voluit da
re Auogario lib. mile ducẽtas, ſed ille noluit recipere niſi ſexcẽ-
tas, & ſic apparet ꝙ noluit vẽdere ſed pignorare. Itẽ adſunt aliæ
duæ ɔiecturæ. ſ. maioritas pretij de duplo maius q̃ datũ fuerit, cũ
oẽs quaſi teſtes inducti ꝑ actores deponãt ꝙ valet mille ducẽtas
li. & vltra, & tñ vẽditio facta fuit ꝓ ſexcẽtis. Nec ob. teſtes inducti
ꝓ alia pte; q͞a deponũt de tpe guerræ, ꝙ ꝓp guerrã erat poſſeſſio
inculta & ñ fuiſſet reptus q dediſſet ultra 600. li. q͞a iſtud ñ ꝓbat
verũ ꝓtiũ rei, cũ ſit tpale qđ ſperabat̃ ceſſare, ió nõ debet attẽdi. l.
ꝓtia rerũ. in fi. ff. ad l. fal. Præterea teſtes alij ꝓ actorib. inducti di-
cũt, ꝙ illimet emptores dediſſent. 1200. li. ſi ille voluiſſet facere
liberã venditionẽ, & ſine pacto de retrouẽdendo; & illis magis ẽ
dãda fides q͞a dicũt veriſiſiora l. ob carmẽ. §. fi. ff. de teſt. & licẽt di
cti teſtes deponẽtes đ maiori valore ſorte ñ redũt ita ſufficientẽ
cãm ſui dicti, ſicut requireret̃ ſi ageretur de ſuppletione pretij. iux
ta l. 2. C. de reſci. vendi. q͞a tũc ageret̃ de magno ꝓiudicio. In caſu

tñ noſtro, qa non agitur de ſuppletione ꝓtij nec de retractatione ꝯctus propter pretium, qa imo petitur retractari pp pactum de retrouendendo, nec negatur reſtõ rei vel retrouendicio, imo oſſertur, ſed ſolũ agitur de ꝓbando ſimulationem ꝯctus ad finem ꝯputandi fructus in ſortem, non vř requiri tam exacta probatio, ſicut requireretur ſi ageretᷣ de his quæ.s.dixi. tum qa hoc non eſt magni ꝓiudicij, ſicut ſunt illa; tùm pp naturã ſimulationis, q̃ per coniecturas ẽt leues detegitᷣ l.ſi maritus.§.ſi.ff.q & a quibus.ff.de manu.l.4.§.ſi ab ignoto l.ſicut.§.ſuperuacuũ.ff.qbus mo.pig.vel hypo.ſol.& ꝙ no.Bar.in l.poſt ꝯtum.ff.de dona.ſic ẽt dicti teſtes debẽt ſufficere ar.l.j.C.de rei vxo.act.poſt prin.Eſt ẽt ꝯuentio de retrouendendo facta eodem die, & ſic magis arguit ſimulationẽ, q̃ ſi ex interuallo.ff.q̃ in fraud.credi.l.ſi venteri.§.in bonis.in fi.& ꝙ not.in c.officij.de elect. Nec obſt.ꝙ vnus teſtis actorũ dicat, ꝙ ex interuallo fuit facta dicta ꝯuentio; quia ex tenore inſtrũ apparet de ꝯrio, & ſic illi non eſt danda fides.C.ad velle.l.antiquæ. Sũt ẽt alia indicia, quæ arguunt ſimulationem ꝓdictam & coadiuuãt ea quæ dicta ſunt, vt & ſi per ſe non ſufficerent ꝙ negatur, iuncta tñ cum iſtis ſufficere debent; iuxta illud, q̃ non ꝓſunt ſingula &c. l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.& p c.ſi.de ſucceſ. ab inteſt. & ꝙ no.in l.2.in prin.ff.de ea cu.tuto.& C.de rei ven.l.indicia. & l.ob carmẽ.§.ſi.& l.3.§.2.ff.de teſti.ſunt autẽ iſta, primò qa ſuit actũ in pacto de retrouendendo, ꝙ poſt certum tps & non añ tenerẽtur retrouendere; & ſic patet ꝙ voluerunt aliqd lucrari dicti emptores de eo qđ fecerũt. ergo &c. ar.dictorũ capitulorũ. Itẽ eſt vnus teſtis, videlicet tertius in ordine qui eſt D. Iac.filius D.Marchi de aduocatis q deponit de confeſ.partis aduerſæ facta ꝓſentibus iſtis agẽtibus vel altero ipſorũ recipiente ꝓ ſe & fratre ſuo, q̃liter re vera mutuauerat dictas ſexcentas lib. & receperat illã poſſeſſionẽ pignori, non añt emerat; qui teſtis facit ſemiplenam ꝓbationẽ, qa ſi eſſent duo teſtes facerent plenã. Nam confeſſio extraiudicialis facta parte pñte facit plenã fidem, vel ſaltẽ releuat alterã partem ab onere ꝓbandi. iuxta no.ſup rub.de ꝓba.per Ioan.An.in nouel.& l.publia.§.fi.ff.depoſi.& l.cũ de indebi.§.fi.ff.de ꝓba.C.de nõ nume.pecu.l.gñaliter.p doc.ſi duo facerent plenã, ergo vnus ſemiplenã.per ea q̃ no.Bar.in l.admonẽdi.de iureiur.& patet in d.c.fi. de ſucceſ.ab inteſt.& ſemiplena ꝓbatio ẽ plus q̃ indiciũ, vel coniectura. vt no.in l.cũ ꝓba.ff.de ꝓba.in gl. Sũt ẽt plures alij teſtes, q deponũt de ꝯfeſſione facta parte abſente, q̃ plenè ꝓbata facit ſemiplenã ꝓbationẽ[a]. vt no.Bar.in d.l.admonendi.ff.de iureiur.& licet teſtes in hoc videantᷣ ſingulares, qa deponũt de ꝯfeſſionib' factis diuerſis tpibus; negari tñ non põt, qn faciant magnũ indicium & coniecturã, & ſic adminiculatur ad plenã ꝓbationẽ, licèt directam ꝓbationẽ non faciãt. vt in d.§.fi.de ſucceſ.ab inteſta. ſic ergo ꝯcluditur p illud capłm, ꝙ vel ẽ directo ꝓbatũ pign', vel tã ſufficiẽter adminiculatũ, ꝙ ſufficit ad ſñiam ꝓ actorib. & hæc de prio dubio vel q̃ſito.

2 ¶ † Quantũ verò ad ſm dubiũ, an dicta ſñia reddatᷣ nulla ex defectu iuriſd. q̃ ſi iudex ſecularis de hac cã vſuraria[b] cognoſcere nõ potuerit, nec ꝓnũciare tanq̃ de cã eccľaſtica ſeu ſpũali nõ pertinẽte ad ſuum forũ. iuxta no.in c.cũ ſit gñale.de foro ꝯpe.& in cle.diſpẽdioſam.de iud.& p Io.And.in c.j.de vſur. lib.6.in nouel iuncto c.ſi iudex laicus.de ſent.excõ.& c.vt inq̃ſitionis.§.ꝓhibemus.de hæret.li.6.depẽdet ex his q̃ no.Arch.14.q.3.c.qđ dicã.q tenet ſm q̃plures, ꝙ vſuræ pñt repeti in curia ſeculari.& Pau.de Leaz.in cle.j.de vſur.q diſtinguit an ſit q̃ſtio facti, q̃ diſtinctio fuit originaliter Io.And.in caſu ſi.de ordi.cogni.c.tuã.& eam approbat Fed.de Senis in d.ꝯſi.91.& Bar.in l.titia.ff.ſolu.mat.& D.Pet.de Anch.in c.ea quæ.de reg.iur.licèt Bal. in l.quotiens.C.de iudi.dicat ꝙ ſiue ſit q̃ſtio iuris, ſiue facti, ꝑtinet ad forum ecclæ, qđ pnto verũ actore volente; qa qui vult repetere vſuras vel petere declarari ꝯctum eſſe vſurariũ, põt eligere curiã eccleſiaſticã, ſi vult ẽt qñ eſt q̃ſtio facti. Et ita videmus cõiter fieri, qñ moritur aliqs vſurarius de cuius ꝯctibus nun vertitur q̃ſtio iuris, ſed facti.ſ.quantũ quis ſoluerit ꝓ vſuris. Et ſic eſt q̃ſtio facti, & tñ repetunᷣ vt plurimũ in curia eccľaſtica.& hanc iuriſdictionẽ ſibi appropriauerũt rectores eccľaſtici a tanto tpe, cui' non ẽ memoria. vt no.Io.An.in d.c.j.đ vſur.li.6.ĩ nouel. Sed ſi volũt agere in curia ſeculari, eo caſu quo ſit q̃ſtio facti, nõ ẽ negandũ qn poſſint, & ſic ſaluanᷣ no.p Arch.& alios ĩ palleg.c.qđ dicã.& p alios in locis.ſ.alleg. In caſu aũt nřo eſt q̃ſtio facti, & nõ iuris; qđ patet,

3 † qa tunc eſt q̃ſtio facti, qñ partes nõ ſunt ꝯcordes in facto, ſed in iure ſic, qa partes fatenᷣ ꝙ ſi factũ ſic ſe hřet, eſſet vſura; ſed ſi nõ ſic ſe haberet, non eſſet vſura. Tunc autẽ dř q̃ſtio iuris, qñ partes ſunt concordes in facto, nõ in iure; puta ſi uendanᷣ fructus ad tps minori pretio; partes fatenᷣ uendi. fuiſſe factã ad tps, tñ una pars dicit talẽ uenditionem continere uſurariã prauitatem, altera ꝯdicit. Certè iſta eſt qõ iuris merè, non facti; quia de facto nõ contenditur inter partes, ſed ſolũ de iure, & ideo pertinet merè ad forũ eccleſiaſticum; & iudex ſecularis ẽt ex proroga. partium vř ꝙ nõ poſſet cognoſcere, quia vř cauſa ſpiritualis, cuius nõ eſt capax iudex ſecularis.c.decernimus.de iudi. & d.c.ſi iudex laicus.de ſent.excom & quod no.Inn.no.in c.de cauſis.de oſ.deleg.& doc.iuris ciuilis in materia prorogationis iuriſdictionis, qui dicũt ꝙ in iudice non habẽte imperium non pt fieri prorogatio de imperio mero, uel mixto; quia talis ꝓrãtis non eſt capax, licet in ꝯrium faciat quod no.do.Pet.de Anch. in d.c.ea q̃. qui dicit ꝙ cã uſuraria non eſt ſpiritualis, ſed eſt eccleſiaſtica non mere. Nam ſolum crimen hæreſis & ſimonia dñr crimina merè eccleſiaſtica. ut d.c. ut inquiſitionis.§.prohibemus.de hæret. lib.6.& de illis ſolus eccleſiaſticus pt cognoſcere. Sunt q̃dam, quæ ſunt eccleſiaſtica, ſed non merè, ut ſacrilegium. ut no.in d.c.cum ſit generale. de quo ẽt ſecularis pt cognoſcere. ut l.ſi quia in hoc genus.C. de epiſ.& cleri, & ſm huc uideretᷣ ꝙ de q.uſurarum; ẽt qñ eſſet qõ iuris, poſſet ſecularis cognoſcere de cõi conſenſu partium. Sed qñ eſt quæſtio facti, tunc ẽt reo inuito. ¶ Bř ſuper iſto articulo de prorogatione non inſiſto de pñti, quia non expedit, cum in caſu noſtro ſit qõ facti, & non iuris, & ſic ẽt reis inuitis potuerũt actores recurrere ad curiam ſecularem, ſm * cõem opi.duc.de qua.ſ. ꝙ autẽ ſit qõ facti, & nõ iuris patet clare; quia ſolũ de facto cõtenditᷣ inter partes, uidelicet utrũ fuerit inter eas ꝙ non eſſet emptio & uenditio ꝓut inſtřm cantabat, ſed eſſet pignus ꝓut partes re uera agebãt, an aũt ꝙ eſſet uera uenditio; nã utraq; pars fatetᷣ, ꝙ ſi fuiſſet actũ ꝙ non eſſet uera uenditio, ſed pignus, cenſeretᷣ facta ſimulatio de pignore ad uenditionẽ in fraudem uſurarũ.ſ.ut dicti cre.tanq̃ de uenditione lucrarẽtur fructus interim perceptos.C.de pac.inter empto.l.2.quos de pignore lucrari non potuiſſent, ſed in ſortem habuiſſent ꝯputare.l.1.& 2.de pig.act. Item utraque pars fatetur, ꝙ ſi fuiſſet actum ut eſſet uera uenditio, ꝓfati emptores lucrarentur fructus interim ꝑceptos. De hoc ergo facto cõtenditur inter partes.ſ.quid fuerit actũ inter eas; non aũt de iure, qđ reſultaret ex facto declarato, & poſito ꝓ ꝯſtanti; de illo.n.ſunt cõcordes. & iſto modo declarat Bar.in d.l.Titia. ſeq̃tur ergo ꝙ potuit hoc peti in curia ſeculari, licet potuiſſent actores hoc petere ẽt in curia eccleſiaſtica, ſi uoluiſſent; & iõ dicta ſñia non eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, & dicta exceptio nullitatis ex iſto capite ñ ꝓcedit.

a ¶ Probationẽ Adde do.Marian.S. cin conſ.15. ver tertius verò tractatus. circa mediũ in j.p.q.cõfeſſio extraiudicialis ſemel dũtaxat facta abſente pte nõ nocet plenè, ſecus vero reiterata ſeu geminata, q tunc nocet cõſitenti. & ad ſic eũdem Paul.ſ.in ꝯſi.74.& ꝙ ibidẽ dictũ fuit in apoſtil.

b ¶ Vſuraria, Adde eundem Paul. de Caſt.ſ. in ꝯſi.2.& q ibidẽ dictum fuit in apoſtil.

S V M M A R I A.

1 *Petitorii & poſſeſſorii retinendæ poſ. cumulatione redditur libellus ineptus, & per conſequẽs iudicium ruit quandocunque facta proteſtatione ante li.conte.*

2 *Actor, qui fatetur reum dominum unius fundi pro parte pro indiuiſo, facit eum præſumi dominum totius, niſi aliter probet, & ſic reus debet abſolui & a petitorio & etiam a poſſeſſorio. & 3.& 4.*

3 *De connexis & inſeparabilibus idem eſt iudicium quando eſt eadem ratio connexorum.*

4 *Diſpoſitio facta de parte trahitur ad totũ, quando eſt eadẽ ratio in aliis partibus.*

CONSILIVM CX.

I*N Chriſti nomine Amen.* ¶ In cauſa quæ vertitur coram dño locumtenẽte patriæ fori ſiulij, inter cõitatem & hoĩes villæ ſeu caſtri Buyæ petentes ex parte una, & cõitatem uel homines villæ Oſopij ex altera ſuper dñio & ꝓprietate, necnõ poſſeſſione cuiuſdã paſcui, qđ hoĩes dictæ villæ Oſopij dicunt ad ſe iure dñij & poſſeſſionis inſolidum ꝑtinere, & pp hoc fecerunt pignorari quoſdã de dicta villa Buyæ repertos ibi paſcuare. Præfati uerò de villa Buyæ dicunt dictũ paſcuũ cõiter ꝑtinere tã ad eos, q̃ ad hoĩes dictæ uillæ Oſopij, & ẽt ad homines quarundã aliarũ, & ſe cõiter cũ illis eſſe in poſſeſſione, petunt hoc declarari; & ẽt dictas pignorationes reuocari, & retractari, & eis pignora reſtitui.

1 ¶ † Viſu libello porrecto p hoĩes de Buya, & miſſione facta ad ipſum unà cũ toto proceſſu, & atteſtationibus teſtiũ hincinde receptorum & productorum. Vř dicẽdum homines de dicta villa Oſopij debere abſolui pluribus rationibus. Et primò ratione ineptitudinis libelli; quia in eo proponitur petitoriũ inquantum petunt declarari dictum paſcuum ad ſe pertinere ꝓ parte, & etiam poſſeſſorium retinendæ inquantum petunt declarari ſe eſſe in poſſeſſione cõmuniter cum hominibus dictæ uillæ Oſopij; & aliarum. Conſtat autem, ꝙ iſta duo iudicia ſimul proponi non poſſunt ratione contrarietatis, quia in poſſeſſorio retinendæ

tinendæ aſſerit ſe poſsidere; in petitorio uerò vř aſſerere ʒrium;
q̃a illud nõ cõpetit poſſeſſori poſsidenti omni gñe poſſeſsionis.
l.1.§.interdictũ aũt.in fi.ff.uti poſsi.niſi ꝓponeret rõne diuerſarũ
poſſeſsionũ, qđ hic non apparet. iuxta ea q̃ plenè hñr in l.ſi de ui.
ff. de indi.C.de interdictis.l.incerti.C.de rei uendi.l.ordinarij. &
l.naturaľr.§.nihil cõe.ff.de acqr.poſ.iuncta.l.1.C.de furtis. Syn-
dicus autẽ uillæ Oſopij ꝓteſtatus eſt de ineptitudine libelli t pe
quo ad ipſum ſnđit litẽ ɔteſtãdo, & ſic cenſet reſeruata poſt litẽ
ɔteſt.& qñcũq; de ipſa ineptitudine poſtea appareat, cẽſeť retro
n nullũ fore q̃cq̃d ' ſup dicto libello factũ eſt.l.nã & poſtea.§.1.ff.
de iureiurã.l.ꝑtor.§.1.q̃ incipit ɔtrouerſia.ff.de dã.infec.& his q̃
not.Bal.C.de rei uend.l.domũ.ſ.ꝙ libellus ineptus eſt ipſo iure
b nullus.[b] & C.de iureiu.l.actori.in fi.& qđ no.inſti. de obli.circa
prin.in gl.q̃ incipit iſtud.& qđ not.in addi.Spe.de actio.ſeu peti.
§.ſequitur uidere.& de offi.iudi.§.deſeruit.uerſ.quid ſi libellus.
2 ¶†Secundò & fortius ueniunt abſoluendi dicti de Oſopio; q̃a ex
cõfeſsione p̃dictorum agẽtiũ apparet, ꝙ ipſi de Oſopio ſunt dñi
& poſſeſſores dicti paſcu. Dĩt tñ agentes, ꝙ nõ inſolidũ, ſed vnà
cũ eis; ea quo igiᵗ ɔſtat p ɔfeſsionẽ p̃dictorũ ipſos fore dños &
poſſeſſores ꝓ parte, p̃ſumuoť dñi inſolidũ, niſi dicti agentes ꝓba-
uerint ſe eſſe dños vnà cũ eis ꝓ alia parte; eo q̃a dictũ paſcuũ eſt
3 vnum quid integrũ, & non indiuiſum in aliquo.† & regula eſt, ꝙ
de ɔnexis & inſeparabilibus idẽ eſt iudiciũ.ff.de ſepara.l.1.§.præ
terea.ff.de admi.tut.l.ita aũt.§.ſi tutor.& l.tutor qui tutelã. poſt
prin.ff.de dam.infec.l.ſi finita.§.ex hoc.ver.ſi uero unica.C.de ne
go.ge.l.ſi cognatis, maximè qñ eſt eadẽ rõ cõnexorũ.ut not.in c.
præterea.de offi.deleg.in fi.gl.magnæ. Vñ ſi cõſtat, me eſſe dñm
in certa parte uniᵘ fundi integri & uniti, p̃ſumor eſſe dñs omniũ
aliarum ſibi coherentium & conꝺaarũ, niſi ꝓbeť alium eſſe dñm
illarum.arg.iuriũ p̃dictorũ facit.l.uxori.in princi.ff.de leg.3.ubi
4 appľone partis totũ ɔtineť; & diſpõ facta de parte trahiť ad totũ,
qñ eſt eadẽ rõ in alijs partibus.facit ẽt l.gaius.§.fi.ff.de leg. 2.&
quod no.Bar.in l.1.ff.de reb.dub. Iſti aũt agentes, de dñio nullo
mõ ꝓbauerunt, ex quo ſequiť ꝙ ẽt ſi probaſſent de poſſeſsione
debent in poſſeſſorio retinẽdæ p̃ualere & obtinere dicti de Oſo-
pio q̃ hñt ꝓ ſe p̃ſumptionem de dñio & ꝓprietate ſup toto pa-
ſcuo, cũ in dicto poſſeſſorio ex illẽtibus paribus ꝓbationibus ſu-
per poſſeſsione præferať ille qui ꝓbat de ꝓprietate ei qui non
ꝓbat, uel non ita bñ ꝓbat; ut hř & ꝓbať in c. licèt cãm.de ꝓba.&
in materia interdicti uti poſside.quia modicum additum uni ex
paribus reducit ea ad imparitatẽ.c.duobus.de reſcrip.lib.6.& ſic
ueniunt abſoluẽdi dicti de Oſopio tàm a petitorio, q̃ a poſſeſſo-
rio, q̃ ẽt a reſtõne pignorũ, quæ capta fuerunt ꝓ defenſione poſ-
ſeſsionis. ¶Tertiò ueniunt abſoluendi dicti de Oſopio, quia per
multos bonos teſtes ꝓductos per eos deponitur, ꝙ dictum pa-
ſcuum eſt de pertinentijs uel infra ꝑtinentias dictæ villæ de Oſo
pio, i. infra eius territorium, & per ɔñs præſumitur ad eos perti-
nere tam rõne dñij q̃ poſſeſsionis; & ſi quam poſſeſsionem ha-
buerunt dicti agentes in dicto paſcuo, poſtquã eſt infra territo-
rium dictæ uillæ de Oſopio, præſumitur iniuſta, niſi iuſtificetur
aliquibus cauſis, quod factum non eſt.arg.c.ad decimas.de reſti.
ſpo.lib.6.iunctis his q̃ not.de ꝑtinentijs caſtri. in c.cum ad ſedẽ.
de reſtit.ſpo.in antiquis.per Inno.& alios. ¶Quartò ueniunt ab
ſoluendi dicti de Oſopio a poſſeſſorio retinendæ, q̃a etſi agentes
de poſſeſsione uel quaſi probaſſent, non tamen eſſet talis quæ ꝑ-
tineat ad huius iudicij uigorem. Quoniam ad hoc ut quis uin-
cat in dicto poſſeſſorio, debet poſsidere non ui, non clam, nec p̃-
cario ab aduerſario.l.1.in prin.ff.uti poſsid.ſed hic non ſic, quia
imò per teſtes illorum de Oſopio apparet, quòd ui poſſederunt,
idest contra uoluntatem illorum de Oſopio qui prædictos re-
pertos paſcuare pluries & pluries pignorauerunt, ut dicunt mul
ti teſtes etiam qui fuerunt ibi officiales, & dicunt ſe ita feciſſe, &
quòd fuerunt reſtituta pignora ſoluta pœna: & ſic patet quòd ui
poſſederunt.l.1.§.quid ſi ui factum.ff.ꝙ ui aut clam. ergo debẽt
ſuccumbere; quia melius probant dicti de Oſopio, ꝙ non ui, nõ
clam, nec precario ab aduerſarijs poſsident, qui fatentur de pla-
no ipſos de Oſopio fore dominos & poſſeſſores, licèt dicant ꝙ
etiam ipſi ſunt unà cum eis.

S V M M A R I A.

1 *Quaſi dominium qui probat debet obtinere in publiciana aduerſus poſſeſſorem nudum qui non oſtendit aliquem titulum habilem ad dominium transferendũ.*
2 *Præſcriptio quando non eſt completa quænam actio ſit intentanda contra ſolam poſſeſsionem allegantem.*

CONSILIVM CXI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶In cauſa agitata
Vtinæ corã D. lo-
cumtenente inter ſer Geor. & fratrem filios ſer And.
Radiuiſsi, & ẽt hæredes agentes & petentes ex parte
una, & Paulũ Mariani de nimis reũ cõuentũ & ſuos manutento-
res ex altera, ſuper quodã terreno qđ præfatus Paulus de præſen
ti tenet & poſsidet ex emptione, ut aſſerit facta p eum a quodam
ſer Federico q̃ comparuit in hac lite, & illam in ſe ſuſcepit; præ- a
fati verò agentes aſſerunt dictum terrenum ad ſe pertinere iure
dñij uel quaſi ea emptione facta p ſer Andream patrem ipſorum:
iam ſunt anni. 43. uel circa a quodã Iacobo Mareti de nimis qui
dictum terrenũ tenebat & poſsidebat tanquam ſuum & colebat;
& ſtatim eadem die locauit dictum terrenũ præfato Iacobo uẽdi
tori ꝓ certo annuo affictu, quem dicunt illum ſoluiſſe quouſque
uixit, & ſic per 20. annos, & ultra, q̃a mortuus eſt a 20. annis ci-
tra. Præfati verò ɔuenti dicunt illũ Iacobũ nõ fuiſſe directũ dñm,
ſed tenuiſſe dictũ terrenũ tanquã maſſariũ loco dicti Federici &
fratris, & ꝙ quolibet anno ſoluebat eis certum annuũ cẽſum; vñ
dicunt, ꝙ non potuit transferre in dictũ ſer Andreã directũ dñm
qđ non habebat. Viſo ꝓceſſu & oĩbus actis & actitatis in cã, nec b
non atteſtationibus ꝓ utraque parte receptis, ſuper eo qđ q̃riť
q̃ ſint uel eſſe debeant partes iudicis in pronunciando, an ꝓ agen
1 tibus, an ꝓ conuentis. †Rñdeo pro prima parte, ꝙ ꝓ agentibus &
condemnare dictos ɔuentos ad reſtõnem dicti terreni tali rõne;
q̃a dicti agentes vñr intentaſſe rei vẽdicationem uel publicianã
qđ facere potuerunt.iux.ea q̃ hñr in c.abbate. de re iudi.lib.6. &
ꝓbauerũt q̃ eis incumbunt.ſ.titulum habilẽ ad tranſlationẽ dñij,
& traditionem ſaltẽ fictã p locationem ſtatim factam p partem
q̃ ſufficit.l.q̃.dam mulier.ff.de rei uendi.C.de dona.l.quiſquis. Itẽ
ſolutio pretij, prout de oĩbus iſtis ɔſtat p inſtra producta p eos.
Item ſolutionẽ affictus probarunt p teſtes. Aut igitur p̃fatus Ia-
cobus erat dñs directus, & tunc debent dicti agẽtes uincere in ip
ſo directa rei vendicatione.l.in rẽ. in prin.ff de rei uend. Aut erat
dñs utilis, & debent vincere in utili; q̃s in ipſ am tranſtuliſſet uen
ditor, & in hoc libello cẽſeť ẽt utile dñiũ deductũ.ut no.Bar.poſt
Dy.& Guil.de Cu.in l.ſi mř.§.eandẽ.ff.de excep.rei iud.in ult.col.
Aut neutro mõ erat dñs, & tunc tranſtulit uſucapiendi condõnẽ.
l.clauibus.ff.de ʒhen.emp. Cũ ergo dictus ſer Andreas poſſederit
p dictum Iacobũ uenditorẽ, qui tenebat ut conductor emptoris,
quouſq; Iacobus ipſe uixit, & ſic p annos. 20. titulo & bona fide
p̃ſcripſit longo tpe, & ſic ſiľr acquiſiuit utile dñium. iuxta no.in
anth. niſi tricennalis.C.de bo.mat. & ſic idẽ qđ in p̃cedenti. †Et ſi
2 p̃ſcriptio non eſſet cõpleta, deberent obtinere in publiciana, qm̃
agunt ʒ illos q̃ nullum probauerunt titulum, ſed ſolã poſſeſsio-
nem. Nam Pau. principaliter conuẽtus, licèt allegauerit titulũ.ſ.
emptionem factã a Federico, ipſum tñ uel ipſam non produxit in
iudicio nec probauit p teſtes. Conſtat autẽ ꝙ ſi habẽs titulũ & bo
nam fidẽ cũ traditione facta a nõ dño agat ʒ ſimplicem poſſeſſo
rem, q̃ nullũ titulũ oſtendit, debet obtinere in publiciana, qm̃ dť
hře quaſi dñiũ, & poſſeſſor nullũ.ut l.j.in princ.& p totũ.ff.de pu
bli. Præfatus ẽt Federicus manutentor, licèt alleget ſe & fratrem
fuiſſe dños, non tñ deduxit nec probauit aliquẽ titulũ ſufficientẽ
ad hoc, ſed ſolã ſolutionẽ cenſus. Sed pro maiori parte teſtes de-
ponunt ꝙ propria authoritate ſibijpſi ſoluebat faciendo uinde-
miare vincã a ſuis famulis, & qđ illũ recuſantẽ ſoluere fecit aliqñ
incarcerari, & ſic ꝓbãť de uiolẽta poſſeſsione q̃ nõ prodeſt.C. de
proba.l.uis eius.& poſito ꝙ nõ fuiſſet uiolenta; q̃a tñ nõ eſt ful-
cita titulo, & p ɔñs eſt nuda, non prodeſt aduerſus agentes q̃ ha-
buerũt eã cũ titulo, & ſic nõ eſt nuda ſed fulcita dño directo, uel
utili, ſeu quaſi dñio; licèt ſi dictus Pau. principaliter cõuentus ꝓ-
baſſet titulũ, quẽ allegat, uidereť debere obtinere in publiciana,
nõ in rei uendicatione; qm̃ titulus ille q̃ſitus eſſet a diuerſa per-
ſona, & ipſe eſt in poſſeſsione.l.ſin autẽ.§ fi.& l.ſe.in prin.ff.de pu
bli.ſed hic nõ probauit, & ſic in oẽm euentũ debent agentes obti
nere. Nõ ergo eſt curãdũ ex quo capite.l.gallus.§.ſi eius.in fin.ff.
de lib.& poſth.ff.de acqr.hær.l.ꝙ ſi dubitet. & ſi dicať p̃fatus Ia-
cobus uenditor nõ potuit p illã fictã traditionẽ, q̃ reſultat ex cõ-
ductione facta ab emptore, transferre poſſeſsionẽ in ipſum em-
ptorẽ, cũ p prius teneret noĩe dicti Federici, & ſic Federicus erat
ille q̃ habebat poſſeſsionẽ ciuilẽ, quã ſibi nõ potuit Iacobus aufer
re p dictã fictã traditionẽ.l.quãuis.§.j.ff.de acqr.poſ. & p ɔñs nõ
potuit emptor incipere p̃ſcribere.iuxta no.in l.j.in fin.mag.glo.

a ¶ Quicquid. Sed nũq̃d probõ ſes dicãtur ẽe ineptæ ita ꝙ nõ poſſunt in alio iudicio produci uel repeti. uide do.Ale. de Imo. i cõſ. 37.17.col. in 1.parte.

b ¶.Nullus. Quãdo ẽt dicatur libellus ineptus. uide dom. Pet. Phil. Cor. in conſilio 251. nu.9. in 1.parte. ubi etiã ꝙ impedit litis ingreſſum. Sed q̃d in ſummaris. dic ꝙ ꝓcedit ſecũdũ eũ in cõſ. 61. nu. 3. & 4. i eadẽ par.

C. de ſer. fugi. iuncto. c. ſine poſſeſsione. de reg. iur. Nõ ergo põt dicti agentes obtinere in utili rei uendicatione tanq̃ pſcrip. cõpleta, nec in publiciana tanquã inchoata. Rñdeo p eandẽ uiã repellendo dictã allegationem. Nã ex dictis teſtiũ ꝓductorũ p Federicũ nõ apparet dictũ Iacobũ ſoluiſſe affictũ ꝓ dicto terreno añ venditionem factã p eũ pfato Andreæ ſed poſt, qa venditio facta fuit in 1387. & ſic ſunt anni. 43. & ſtatim incepit dictus Iacob. ſoluere dicto ſer Andreæ emptori. teſtes uerò Federici deponũt de ſolutione facta Federico poſt dictã vẽditionẽ. Nã Petrus quõdã Ioãnis tertius teſtis ſup ſecundo capitulo dicit de annis. 20. Franciſcus quõdã Henrici quartus teſtis ſilr ſuper ſcdo dicit de annis. 32. vel 34. Odoricus. 8. teſtis licet dicat de 46. non tñ deponit de uiſu ſed de auditu, & ſic nõ ꝓbat, multi etiam alij deponũt ſilr de auditu. Solus decimus teſtis. ſ. Ioannes dictus Zoff. deponit de annis q̃nquaginta, ſed non ſufficit. l. iureiurã. C. de teſtib. ſunt ẽt aliq q deponunt de ſolõne, ſed neſciunt pro quo terreno. Solutio ergo dicti Iacobi facta ſer Federico poſtq̃ inceperat ſoluere ſer Andreæ nõ potuit pſudicare dicto ſer Andreæ p d. l. q̃uis. §. 1. ff. de acq. poſ. Præterea q̃ plures teſtes dñt ꝙ dictus ſer Iacobus denegabat ſoluere dicto ſer Federico dicens ſe non teneri, & ꝙ ſer Federicus propria authoritate faciebat uindemiari uineã, & aliq dñt ꝙ fecit eũ carcerari, & ſic fuit poſſeſsio violenta q̃ nõ debet illi ſer Federico prodeſſe. l. uis eius. C. de prob. Quinimmo per tales actus uiolentos nõ deſijt Iacobus poſsidere, qa nõ fuit de poſſeſsione quã hẽbat eiectus, nec ipſam noluit transferre in dictũ Federicũ & ſic nõ trãſtulit, qa in hoc inſpicit aĩus ſoluẽtis. l. 3. §. in amittenda. & l. ſi colonus. de acq. poſ. q hic nõ fuit. & licet aliq teſtes nõ deponãt de hac uiolẽtia, tñ nõ propterea probãt ſpõtaneam ſolõnem, poſtq̃ ſunt aliq & q̃ plures q deponunt de uiolentia. p ea q̃ not. Inn. in c. ſup hoc. de renũ. ¶ Cõcludit ergo, ꝙ cũ pro parte dictorũ agẽtiũ fuerint talia ꝓducta ex quibus reſultat probõ dñij directi uel utilis ſeu quaſi dñij, & pro parte dictorũ ꝯuẽtorũ nõ ſit aliqd probatũ, ex quo reſultet probõ alicuius de pdictis ſed ſolũ de nuda poſſeſsione, pfati agẽtes debent obtinere, qa fundata eſt ipſorum intẽtio. l. ſi non poſsidetis. C. de proba. Et ſic partes iudi. ſunt in pronuntiando ut ſ. dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Licet cauſa principalis ex ſtatuto poſſit cognoſci non ſeruato iuris ordine, cauſa tamen incidens quæ non eſt eiuſmodi poteſt retractari, etiam ſi principalis tranſierit in rem iudicatam. & 2.*

2 *Cauſa appellationis ſicut deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem ut poſſit ſententiam reformare, ita & cauſa nullitatis.*

3 *Sic ad præſcribendum dominium ſine titulo requiruntur. xxx. anni, ita in iure perſonali habente ſimilitudinem cum dominio.*

CONSILIVM CXII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Sup primo vr̃ dicendum dictã
1 ſnĩam ualere† p argumentũ a ꝯrio ſenſu dicti ſtatuti, qđ eſt validũ. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mãda. eſt iuriſd. & l. q teſtõ. §. mulier. ff. de teſta. Nã dictũ ſtatutũ uult a ꝯrio ſenſu, ꝙ a 25. lib. infra nõ req̃rat libellus, nec ordo iuris, ſed hoc erat hmõi, qa principalis qõ erat de duobus ducatis, ſed certè non ſtat dubitatio circa ꝯdenationẽ factã de duobus ducatis; ſed circa inſertionẽ cauſæ quã adiecit, videlicet ꝙ pẽſionaticũ a feſto ſancti Michaelis uſq; ad feſtũ ſancti Martini ptinet ad hoies de uilla, cũ ueritas dicat eſſe in ꝯtrium, ꝙ imo ad dictum emptorem. ſ. Antonium. & iſta qõ non eſt intra. 25. lib. ſed ſatis vltra, cũ ſit ſup proprietate huius iuris perpetui, & ſic ſi iſta ſnĩa eſſet ualida in omni ſui parte. ſ. tã in quãtitate duorũ ducatorũ q̃ ẽt ſup inſertione dictæ cauſæ, faceret magnũ pſudiciũ dicto emptori, qa pderet ius proprietatis pro dicto tpe; & ſi poſtea ſuper illo iure uellet agere in ordinario iudicio, obſtaret exceptio rei iudicatæ. dicendũ eſt ergo nõ ualet quãtum ad illud, nec affert dicto Antonio præiudicium ſuper iure penſionatico, poſtq̃ ſup illo nõ fuit plenè diſcuſſum, ẽt ſi quãtũ ad duos ducatos eſſet ualida, & tranſiuiſſet in rẽ iudicatã. p id qđ no. Inn. de cã poſſeſ. c. cũ eccl'ia. in ulti. col. in gl. q̃ incipit hic apparet. Et qa ſnĩa lata ſup incidenti cã ſummaria nõ facit pſudiciũ, quominus illud poſsit poſtea principaliter deduci in iudiciũ. l. pen. ff. de his q ſunt ſui uel alie. iur. l. ſi q s a liberis. §. ſi uel parẽs. ff. de lib. agn. & plenè p Bar. in l. q ro mæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. in 3. col. in diſtinctione. & in l. 1. C. de ordi. iudi. ſed hic cã principalis erat duorũ ducatorum, & illa erat ſummaria p dictũ ſtatutũ a ꝯrio ſenſu, qõ verò de penſionatico erat in incidẽs, qa p modum cauſæ ueniebat. ergo &c. Nã qõ penſionaticus de ſui natura eſt plenaria, qa in ea agit̃ de ꝑpetuo & ꝯtinuo præiudicio, & ſic req̃rebat̃ ordo iuris & plena cauſæ cognitio tam ex forma dicti ſtatuti, q̃ de iure cõi. l. iudices. ff. de iudi. ff. de ſen. l. ꝓlatã. cũ ſi. Nõ ergo ualet dicta ſnĩa quantũ ad inſertionem dictæ cauſæ, nec in illa pſudicium affert quominus in ordinario iudicio, poſsit dictus Antonius dicere illud ad ſe ptinere, etiã ſi ſuper duobus ducatis eſſet ualida, nec fuiſſet ab ea appellatum, ut patet ex his q̃. ſ. dixi. & ad hoc ẽt quod no. Bar. in l. 1. ante fi. C. qñ ꝓuoca. non eſt neceſ. & hoc de primo q̃ſito ſeu dubio. ¶ Quãtum ad ſcd̃m dicẽdum eſt, ꝙ ſnĩa quæ eſt nulla ꝑ ꝑ defectum iudiciarij ordinis non ſeruati, nõ põt dici ꝙ reconualeſcat ex atteſtationibus poſtea receptis, qa cum ſubſiſtat adhuc, & nõ ceſſet dictus defectus ſolẽnitatis omiſſæ, q fuit cã inducẽs nullitatem, non debet ceſſare nullitas; qa ſicut cã ceſſante ceſſat effectus, ita & ea non ceſſante. Sed durante ea dẽt effectus durare, ut ſit eadẽ rõ ꝯriorũ. l. & ſi ꝯ. in fi. ff. de vulg. & pupil. iuncta. l. gñalr. C. de epiſc. & cler. & c. cum ceſſante. de appel. Teſtes. n. debent pcedere ſnĩam ad hoc ut influant in eam, non aũt ſequi, quia ſnĩa debet eſſe ultimus actus iudicij. l. ubi. C. de ſal. Nec ptinent teſtes ad ordinem iudiciarium, ſed ad ueritatis indaginem & iuſtitiam cauſæ. iuxta no. in l. cũ lite mortua. ff. iud. ſol. per Bar. vñ p iſtos teſtes nõ ſupplet defectus ordinis non ſeruati, poſito ẽt ꝙ ꝓbarent intentionẽ hoĩm dictæ uillæ. vñ nec roborant ſnĩam latã, nec p ſe ſufficiunt ſine noua ſnĩa. iuxta not. in l. ſed & ſi poſtliminij. §. fi. ff. de iureiu. per gl. & doctores. ¶ Nunc tertio loco uidendum eſt, an ꝓbent intẽtionem hominũ dictæ uillæ, ut ſic uirtute ipſorũ per iudices applõnum poſsit ferri noua ſententia ꝓ eis,
2 præſuppoſita etiam inualiditate uel ineſſicacia primæ ſnĩæ. † Cõſtat. n. ꝙ applõ & ẽt cã nullitatis deuoluit negotium principale ad ſuperiorem, ut ſic poſsit ſuper illo ferre nouam ſnĩam, poſito ꝙ prima fuerit nulla, ut plenè no. Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de app. & l. ſi ut ꝓponis. C. quõ & qñ iud. & hic bñ non uideo ꝙ dicti teſtes fundent intentionem dictorum hominum ꝯ dictum Antonium emptorem. Nã intentio dicti Antonij fundata eſt p inſtrm̃ publicum emptionis ſuper penſionatico & iure locandi paſcua forenſibus, qđ olim erat apud factoriam ſeu cameram publicã; præfati aũt hoies de uilla tale ius non hẽbant, licèt poſſent ſuas beſtias paſcuare, ſed non locare forẽſibus. & hoe apparet ex poſtis extractis de libris factoriæ, ex quibus apparet ꝙ factoria locabat dictum penſionaticum, & aliqũ incipiebat locatio in feſto ſancti Martini, aliqñ de menſe octobri. ſm ꝙ pecorarij forenſes ueniebant. Teſtes ẽt p ipſum inducti deponentes de penſionaticis aliarum uillarum dñt, ꝙ locationes ſolẽt incipere in feſto ſancti Michaelis, & aliqñ aũ. hoies uerò dictæ uillæ non oñdunt aliquem titulum ſup iſto penſionatico, ꝙ ad eos pertineat. Sed dũtaxat hñt aliquos teſtes deponentes, ꝙ ipſi ꝯſueuerũt locare a feſto ſancti Michaelis uſq; ad feſtum ſancti Martini. Et non depo-
3 nunt ꝙ locauerint tanto tpe ꝙ ſufficiat ad præſcriptionem; † ad quam ſine titulo neceſſarij eſſent anni. 30. ſicut in aliꝭ iuribus incorporalibus q̃ hñt ſimilitudinẽ cũ dñio, ut eſt uſuſfru. & iuriſdictio. ut no. p Cy. in l. 2. ff. de ſerui. & aqua. licet in ſeruitutibus pdialibus ſufficeret lõgum tps. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uẽdi. Sed hoc ius nõ eſt ſeruitus prædialis, quia nõ debetur a re rei, ſed eſt quoddã ius, qđ debet̃ pſonæ in re, ſicut in ſimi. hr̃ in l. pecoris ff. de ſerui. ruſti. prædio. Et iõ habet ſimilitudinẽ cum dñio, ſicut uſuſfruc. qui eſt pars dñij. l. 5. ff. de uſufru. l. rectè. ff. de uerb. ſig. ſicut igit̃ ad præſcriptionẽ dñij requirunt̃. 30. anni ſine titulo. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. anno. & longum tps cum titulo. de præſcrip. lon. temp. p totũ. ita & in pſcriptione talis iuris incorporalis hñtis ſilitudinem cum illo, ſm Pet. & Cy. in d. l. 2. C. de ſerui. & aqua. Requiritur etiam ſcientia & patientia aduerſarij contra quem præſcribitur, ſine qua non poteſt haberi quaſi poſſeſsio dicti iuris. de leg. 2. de ſerui. & aqua. & quod plenè not. Inno. in c. bonæ. de poſtula. Teſtes aũt dictorum hoim nec deponunt de annis. 30. ſed de multo minore, nec etiam de ſcientia & patientia dicti Antonij uel alterius a quo dictus Antonius cauſam habuit, & ſic non probat præſcriptionem ꝯ dictum Antonium, remanet ergo intentio dicti Antonij fundata in dicto titulo, & non eliſa p probationes dictorum hominum. Cum enim dicti homines fateantur, quia nec poſſunt negare dictum penſionaticum pertinere ad dictum Antonium, qđ conſiſtit in locando paſcua forenſibus. dicunt tñ illud non incipere ante feſtum ſancti Martini. Antonius uerò contrarium aſſerit, quòd imo incipit quandocunq; ueniunt

ueniunt pecorarlj forenſes, qui aliq̃ñ ueniunt tunc, aliq̃ñ per mẽſem ante, aliq̃ñ per duos; maior præſumptio & ueriſimilitudo ẽ. pro eo qđ ipſe dicit, q̃ pro eo qđ dicunt dicti hoĩes. Tum qa non eſt credendũ, ꝙ dictũ pẽſionaticũ fuerit ab antiqno ita diuiſum, ut pro uno uel duobus mẽſibus ante feſtũ S. Martini pertinuerit ad hoĩes dictæ villæ, & a feſto S. Martini uſque ad feſtum S. Georgij ad factoriam ſeu camerã uel hñtes cãm ab eis. l. cum q̃ ædes. ff. de uſucap. Tũ quia ea locationibus factis per factoriã añ feſtũ S. Martini hoc apparet. Si ergo dicti hoĩes aliq̃ñ locauerunt ꝓ illo modico tp̃e, credendum eſt ꝙ ſibi uſurpauerunt, nõ aũt ꝙ fecerint ea aliquo iure. Et licet ſint aliqui teſtes qui deponant de 30. an. non tñ faciunt ad propoſitũ; qa non dicunt ꝙ locauerint forẽſibus, ſed ſolum ꝙ ſuas beſtias paſculauerint; de hoc non eſt cõtẽtio, q̃n poſſint, ſed de ptãte locandi forenſibus. Cõcludii ergo dictã ſñiam reuocandã & ferendam eſſe pro dicto Antonio, ꝓ quo meliora ſunt iura & ueriſimilitudines, quàm ꝓ dictis hominibus.

S V M M A R I A.

1 *Rei uendicatio & interdictum retinendæ quamuis non poſſint cumulari, ſecus tamen eſt in confeſſoria actione quæ pro iure perſonali competit & 2.*

2 *Actio illa cenſetur propoſita, quæ colligi poteſt ex materia in libello deducta.*

3 *Præſcripſiſſe plenè dicitur qui probat ſe uſum paſcuo & iure ſuccidendi ligna à 40. annis citra.*

4 *Libellantis intentio declaratur ex concluſione libelli.*

CONSILIVM CXIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶In cauſa q̃ nertitur inter cõitatẽ Brazani agentem ex parte una, & cõitatẽ Cormonij ex altera ream & ſe defendentem ſuper quibuſdã paſcuis & iure paſculandi ĩ eo corã egregio doctore D. Guidone de alano commiſſario ducali; viſo libello porrecto pro parte dictæ cõitatis Brazani, ac etiam actis & actitatis in cauſa, & teſtibus pro vtraque parte inductis & examinatis ſup eo qđ quærit quæ ſint vel eſſe debeant partes iudi. vr̃ primò dicendũ, ꝙ debeat abſoluere partẽ ream ab obſeruatione iudicij pp libellũ malè conceptũ.
1 iuxta. l. j. §. 1. ff. ſi menſor fal. mo. dixe. & c. examinata. de iudi. † qa pars actrix deduxit in libello poſſeſſoriũ retinendæ, dũ aſſerit ſe fuiſſe & eſſe in poſſeſſione dictorum paſcuorũ & ſe in ea præſentialiter turbari, & petijt partẽ aduerſam cõpeſci a turbatione. item petitorium dũ petijt declarari dicta paſcua pertinere in ꝓprietate & poſſeſſione ad ſe. Et cõſtat ꝙ iſta duo iudicia non pñt in eodẽ libello cumulari, tanq̃ ſibi ꝯria; quia in uno aſſerit ſe poſſidere, in altero aſſerit aduerſarium poſſidere, cum poſſidenti nõ detur rei uendi. l. j. §. interdictum. ff. uti poſſi. & plenè no. in l. ſi de ui. l. incerti. & l. naturalr̃. §. nihil cõe. ff. de acq. poſſ. ¶Sed ad iſtud de facili rñdetur, ꝙ procederet ſi cum poſſeſſorio proponerei petitoriam rõne rei corporalis, & ſic rei uendicatio q̃ non daẽ poſſidẽti omni genere poſſeſſionis. Sed hic fuit propoſitũ petitorium rõne iuris incorporalis. ſ. paſculãdi. non. n. petijt pronunciari ſim plr̃ illa paſcua pertinere ad ſe rõne ꝓprietatis. Sed ſubiunxit, quo ad dicta iura buſcãdi &c. & ſic nõ rei uen. ſed ꝯfeſſoriã uel quaſi, q̃ pro talibus iuribus proponiẽ & cõpetit. l. 2. §. 1. ff. ſi ſer. uen. &
2 per Inn. in c. bonæ. de poſtula. p̃la. cenſetur propoſuiſſe; † q̃m illa actio cenſeẽ propoſita, q̃ ex materia deducta in libello colligi p̃t. arg. l. Gallus. §. j. & ibi per Bar. in fi. ff. de libe. & poſthu. & not. Cy. in l. edita. C. de edend. Sed confeſſoria uel quaſi cõpetit poſſeſſori ſeu quaſi poſſeſſori iuris incorporalis. l. & ſi forte. §. j. ff. ſi ſer. uen. inſti. de actio. §. æque. Et ſic concurrere p̃t cũ interdicto uti poſſ. utili, quod pro iure incorporali p̃t proponi. ff. ſi ſer. uend. l. ſicuti. §. ariſto. in fi. no. in l. pe. ff. de ſerui. Et ad p̃dicta facit qđ not. Bar. in l. ſi prius. ff. de ope. no. non. in 5. oppo. ¶Item adhuc vr̃, ꝙ debeat iudex partem reã abſoluere pp defectum ꝓbationis tam in poſſeſſorio, q̃ in petitorio. Nam in poſſeſſorio retinẽdæ debebat ꝓbare de pñti poſſeſſione. Sed teſtes quaſi oẽs deponũt de poſſeſſione p̃terita; & non ſeq̃t, olim poſſiderunt, ergo nunc poſſident; cũ poſſeſſio faciliter perdaẽ. l. 3. §. in admittẽda. ff. de acq. poſ. Sed certè hoc uerum eſt, q̃ñ ille q̃ ſemel poſſedit, non aſſerit ſe hodie poſſidere; alr̃ bñ præſumeretur hodie poſſidere, ut plene no. per doc. in l. ſiue poſſide. C. de proba. & l. non ignorat. C. ad exhiben. ¶Præterea ſunt hic quàmplures teſtes, q̃ deponunt de pñti poſſeſſione, ut Geruaſius Pauli, & Ioannes quondam Pauli. ¶Itẽ ſuper petitorio non vr̃ probaſſe intentionẽ ſuam; quia non deponunt de aliquo titulo, ſed de nuda poſſeſſione, ergo &c. l. nuſquã
3 nuda. ff. de acq. re. do. & d. §. nihil cõe. ¶†Sed rñdetur, ꝙ probant de poſſeſſione tanti tp̃is, quod ſufficit ad p̃ſcribendũ. ſ. 40. anno. & ultra ſi bene cõſiderentur dicta eorũ l. ſicut. C. de p̃ſcri. 30. ann. cum ſi. in qua p̃ſcriptione longiſſimi tp̃is nõ req̃riẽ titulus, ut eſt clarum. Probant ẽt, ꝙ poſſiderunt & uſi fuerunt ſcientibus & patiẽtibus aduerſarijs, qđ req̃riẽ in iſtis iuribus incorporalibus, in q̃bus nõ p̃t alr̃ haberi quaſi poſſeſſio. l. 2. C. de ſer. & aqua. & no. Inn. in d. c. bonæ. de poſtula p̃la. ¶His ergo non obſtãtibus dico partes iudi. eſſe in ꝓnuntiando ſm petita per dictam cõitatẽ Brazani, qa pleniſſimè probauit ſuam intentionem. ſ. ꝙ à 40. annis & citra fuerunt uſi & hodie utuntẽ dictis paſcuis uſque ad confines deſcriptos in eorum libello pacificè & quietè excepta pñti controuerſia ſcientibus & patiẽtibus aduerſarijs, p̃terq̃ a duobus vel tribus annis citra. Et iſta ſufficiunt in utroque iudicio. Pars uerò altera nihil deduxit uel ꝓbauit, qđ habeat tollere uel elidere intẽtionẽ agentium, quod oñditur. Nam ipſa articulauit de alijs penitus diuerſis cõfinibus, quàm articulauerit pars actrix, de quo ualde mirandum eſt, & maximè de procuratore ſuo & aduocato. Nã ſciebant uel ſcire debebant, ꝙ ẽt ſi ꝓbarent deducta in eorum articulis, nihil concludebant ꝯ intentionẽ agentium, poſtquam deduxit confines diuerſos; quia pñt demonſtrare paſcua penitus diuerſa, & ſic intentio actorum p̃t eſſe uera, & ẽt intentio reorũ reſpectu diuerſorum paſcuorum. Debebant ergo facere unum articulum, poſtquã alios confines deduxerunt, uidelicet ꝙ paſcua cõprehenſa. ĩ. confines deductos in eorum articulis ſunt illa eadem q̃ continentur. ĩ. confines deductos in articulis actorũ ſm theoricam & practicam traditã per Bar. C. ſi unus ex pluribus. l. uni. & in l. demonſtratio. ff. de ꝯdi. & demõ. & in l. 2. C. de erro. aduo. uel deducere illos eoſdem confines, quos deducunt agẽtes in eorum articulis; & tunc aliq̃d concluſiſſent ꝯ intentionem agentium, ſi ſuos articulos probaſſent. ¶Præterea nec eorũ articuli ſunt ꝓbati per eorum teſtes; q̃m ipſi deponunt de alijs confinibus, q̃ deductis in eorum articulis, & ſunt oẽs ſingulares; qa quilibet loq̃ẽ de alijs, & alijs confinibus, penitus diuerſis; & unus non cõcordat cũ alio, nec dicunt ꝙ ſcientibus & patiẽtibus actoribus fuerint uſi dictis paſcuis; imo dicunt hoc ſe ignorare, & tñ iſtud erat neceſſarium, cum alr̃ non potuerint eſſe in dicta quaſi poſſeſſione dicti iuris, ut ſ. dixi. Poſſet ẽt opponi, ꝙ ius paſculandi & boſcãdi, cum ſit quoddam ius utẽdi, p̃t competere cuilibet parti inſolidum. l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. uer. uſum aũt. ff. cõmo. Vnde cũ in nulla parte libelli dixerint agẽtes ſe ſolos fuiſſe in poſſeſſione, Concl'o libelli, cum petunt pronũtiare dictos homines Cormoñ. & F. nullum ius habuiſſe nec de pñti hr̃e, non vr̃ procedere, qa nõ ſeq̃ẽ ex præmiſſis, & ſic redditur libellus ineptus ex defectu concluſionis, per ea q̃ no. Bar. in l. edita. C. de edec. in arti. illo de mutatione libelli. & per gl. in l. 2. §. circa. ff. de doli excep. Sed rñdeẽ, ꝙ imo in p̃cedenti parte ſatis vr̃ dixiſſe ſe ſolos fuiſſe in poſſeſſione, & ad ſe ſolos ſpectare ius p̃fatum, dum dixerũt ꝙ homines dictarum cõitatum auſu temerário a modico tẽpore citra p̃ſumpſerunt buſcare & ligna incidere in dictis paſcuis ſine ipſorum licentia & ẽt pignorare. Et poſito, ꝙ hoc non dixiſſent, ſed ſolũ ꝙ ipſi agentes fuerunt & ſunt in poſſeſſione dictorum paſcuorum; ea quo tñ poſtea concludunt pronũtiari dictas ſiluas & nemora ad ſe ſpectare, & parti aduerſæ nullum ius cõpetere, ſatis per hoc declaraẽ qualr̃ in p̃ce. parte intellexerunt uerba illa, ꝙ fuerunt in
4 poſſeſſione. ſ. ſoli. † nã ex concl'one libelli declaraẽ intentio libel-
a lãtis, & qualr̃ uerba narrationis intellexerit. l. Aurelius. §. Sticho. & ibi per doc. ff. de lib. leg. & qđ not. Cy. in l. nec exẽplũ. C. de fal. a ꝯtium ergo ꝓcederet, q̃ñ narratio p̃cedens eſt talis, cui nullo mõ p̃t adaptari ꝯcl'o ẽt per ſubauditum; ut ꝙ Rea eſt in Francia, iõ peto centum. Sed hic non ſic. Dico ẽt, ꝙ p̃dicti agentes hoc ꝓbauerunt, uidelicet ꝙ ipſi ſoli & nõ aduerſarij poſſederunt, & uſi ſunt dictis paſcuis; cum dicant ꝙ quotiens aliquis de aduerſarijs repertus eſt ibi paſculare, fuit pignoratus; ut patet per Andreã quõdã Thomaſij ſuper ſecundo capitulõ ante finem. Item per Thomaſinum quondam Bartholoti ſimiliter ſuper ſecundo capitulo. Item per Paulum quondam Dominici ſuper eodem capitulo. Item per Gallutium ſuper ſecundo & tertio. Item per Dominicum Nicolai & Simonem Martini, qui dicunt ꝙ ſemel iuerũt ad locum propter quandam pignorationem factã ab aduerſarijs. ĩ. dictos confines; & quia illi reputauerunt ſe coniunctos, reſtituerunt pignora. Et ita etiam per alios teſtes apparet de prædictis. Habent ergo dicti actores intentionem ſuam fundatam in petitorio & poſſeſſorio; ideo ſententia pro eis ſecundum petita ferenda eſt, ut ſupra dixi.

a ¶Intellexerit. Vide d. Pe. Phi. Cor. in cõſ. 18. nu. 1. in 3. parte.

S V M M A R I A.

1 Conſtitutio ſynodalis, quòd ſi quis cõfiteatur ſe recepiſſe ab uſurario ducentum præſumatur centum tantum recepiſſe, non habet locum ubi notarius aſſerit de uera numeratione, & ubi pars confiteatur ſe recepiſſe.

2 Creditor qui dat pecuniam ſuſcepto periculo in ſe, debet uerifimiliter habere partem lucri; nec obſtat quod ſit uſurarius, quia uſurarii quandoque faciunt ueros contractus.

3 Vſura præſumatur quando quis promittit multo plus pro lucro quàm non conſueuit lucrari.

4 Vtile per inutile non uitiatur, quando poſſunt commodè ſeparari.

CONSILIVM CXIIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ In cauſa quæ
vertitur coram
dño Vicario epi Tridentini inter ſer Antoniũ quon
dam ſer Bartholaſij de burgo nouo actorẽ ſer Dñi-
ci tutoris Alexandi pupilli filij quondam magiſtri
Bartholomei de bononia ciuis & habitatori Tridentini petẽtem
ea parte vna, & Magiſtrũ Antonium aurificem reũ & ſe defend n
tem ex altera ſuꝑ certis quantitatibus pecuniarũ, in quibus dicit
dictum magiſtrũ Antonium fuiſſe obligatũ dicto magiſtro Bar-
tholomeo prĩ dicti Alexandri eius hæredis, prout cõſtare dicitur
quibuſdam publicis inſtr̃is, & ẽt cedulis & ſcripturis factis manu
dicti magiſtri Antonij & teſtiũ ſubſcriptiõibus roboratis. ¶ Viſa
petitione dicti ſer Antonij & reſponſionibus & exceptionibus di
cti magiſtri Antonij, necnon inſtr̃is & ſcripturis ꝑdictis, ac ẽt te-
ſtibus hincinde receptis, ſuꝑ eo ꝙ quæritur q̃ debeant eſſe partes
1 prædicti dñi Vicarij in ſniando, plura occurrit videnda. † Primũ
eſt, an dictus magiſter Antonius veniat ꝯdemnandus in ducentos
ducatos, quos habuiſſe dr̃ in ſocietatem ad partẽ lucri & damni,
prout ꝯſtat inſtr̃o publici notarij ꝯfecto anno 1420. de menſe Ia
nuarij. Et in hoc breuiter mihi vr̃ dicẽdũ, ꝙ ſic; qm̃ ex ſerie dicti
inſtr̃i apparet ꝙ dictos ducẽtos ducatos dict᷒ magiſter Antonius
verè habuit & recepit, & ita atteſtat̃ notarius ꝙ in ꝑſentia ſui &
teſtium, cui notario credendũ eſt. iuxta no. ꝑ glo. & doc. in l. ſi ex
cauti. C. de non num. pe. Nec reperio in aliqua parte actorum, ꝙ
dictus magiſter Antonius negauerit ſe illos ducẽtos ducatos re-
cepiſſe, licet alleget iſtud inſtr̃m fictitium, & ſimulatũ, & ꝯfectum
in fraudẽ vſurarum. Nã iſta verba pñt intelligi quantum ad cãm
ꝯtentam in inſtr̃o, ſcilicet ꝙ non recepit ex cauſa ſocietatis, ꝓut
inſtr̃m cantat, ſed ex cã mutui, & ad vſuras; dicit ẽt ꝙ præſumitur
factũ de duplo veræ ſortis virtute ꝯſtitutionis ſynodalis &c. Sed
hoc ſufficit dixiſſe; ſed ſi volebat ꝙ ita præſumeret̃ debebat hoc
allegare; videlicet ꝙ licet inſtr̃m cantet de ducentis duca. re uera
nõ niſi centũ. Sed hoc poſtq̃ non dixit in aliqua parte ſuarũ exce-
ptionũ vel ꝯpſitorum, nõ potuit allegare ꝓ ſe ꝑſumptionẽ dictæ
ꝯſtitutionis; ꝓut in ſi. determinat Bar. in l. cũ quid. ante fi. ff. ſi cer.
pet. per l. ſi adulteriũ. §. idẽ pollioni. ff. de adult. Nec eſt veriſimile
ꝙ ita fuerit, cũ poſtea dicat ſe feciſſe illi ꝓmiſsionem de duca. 41.
ꝓ parte lucri ꝓ vno anno ad rõnem. 20. duca. & vltra pro cẽtena
rio. Et ita apparet ex inſtr̃o publico & ſic vr̃ confiteri ꝙ vera ſors
erat ducentorum, nõ centum tm̃. Non enim eſt veriſimile, ꝙ pro
miſiſſet lucrum vel vſuras ꝓ illis centũ, quos non recepiſſet. Nec
eſt credẽdum, ꝙ fuerit ita ſupinus, ꝙ ſi recepiſſet centum tm̃, ob-
ligaſſe ſe ad ducenta, & vltra hoc ẽt ad vſuras ducentorum; ꝙ hoc
tranſcenderet vſuras cẽteſimas. Præſumptio verò dictæ ꝯſtitutio
nis locũ haberet, ſi notarius non atteſtaretur de vera numeratiõe,
ſed de ꝯfeſsione tm̃, & qñ pars negaret ſe recepiſſe; non aũt in ca
ſu nr̃o, nam ipſamet ꝯſtitutio dat facultatẽ probandi ʒrium eius
ꝙ præſumitur. ¶ Vnde ſi poſſet probari per teſtes, ꝙ re vera ha-
buit & recepit, nõ video quare hoc ꝓbari non poſsit, ẽt ꝑ inſtr̃m
qđ de hoc atteſtatur. l. in exercendis. C. de fide inſtru. Non ergo
bene facit denegare reſtitutionem dictorum ducentorum. ff. de-
2 poſiti. l. j. §. eſt aũt. ¶ † Secundò videndũ eſt, an veniat ꝯdemnan-
dus ad partẽ lucri, qđ rõnabiliter & arbitrio boni viri potuit feciſ
ſe dictus magiſter Antonius; & breuiter dico, ꝙ ſic, quia ex quo
ꝑfatus magiſter Bartholomeus ſuſtinebat periculũ ꝓ parte, vt pa
tet ex inſtr̃o; iuſtum eſt ẽt ꝙ ſentiat lucrũ pro parte. ff. ꝓ ſocio. l.
ſi vnus. §. ſi vnus. in fi. ff. de iure do. l. ſi mãcipia. ff. ſol. mat. l. penul.
§. ſi mancipia. & ꝙ no. Bar. in l. qa poterat. in fi. ff. ad trebel. facit. l.
ſi ia q. §. j. in fi. ff. cõmo. Nec obſt. allegata ꝑ magiſtrũ Antoniũ, ꝙ
iſte non ꝑſumitur fuiſſe ʒctus ſocietatis, ſed mutui; quia vſurarij
non ꝯſueuerunt dare ſuas pecunias in cauſam, ex qua poſsit in-
currere periculum. Nam iſta eſt truffatoria allegatio, poſito enĩ
quòd non conſueuerint; poſſunt tamen ſi volunt. Nam & vſurarij
pñt licitos & ueros ʒctus celebrare, & interdum celebrant; ut di-
cunt doc. C. plus ualere qđ agitur. l. emptione. Et hic ꝯſtat, ꝙ ita
fecit, poſtquã ſuſcepit in ſe periculum; vñ ſi iſte magr̃ Antonius
poſſet oſidere, ꝙ dicta pecunia ſine ſui culpa fuiſſet perdita cum
negotiarentur cum ea, poſſet ſe iuuare uirtute dicti inſtr̃i, ut
iſte pupillus teneretur participare dãnum pro dimidia. ff. pro ſo
cio. l. cum duobus. § qdam ſagariam. non ergo debet audiri nũc
poſtulans id, cuius ʒriũ non eſſet poſtulaturus. C. de ſolu. l. ſimuli.
ff. de peti. hære. l. ſi & rem & pretium. Et ſic, ſicut poſſet ſe iuuare
de illo inſtr̃o ſi pecuniã ſine ſui culpa perdidiſſet, ita ſi non perdi
dit tenetur ipſum ʒ ſe admittere & ſoluere partẽ lucri rõnabilis
liciti & honeſti; & ad hoc æſtimandum ꝑfatus D. Vicarius dẽt aſſu
mere probos rationatos uiros, q̃ habeant hoc uidere, arbitrari, &
referre. l. arbitrio. ff. qui ſatiſda. cog. C. de fi. inſtr. l. cõparationes.
Nec ob. ꝯſtõ ſynodalis; quia ꝑſumptio de qua ibi debet ceſſare qñ
ex tenore inſtr̃i apparet euidenter ʒrium, cum eadẽ ꝯſtõ permit-
tat probari ʒriũ; & non eſt melior probatio quàm per facti euidẽ
tiam. vt dicit Inn. in c. propoſuiſti. de proba. facit. ff. de inof. teſta.
l. ſi pars. ibi. niſi aperte &c. Nã etſi in inſtr̃o non cõtineretur hoc,
ꝙ ſuſcepiſſet in ſe periculum, & uellet hoc ꝓbare per teſtes; ſine
dubio foret admittendus iſte agens, quia probaretur uera cã & li
cita, non ſimulata; al's non poſſet uerificari dicta ꝯſtõ in ea parte,
qua permittit ʒrium probari. Et ſi ita eſt, non uideo quare nõ de
ramentũ ad hoc vt obliget debet eſſe pſtitũ ex certa ſciã nõ per-
rorem, cũ debeat habere tres comites, [b] ſcilicet ueritatem, iuſti-
tiam, & iudiciũ. 22. q. 2. c. animaduertẽdũ. & no. C. de nup. l. impe
rialis. & hic non habet iudicium. i. diſcretionem ſeu uoluntatem; b
hinc eſt ẽt, ꝙ iur̃m dolo pſtitum non obligat de iure canoni. qa
non habet uoluntatem iurantis, pp quam qs obligaĩ Deo. c. 2.
de pact. lib. 6. Præterea ẽt ſi obligaſſet mero iure, tñ potuit peti
abſolutio a iudice eccleſiaſtico etiam de iure canonico; quia li-
cèt ipſe iurans ſeruando iuramentum non peccet, illi tñ quibus
fuit iuratũ recipiendo dicta legata tanquã debita, cum ſint omni
no indebita, ſi hoc ſciunt peccant, quia locupletantur de alieno.
Et ideo potuit peti abſolutio, ſicut videmus in eo qui iurat ſol-
uere uſuras, nam obligatur ſoluere, quia ſoluendo nõ peccat. c.
debitores. de iureiuran. Sed quia creditor vſurarius recipiendo
peccat & tenetur reſtituere tanquam indebite ſolutum, poteſt iu
rans petere abſolutionẽ a iuramento. c. j. cum ibi no. de iureiur.
Hoc ẽt videmus in iur̃o præſtito per metum. iuxta plenè no. per
Inno. in c. venerabilem. in fin. de elec. Et idem vbicunq; ɔctus eſt
prohibitus odio creditoris. vt not. Barto. in l. ſi quis pro eo. ff. de
fideiuſ. in 4. q. Quando autem iurans ſeruando peccaret, tunc
ipſo iure nõ obligaret iuramentum etiam iure canonico ſecũdũ
Inno. in d. c. venerabilem. in fin. Nec eſſet neceſſaria abſolutio, vt
ibi

a ¶ Tranſactionis. Adde Bal. in cõſ. 119. in 2. parte.

b ¶ Comites. Adde eundem Pau. ɔ. in cõſ. 105. nu. 4.

ibi no. Qñ aũt neuter peccaret, tũc obligat & eſt ſeruandũ, & abſolutio nõ poſſet peti, nec deberet ꝯcedi. d.c. cum ꝯtingat. Ex quibus oĩbus ſequit̃, ꝙ ſnĩa dẽt fieri ꝓ dicto Tadeo, & ꝙ aduerſarij eius debent cõpelli ad reſtituendũ dicta legata, tanq̃ indebitè ſoluta non obſtantibus oĩbus prædictis & maximè iuro, a quo fuit obtenta abſolutio a iudice cõpetente, ne eſſet iniquitatis vinculũ.

S V M M A R I A.

1 *Actor ſi non probat intentionem ſuam, reus eſt abſoluendus, & actor in expenſis condemnandus.*

2 *Fictus præſtatio de aliquo prædio facit præſumi illũ, cui præſtatur, eſſe dominũ.*

CONSILIVM CXXIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo proceſſu cauſæ vertẽtis inter Clautanum de Fanna ſeu ꝓcuratorem eius petentem ex parte vna. Et nobiles viros ſer Iacobũ & Simonẽ de pulcinico ex alia reos &c. & cõuentos ex altera ſup caſſatiõe quorundã inſtrorũ recognitiõis & alliuellatiõis de certis bonis, quã p̃fatus Clautanus aſſerit ſe ĩdebitè, inſciẽter, & p errorẽ feciſſe a dictis nobilibus, cũ aſſerat dicta bona fuiſſe quõdã Vualconi patrui dicti Clautani pleno iure dñij directi & ꝓprietatis, cui Vualcono dicit & aſſerit p̃fatus Clautanus ſe ſucceſſiſſe ab inteſta. & ſic dicit ꝙ non tenebat recipere ad liuellũ, nec recognoſcere a dictis nobilib. dicta bona, & ſic inſtr̃a emanauerũt per errorẽ, iõ petit ea caſſari & annullari, & dictis nobilibus mãdari, vt occaſiõe dictorũ inſtrorũ nullam faciãt dicto Clautano noxiã vel nouitatẽ. ¶ Su p eo ꝙ q̃ritur q̃ ſint vel eſſe debeãt partes iud. viſis oĩbus ꝓductis & alleg. in cã. R̃ndeo, ꝙ eſſe debẽt in abſoluẽdo dictos nobiles a petitis p dictũ Clautanum p regulam vulgatam
1 † ꝙ actore non ꝓbante ſuã intentionẽ reus abſoluit̃. C. de edẽ. l. qui accuſare. C. de ꝓba. l. actor. Conſtat. n. ꝙ ille qui dicit ſe indebitè aliq̃d ſoluiſſe, feciſſe, vel ꝓmiſiſſe, dẽt hoc ꝓbare ꝙ indebitè ſoluerit, fecerit, vel promiſerit, qm̃ ꝯ eum eſt iuris p̃ſumptio ꝙ imo debitè, cũ non p̃ſumat̃ ita ſupinus ꝙ indebitè iactet ſuũ. ff. de ꝓb. l. cũ de indebito. & hoc cũ aduerſarius nõ negauit nec negat ſolutionẽ, ꝓmiſsionẽ, vel factum, ꝓut eſt in caſu nr̃o; al's ſi negauit & poſtea fuit ꝯuictus ſup hoc de mendacio, transfert̃ p p hoc onus ꝓbandi in ip̃m aduerſariũ ꝙ debitè ſolutũ, ꝓmiſſum, vel factum fuerit. vt d. l. cũ de indebito. qd hic non fuit. Iſte aũt Clautanus ad ꝓbãdũ ſuam intẽtionẽ formauit certos articulos, ꝙ quædã bona ꝯtẽta in fine ipſorũ & in ſuis ꝯfinibus deſignata fuerũt dicti olim Vualconi, & ad ip̃m ptinuerũt iure dñij vel q̃ſi. Et hoc nõ ꝓbat, q̃a teſtes ſu p hoc examinati nõ deponũt niſi de ſimplici poſſeſſione Vualconi, ex qua ſola cũ allegat̃ de p̃terito nõ reſultat ꝓbatio dñij ad effectũ agendi, niſi ſit iuſtificata titulo habili ad acq̃ſitionẽ dñij & ẽt diuturnitate lõgi t̃pis habilis ad p̃ſcribendũ res immobiles. ut plenè no. in l. pe. ff. de ꝯdi. inſti. p Bar. iunctis his q̃ no. p Io. An. in nouel. in c. illud de p̃ſump. & qđ no. Cy. in l. cũ res. C. de ꝓba. Sed hic de titulo Vualconi, & de t̃pe quo poſſedit, teſtes non deponunt, ſed dumtaxat ꝙ poſſidebat vt dñs, & aliq̃ & q̃ plures dicũt ꝙ neſciũt ſi erat dñs, an aũt teneret & recognoſceret ab alio. Præterea ꝓbatum eſt p teſtes dictorũ nobilium, ꝙ illa eadẽ bona præfatus Vualconus cum vixit & ẽt ipſe Clautanus tenebat ad affictũ & recognoſcebat a dictis nobilibus. Nã actus poſſeſſionis geſti p Vualconum erãt differentes, q̃a ita cadebant in colono ſicut in vero dño; vnde nõ ſequit̃, tenebat & poſſidebat & vtebat̃ illis bonis vt dñs, ergo erat dñs alio non dato; quia ẽt non dñs tenet & poſſidet & vtitur eo modo quo dñs, vnde non probat hoc eſſe &c. l. non hoc. C. vñ cogna. alias facillima eſſet probatio dñij; cum tñ gl. & doct. dicũt ꝙ eſt difficilis in d. l. cũ res. C. de ꝓbatio. ¶ Præterea poſito ꝙ eſſet ꝓbatũ dñium bonorũ deſcriptorũ in fine articulorũ fuiſſe Vualconi, non tñ eſt probata intentio agentis, qm̃ non conſtat ex proceſſu ꝙ illa ſint eadem bona quæ continentur in dictis inſtr̃is quæ petit caſſari, cùm deſcribãtur diuerſa ꝯfinia & non fuit factus articulus de idẽtitate corporũ & bonorũ, ſicut debebat fieri in tali caſu. iuxta not. p Bar. ff. de ꝯdi. & demonſt. l. demõſtrat. in fi. prin. & C. ſi vnus ex plu. ap. l. vnica. & de erro. aduoca. l. 2. Sequitur ergo ex p̃dictis, ꝙ cũ non ſit ꝓbatum dñium dictorũ bonorum fuiſſe dicti Vualconi, & p ꝯſequens nec iſtius Clautani ex p̃ſona illius, nõ eſt ꝓbatum ip̃m indebitè recognouiſſe a dictis nobilibus; q̃a in hoc fundat̃ intentio ſua ꝙ ſua bona ꝓpria recognouit vt aliena, ſ. dictorũ nobiliũ, cũ eorũ non eſſent, qđ ꝓbatũ nõ ẽ, q̃nimmo nobiles vñr ꝓbaſſe ꝯ̃riũ. ſ. ꝙ dicti Vualcon' & Clautanus tenebãt dicta bona ad affictũ aũ alliuellationẽ ab eis, & reddebãt affictũ, & tũc tetinẽt ad liuellũ, & ſoluit
2 Clautanus liuellũ; † ex qua ſolutione affictus & liuelli ꝓbat̃ poſſeſſio. C. de agri. & cẽſi. l. litib. & l. q. vniuerſas §. ꝙ per colonũ. & ibi no. p gl. & Bar. ff. de acq. poſ. Et ꝯſtat, ꝙ quantũ ad excipiendũ poſſeſſor p̃ſumitur dñs, ſi actor nõ probauit ꝯ̃rium: vt not. in d. l. pe. ff. de cõdi. inſti. p l. fi. C. de rei ven. Producit ẽt actor iſte q̃dam antiqua inſtr̃a de emptionibus quorũdã bonorũ factis p quoſdã, q̃ nihil ſibi ꝓficiunt triplici rõne. Prima, q̃a nõ ꝓbauit ſe illis emptionib' ſucceſſiſſe. Scđa, q̃a non ꝓbauit ꝙ illa ſint eadẽ bona cũ illis de quibus agitur de p̃nti. Tertia, ꝙ illa bona potuerunt poſtea ad illos nobiles redire. ¶ Cõcludo ergo dictos nobiles fore abſoluendos a petitione dicti Clautani, ipſumq; Clautanum condemnandum in expenſis tanquam temerè litigantem.

S V M M A R I A.

1 *Poteſtas Pergami dederat commiſſionem unius cauſæ Vicario Brixiæ; in cauſa appellationis poteſtas Brixiæ dederat iudicem facta prius pronunciatione ꝙ iuriſdictio dandi ad ſe pertineret. & quæritur quid iuris.*

2 *Compromiſſum factum per procuratorem non habentem ad id ſpeciale mandatum, non facit quin inſtantia appellandi non labatur.*

CONSILIVM CXXIIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Viſo puncto, & allegationibus, ac ẽt ſtatutis ſupraſcriptis, vr̃ primò dicendum, ꝙ nec ad poteſtatẽ Pergami, nec ad poteſtatẽ Brixiæ ptineret date iudi. in cã appellatiõis interpoſitæ a ſnĩa dñi Iac. vicarij poteſtatis Brixiæ ſed ad dñationẽ Venetiarũ, vel ſi ad alterũ ipſorum ptinebat, ꝙ ille erat potius poteſtas Pergami, ſicq; cũ fuerit datus a p̃tãte Brixiæ nõ valuerit datio nec ꝓceſſus factus corã tali dato, tanq̃ carente iuriſdictione ex defecta dantis. C. q. pro ſua iuriſdictio l. j. in prin. Nec vr̃ fuiſſe ꝓrogata iuriſdictio; q̃a pars dicti Io. litigauit p̃miſſa ꝓteſtatione de incõpetentia iuriſdictionis, vt in pũcto narratur q̃ prodeſt in oĩbus actib' ſubſequẽtibus licet amplius nõ fuerit repetita. per ea q̃ no. Bar. poſt Iac. bu. in l. pacta nouiſsima. C. de pac. iũcta l. fi. C. de excep. Quòd aũt ad neutrũ prædictorũ p̃tãtum ptineret, ſed ad illuſtre dñium Venetorũ, ſic oſtendit̃. Nã ſtatutũ Pergami quo cauet̃ ꝙ appellans a ſnĩa cuiuſcũq; iudi. ciuitatis & diſtrict' Pergami teneat petere iudicẽ appellationis a p̃tãte Pergami tanq̃ a delegato ſuperioris dñationis, ad ꝙ tendit ſtatutũ vetus & nouũ dictæ terræ Pergami. ſ. ſcđo & tertio loco relatũ, nõ vr̃ habere locũ in caſu nr̃o, cum tractat̃ de appellatione interpoſita a ſnĩa dñi Iac. vicarij p̃tãtis Brixiæ; qm̃ ille non potuit dici iudex terræ Pergami, ſed iudex dñationis Venetiarũ. Primũ patet, q̃a illi p̃ñt dici iudices terræ Pergami, q vtuntur & fungunt̃ iuriſdictione q̃ eſt apud cõitatẽ terræ Pergami, licet nõ ſint de Pergamo nec fuerint ea vſi in Pergamo, vt ſunt iudices ordinarij dictæ terræ vel dati ab illis ordinarijs; oẽs em̃ p̃dicti vtunt̃ illa iuriſdictiõe q̃ eſt apud ipſam cõitatem Pergami. iuxta no. p Bar. in l. j. ff. de dam. infe. Vñ in appellatione primo loco interpoſita a ſnĩa p̃tãtis Pergami tanq̃ ordinarij bñ potuit peti iudex ab eodẽ tanq̃ delegato ab ipſa dñatione; q̃a p̃tãs Pergami in eo ꝙ fecit vt ordinarius fuit vſus iuriſditione exiſtente penes cõitatem Pergami, iõ poterat dici iudex Pergami. Sed p̃fatus dñs Iac. datus ab eo vt legato in cã appellationis, nõ fuit vſus iuriſdictione exiſtente penes cõitatem Pergami; qm̃ iuriſdictio in cauſis appellatiõis pertinet ad ſuperiorẽ. c. veniẽte. de iureiur. fuit ergo vſus iuriſdictione exiſtẽte penes ſuperiorẽ, videlicet dñationẽ Venetorũ; iõ poterat dici iudex dictæ dñatiõis, q̃a datus fuit a p̃tãte Pergami tanq̃ cõmiſſario & delegato dñationis, & ſic eſt perinde ac ſi fuiſſet datus ab ipſa dñatione cuius noĩe datus fuit. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. nomi. l. itẽ eorum. §. ſi decuriões. de leg. 2. l. vnũ ex fam. §. ſi de falcidia. & ar. in l. ꝙ meo. in fi. prin. de acq. poſ. Debuit ergo a dicto delegato appellari ad delegantẽ ª. l. j. §. fi. ff. q̃s & a quo. C. q. pro ſua iuriſdi. l. j. cũ ibi no. delegans aũt fuit ipſa dñatio q̃ delegauit p aliũ, videlicet per p̃tãtẽ Pergami ſuum delegatũ mediante ſtatuto ciuitatis Pergami p dñationem approbato. Nã & alibi de iure cõi habemus ſil'e. ff. de dã. infe. l. j. in fi. vbi p̃tor mortuus p ſuũ edictũ cãm imperij ptinẽtẽ ad ſe & ad p̃torẽ vinũ d̃legat magiſtratui municipali ad quẽ nõ ptinent cauſæ imꝑij ſcilicet ſimplicis iuriſd. ¶ Ad ip̃am ergo dñationẽ debuit appellari a ſuo iudice delegato, & ad ip̃m ptinebat dare iudicẽ. Et eadẽ rõne dicẽdũ eſt, nõ ptinuiſſe hãc p̃tãtẽ dandi dictũ iudicẽ ad p̃tãtẽ Brixiæ, loquẽs in ſil'i forma dẽt intelligi qñ appellat̃ ab aliquo q fuerit vſus p̃tãte & iuriſdict. exiſtente penes cõitatẽ Brixiæ. Tales. n. p̃ñt dici iudices Ciuitatis Brixiæ. Sed dict' dominus

a ¶ Ad delegantem Et an hoc ſit neceſſe. vide dominũ Petr. phil. cor. in cõſ. 15. incipi. in p̃ſenti. nu 1. in 3. par. & Bal. in cõſ. 419. in 1. parte.

dñs Iac. Vicarios ptãtis Brixiæ nõ fuit vſus iuriſdictione reſidente penes cõitatẽ Brixiæ, licèt cognouerit in Brixia, ſed reſidente penes dñationẽ Venetiarũ, cũ illã habuerit a ptãte Pergami, tanquam delegato dñationis. Non enĩ debemus inſpicere locũ, ubi talis delegatus vel datus iudex cognouerit, cũ in quolibet honeſto loco poſsint cognoſcere, q nõ habent certũ tribunal. vt no. in l. cũ ſnĩam. C. de ſenten. p gl. Sed debemus inſpicere cuius iuriſdictione vtaẽ, vt ſciamus cuius iudex dici poſsit. ff. de iuriſd. om. iu. l. ſolet. in fi. ff. de offi. eius cui mã. eſt iuriſ. l. j. §. q mandata. Iuriſdictio verò ĩ cauſis appellationũ eſt ipſius dñationis. ergo &c. Nec ergo ptãs Pergami, nec Brixiæ habuit dare iudicẽ pdictũ, ſed Dominatio, ad quã fuit appellandũ; qa ceſſant ſtatuta vtriuſq; ciuitatis, q loquunẽ cũ appellaẽ a iudicibus earũ, vt ſunt illi q vtunẽ iuriſdictione earũ, & penes eas reſidẽte, qđ hic nõ eſt, & ſic iſte caſus tãquã improuiſus a ſtatutis pdictis remanet diſpõni iuris cõis l. ſi cũ dotem. in princ. ſol. mat. & de iure cõi debuit appellari ad delegantem. Delegans aũt cenſeẽ fuiſſe Dñatio Venetiarum, q p a ſuum delegatũ delegauit. Vel ſi dicamus, q cũ p l. ſcriptã municipalẽ fiat iſta delegatio ptãti Pergami, dicat ei cõpetere iure magiſtratus, & ſic iure pprio. p ea q no. gl. in d. l. j. ff. de dam. infec. q incipit delegatio. Poterit dici q delegans fuerit ipſe ptãs Pergami, & ſic ad ipſum fuit appellãdũ, & ipſe habuit iudicẽ applonis dare, nõ iudex ſeu ptãs Brixiæ, ad quẽ ex nullo capite potuit recurſus haberi in hac cã, q nullo mõ ptinebat ad ſuã iuriſdictionẽ. ¶ Breuiter licet iſta vrgeãt, tũ vnico verbo tolluntẽ. ſ. qa ptãs Brixiæ vocatis & auditis partibus & in ipſarũ pñtia pnũciauit ſe eſſe iudicẽ cõpetentẽ in hoc, a qua pnunciatione potuit pars dicti Ioãnis appellare. vt no. gl. ĩ auth. habita. C. ne filius p patre. Et ex quo nõ fuit appellatũ, trãſiuit ĩ rẽ iudicatã, & fecit ius quo ad partes; & ſic fecit illũ cõpetentẽ, vbi primò erat incõpetẽs, poſtquam ipſe fungebaẽ iuriſdictione ordinaria rõne cuius ptinuit ad ipſum cognitio. An ſua eſſet iuriſdictio. l. ſi qs ex aliena. ff. de iuriſd. om. iud. ita pluries repetẽdo determinat Bar. in l. ex quacunq;. ff. ſi qs in ius voc. nõ ierit. & Inn. ĩ c. ſup lrĩs. in verbo ſorſan. de reſcri. Nã & ſi ſup ipſo negotio principali pnunciaſſet inter dictas partes ſe fore iudicẽ cõpetẽtẽ, acquiſiuiſſet iuriſdictionẽ, licet eã prius nõ haberet, nõ q eã acquiſiuiſſet a ſeipſo, qa nõ debet eſſe ĩ ſua ptãte dare ſibijpſi iuriſdictionẽ, ſed acquiſiuiſſet eã ab ipſa lege q dat ſibi ptãtẽ cognoſcẽdi & pnunciãdi an ſua ſit iuriſdictio. vt d. l. ſi qs ex aliena. ne ſi aliud diceremus, fruſtratoria eſſet talis ptãs ſibi data a lege. arg. l. 3. §. nõ fruſtra. ff. de iureiu. idẽ ergo debet ſi pnũciauit dũtaxat ſup hoc articulo ptinere ad ſe iuriſdictionẽ & poteſtatẽ, videlicet in dãdo iudicẽ pdictũ. Nõ ſic ſi funditus careret qs iuriſdictione, qa nõ poſſet pnũtiare illã ad ſe ſpectare. vt patet, ex no. p Inno. in loco palle. Et ex pdictis ſequiẽ, q cũ illa pnũciatio p veritate habeaẽ in l. res iudicata. ff. de reg. iur. ſicut ſi illud fuiſſet verũ q ad ipſum ptineret datio, potuiſſet dare, & ille datus poſtea finiẽdo officiũ potuiſſet relinquere cãm in manibus ſucceſſoris ſm formã ſtatutorũ Brixiæ, ita & nũc poſito q illud non fuiſſet verũ, poſtquã hoc nõ põt allegari poſt pronunciationẽ q tranſiuit in rẽ iudi. ar. eorũ q no. gl. in d. l. q habebat. ff. de ma. teſta. in fi. qa dato vno &c. ſequiẽ aliud. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei vend. C. de reſcin. ven. l. ratas. in Auth. vt iudi. ſine quo quo ſuffra. poſt prin. & no. in l. diuortio. ff. ſo. ma. in gl. ſup verbo alioquin. ff. de vulg. & pup. l. ſed ſi plures. §. ĩ arrogato. Poſtremò ſi verũ eſt, q dr̃ in pũcto, q ſnĩa illius dñi Iac. fuit lata poſt finitũ tpſ inſtãtiæ cauſæ app. nõ valuit; qa ſnĩa prima dñi ptãtis Pergami trãſiuerat in rẽ iudi. vt in cle. pe. de appe. iuncta clem. ſicut. eo. tit. & ſic prima ſnĩa dñi ptãtis Pergami lata in fauorẽ. R. mittẽda
2 eſſet executioni, nõ lata p dñm Iac. in fauorẽ Ioannis. † Nec compromiſſum factũ cũ pcuratore dicti Iaco. pendente cã appel. fecit dormire tpſ inſtãtiæ dictæ cauſæ. iuxta auth. ſi tñ in medio. C. de tẽpo. app. cũ dicaẽ illũ pcuratorẽ nõ habuiſſe ſpãle mandatum ad cõpromittendũ, qđ erat neceſſariũ, & ſic nõ ualuit cõpromiſſum, vt no. in l. mãdato gñali. ff. de pcu. p Bar. iuncto. c. nõ pſtat. de reg. iur. lib. 6. Nec potuit ratificari finito tpe inſtantiæ. vt in l. bonorũ. ff. rẽ ra. habe. ¶ Et ſic p hæc pauca cõcludiẽ clarè in fauorẽ dicti. R. & q petitio executionis facta p Ioã. de ſentẽtia D. Iac. non debeat effectum ſortiri, qa illa vel nõ valuit, vt in hac vltima allegatione; vel fuit legitimè reuocata, vt in prima.

S V M M A R I A.

1 Comes palatinus habens poteſtatem legitimandi an poſſit eam exercere in terris eccleſiæ. ub. diſtinguit inter terras eccleſiæ Rom. & aliarum, & an fiat legi. minente parte.

2 Priuilegium legitimandi vt ſe extendat ad omnes illegitimos, requiritur quod inſeratur clauſula non obſt. &c.

3 Comes Palatinus an poſsit clauſulã nõ obſtã. &c. apponere, ſi nõ ẽ in priuilegio.

4 Nobilium filii ſi excipiuntur in priuilegio, qui dicatur nobilis, & quid ſi Comes appellat legitimatum nobilem.

5 Diuidentes hæreditatem cum aliquo quem poſtea dicunt non cohæredem an poſſint auocare illam partem, & an teneantur ad pœnam de non ueniendo contra diuiſionem.

6 Protheocollũ legitimationis manu nota. ſcriptũ ſi non inuenitur, quid agendũ.

7 Diuidentes hæreditatem an præiudicent filiis ſubſtituti.

8 Confirmã Papæ ſup legitimõne facta p Comitẽ in terris eccleſiæ, quid operetur.

CONSILIVM CXXV.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Dubitatur pri-
1 mò † an Comes Palatinus habens ptãtem legitimandi ab Imperatore poſsit legitimare in terris quæ ſunt de temporali iu-
a riſdictione eccleſiæ, ° & quantum ad bona ſita in dictis terris & earum territoriis, præſuppoſito q non ſint feudalia, ſed allodia a
lia. Et qa qõ eſt trita & diſcurrit per multa ſcripta, ſuperfluum eſt ire p argumẽta. Iac. de Bel. diſputando tenuit, q ſic, & diſputationẽ ſuam poſuit in Auth. quib. mod. nat. effi. ſui. & Ioã. An. in c. per venerabilẽ. q filii ſint legi. & Io. Cal. qđ ẽt cõſuluit Bart. in conſ. 81. vt refert Bal. in l. j. C. de iure annu. aur. Iac. But quẽ ſequitur Bal. in d. l. j. tenuit ẽriũ. & ẽt Ant. de But. in d. c. p venerab. qm cũ Papa non legitimet in terris imperij vt ibi, ſatis eſſet abſurdũ q Impator vel eius Comes poſſet ĩ terris eccl'iæ, cũ ſint iuriſdõnes ſeparatæ. in Auth. qũo oportet epõs. in prin. c. nouit. de iudi. ¶ Bẽ dici põt ſup hoc, q aut illa terra non eſt ſubdita immediate Romanæ eccl'iæ, ſed alteri eccleſiæ inferiori, vt ſunt plures epat' in alamania, & vt eſt Patriarchatus Aquilegienſis, ad quas eccl'as pſumunẽ ex donationibus Imperialibus peruenisse tpales iuriſdõnes terrarũ & in illis põt Impator & eius Comes legitimare; qa p tales donationes nõ cenſenẽ Imperatores totalẽ iuriſdõnẽ a ſe abdicaſſe, ſed retinuiſſe penes ſe ſupioritatẽ, in tm̃ q a platis dictarũ eccleſiarũ appellaẽ ad dictũ Impatorẽ. ita determinat expſſè Io. An. in addi. Spe. ti. de iuriſ. om. iu. §. 1. in addi. q incipit vidiſtis duas opi. in fi. Aut dicta terra ſubdita eſt immediatè eccleſiæ. Ro. vt ſunt illæ quas habuit ex donatione Cõſtãti. & tunc in illis nulla ptãs vł ſupioritas remãſit apud Impiũ, ſed oĩa trãſlata ſuit in eccleſiã, vt inqt Io. An. in addi. Spe. in loco pal. & patet in c. fundamẽta. de elec. lib. 6. & in cle. 1. de iureiu. & quãtũ ad tales terras pcedũt varietates doctorũ, de qbus. ſ. & hoc caſu placet diſtinctio Bal. quã ponit in pœmio Cod. in fi. q aut legitimatio facta ẽ viuẽte pr̃e & ad eius inſtãtiã, & tũc valet ẽt quãtũ ad bona ſita in territorio eccleſiæ; qa ex hoc nõ inferẽ alicui piudiciũ ſi ſibi p legitimationẽ ſuccedaẽ, cũ poſſet ſua bona pijcere in mari, & nullus eo viuẽte ius hẽbat in eius ſucceſſione l. 1. §. ſi impuberi. ff. de col. bo. & ſic nullus fuit citãdus in tali ltĩmatione. iux. no. p Bar. ĩ l. gallus. §. & qd ſi tm̃. ff. de lib. & poſth. Et hoc ẽt voluit Hoſt. expſſè in d. c. p vener. ſup verbo reqſiti. licet loquaẽ in caſu ecõuerſo qñ papa legitimat in terris Impii de volũtate pr̃is. Aut ltĩmatio fit poſt mortẽ pr̃is, & tũc ſi fieret de cõſenſu illorũ qbus fit piudiciũ in ſuccedẽdo, idẽ, ſm Hoſt. in loco pdicto. Ad qđ l. nã ita diuus. ff. de adop. ff. de nat. reſti. l. fi. & l. 1. cũ actus ſit volũtariæ iuriſdõnis, & ſic inter ɔſentiẽtes põt exerceri ẽt in alieno territorio ab eo q habet iuriſdõnẽ a principe. l. emãcipari. §. apud. ff. de ado. & l. 2. ff. de offi. pcõ. & leg. Si verò fieret ſine ɔſenſu illorũ, tũc locũ habet alia opi. dicẽtiũ ltĩmationẽ nõ valere p rõnes eorũ. Bal. aũt ĩ l. eã quã. C. de fideic. in 1. col. adducit vnã rõnẽ ad partẽ negatiuã, q nõ poſsit ltĩmare. ſ. ne fiat piudiciũ fiſco eccl'iæ, ad quẽ deuenire deberẽt bona in defectũ ltĩmi ſucceſſoris, q rõnẽ tãgit. Spe. in ti. de leg. §. fi. ver. ſed illud qrit. q rõ locũ hr̃et, ẽt ſi pte ɔſentiẽte fieret ltĩmatio. Sed certè de iſto piudicio ſolus fiſcus eccl'iæ poſſet ɔqueri. l. his ɔñr. in prin. cũ ibi no. ff. fam. erc. Præterea tex. not. in l. cũ tõ. §. ſi plures. ff. de bo. dã. tol. hoc ẽriũ, ſeu iſtã rõnẽ. ſ. q fiſcus & Impator ſeu alius princeps, apud quem ſit ipſe fiſcus, nõ curat de hoc piudicio; dicit. n. ibi princeps in fauorẽ filiorũ, vt ad eos trãſeãt bona pr̃na poti⁹ q in fiſcũ deueniãt, q ampliari Imperiũ hominũ adiectione poti⁹, q pecuniarũ copia malim; ideoq; illis pr̃na ſua ɔcedi volo. Ad qđ ẽt bonus tex. C. de cadu. tol. §. pen. vbi vult vtilitates ſubiectorũ præferri fiſco, & ipſum fiſcũ nõ niſi in defectũ omniũ venire. facit ẽt. l. 1. C. de ſecun. nup. ibi. ne fiſci noſtri videamur habere rationem &c. Et hoc de primo dubio.

¶ † Secun-

a ¶ Eccleſiæ. ad materiã uide quæ habẽtur p d. Pet. Phi. cor. in cõſi 9. inci. memini. nu. 4. in 4. parte. & uide per eum in cõſil. 1. nu. 7. in 3. parte ubi ponit nunquid legitimatio facta ab imperatore in terris eccleſiæ de ſubdito ipſi imperatori ualeat & ut. Bal. in cõſ. 338. in 5. parte ubi ponit an habens poteſtatem legitimãdi poſſit ubique etiam extra territoriũ ſuum legitimare.

Additio. Adde in Feli. c. quæ in eccleſia rum. in 13. col. uerſic. quarta declaratio ẽ. de conſtit. ubi an legitimatio ſpurij conceſſa alicui p priuilegiũ iperatoris noceat legitimis hæredibus & habentibus ius in rem. Hena. Fer.

2 ¶Nobiles. Vide Bald. in cōſ.129. in 2.parte.

2 ¶†Scđò dubitaṫ,ſi in priuilegio Comitis palatini; quo ſibi cōce a
dit ptās legitimandi,ſit appoſita clauſula gñalis. non obſtātibus
legibus & ꝯſtitutionib' quibuſcunq; &c. nō tñ fiat expſſa mētio
de aliqua ſpāli lege,an valeat.& Bal.format hoc dubiū in d.l.eam
qnā.in 12.col.Et refert Io.Cal.tenuiſſe,ꝙ nō reqraṫ talis clauſu-
la nō obſtāte ēt gñalis,ſed ſufficiat ꝙ ipſe Comes cū poſtea legi-
timat apponat ipſe,tñ Bal. poſt plura verba tenet ꝯrium, non tñ
declarat an ſufficiat gñalis, an reqraṫ ꝙ fiat ſpālis mētio de tali le
ge puta de.§.fi.in Auth.q.mo.na.effi.ſui,q prohibet ſpurios & in
ceſtuoſos legitimari.Sed Io.An.plenius in c.1.de exceſ.prǽl.li.6.
in nouel.refert 3.opi.antiquorū;qñ princeps reſcribit ꝯ ius poſi
tiuū,an reqraṫ clauſula.nō obſtāte.& qualis,& nō apparet in qua
ſe firmet;gl.in auth. hoc inter liberos. C. de teſta. tenet ꝙ reqraṫ
ſpecifica & ſingularis mētio dicēdo,nō obſtāte tali legi. ¶ Breui
ter ſi ꝯcederet ptātē legitimādi naturales natos ex cōcubina,non
eſſet neceſſaria aliqua clauſula nō obſtante, qñ qtum ad illos nō
prǽcedit aliqua lex habens clauſulā derogatoriā,ꝙ nō poſsint le
gitimari,ſed potius ꝯriū,qa iura permittūt eos multis modis le-
gitimari. vt in Auth.qui.mo.na.effi.legi.& q.mo.na.effi.ſui.& cō
ſtat ꝙ clauſula.nō obſtante.nō requiriṫ niſi qñ p̄cedunt iura clau
ſulam derogatoriā habentia l.ſi qs in prin.teſti.ff.de leg.3.& iſto
caſu ꝓcedit opi.illorū, q dicunt dictā clauſulā nō obſtante nō re
quiri.Sed ſufficere,ꝙ princeps ex certa ſciētia reſcribat.l. idē vul
pi.§.j.ff.de excu.tut.l.quidam ꝯſulebat.de re iud.Sed qñ ꝯcedit ꝙ
poſsit legitimare ſpurios & natos de damnato coitu,tunc in illis
p̄cedit clauſula derogatoria.in Auth.q.mo.na.effi.ſui.§.fi. vbi di
citꝰ,ꝙ tales nō hñt illius.l.participiū, vt debeāt vel poſſint legiti-
mari modis de qbus in illa auth. Iō quo ad illos requiritur non
obſtante.vt ibi no.gl.Sed ſi requiritur qualis dēat eſſe. Rñdeo ſm
doctrinā Bar.in l.fi.C.ſi ꝯ ius vel vtil.pub. & in extraua.ad repri-
mendum ſuper verbo,nō obſtantibus.ꝙ non ſufficit gñalis. puta
nō obſtante aliqua lege vel iure. Nec requiriṫ ſingularis,puta nō
obſtante tali lege,noiando eā. Sed ſufficit ſpālis,puta,nō obſtāte
aliqua lege ꝯrium diſponente vel habēte clauſulā derogatoriā.ꝑ
l.ſi quis in prin.teſti. quǽ loquitur de ſpāli, non de gñali,vel ſin-
gulari. Si ergo dicat clauſula, nō obſtantibus qbuſcunq; legibus
Imperialibus qbus oībus, inquantū legitimationi p̄dictǽ ꝯdice-
ret, derogamus ēt ſi de his de iure vel de ꝯſuetudine deberet fieri
mentio ſpālis;ſatis eſt,& eam dico ſufficere;qa eſt ſpālis,nō gña-
lis,ſicut ſi diceret non obſtante aliqua lege ꝯrium diſponēte,quo
caſu ſm Bar.ſufficeret;ſed verba p̄dicta idem importāt in effectu
inquantū dicunt,ſi & inquātū ltimationi p̄dictǽ aduerſarent, igṫ
&c. qa de ǽqpollentibus verbis idē dēt eſſe iudiciū.l.mulier.ff.ad
Treb.C.de inſti.& ſubſti.l.ſi mṙ.cū ſi.ff.de acq.hǽr.l.ſi qs mihi bo
3 na.§.ſed & ſi qd.Et ita ē ī caſu,de quo qriṫ. ¶†Tertiò dubitaṫ,ſi ī
priuilegio Comitis ſibi cōcediṫ ptās ltimandi ſpurios,& ſit appo
ſita clā,ꝙ eos ltimare poſsit nō obſtāte alia lege uel iure;& ſic nō
eſt ſufficiēs, ut ſ. ꝓxi.dictū eſt. Verū Comes cū poſtea ltimat,poſ
ſit apponere ſpālē, dicendo.nō obſtante alia lege q̄ ꝯriū diſpone
ret.uel ſingulare,puta.nō obſtāte.§.fi.in Auth.q.mo.na.ef.ſui.Et
ſic faciat ltimatio ualere & ſit derogatū illi. §. uel alterius legi de
qua noīatim ſit fcā mētio. Et ad hoc bṙ eſt dicendū,ꝙ nō,nec ſit in
ſua ptāte attribuere ſibi offm & ptātē a principe ſibi nō ꝯceſſam.
ff.de teſta.tute.l.ex ſnia,iūcta.l.nec in ptāte. & l. nō diſtinguemus.
§.q̄ſitū.ff.de arbi. Nā ex quo princeps in priuilegio conceſſionis
ſpālē clām.nō obſtāte. nō appoſuit,nō cenſeṫ uoluiſſe concedere
ptātē ltimandi ſpurios ꝑꝑ clām derogatoriā contentā in d.§.fi.q̄
remouet uoluntatē principis ab actu ſequenti, niſi illius clǽ ſpā-
liter & expreſſē pœniteat,ut l.ſi qs in prin.teſtī.ff.de leg.3.ff.de
leg.1.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis. ſi ergo princeps non dedit,qūo
poſſet Comes apponere uerba aliqua in ltimatione quā facit,ꝑ q̄
pinde faciat eā ualere,ac ſi princeps eā ſibi dediſſet uel ꝯceſsiſſet,
ñ uideo;nō.n.ꝑi ſibijpſi ptātē attribuere,ut dictū ē; ſicut.n.ſi prin
ceps ꝑ ſcrīpm ltimaret ſpuriū nō appoſita clā ſpāli.nō obſtāte.nō
ualeret ltimatio,ut colligiṫ ex no.in d.§.fi.ꝑ gl.ita & ſi cōcedit al
teri ptātē ltimādi ſpurios nō valet cōceſsio; quaṙ ergo poterit
comes facere,ꝙ ualeat ꝑ appōnē ſuorū uerborū? facit.ff.de iure.
iu.l.3.§.1.ibi.alioqn &c.Illa tñ non hñt locū in caſu,de quo q̄riṫ;
qa ibi fuit in priuilegio comitis appoſita clā.nō obſtāte,ſpāliter
& in bona forma,ut dixi in p̄ce.atti.circa fi.Iō potuit comes in le
gitimatione quā poſtea facit, apponere illam eandē uel ſimilem.
4 ¶†Quartò dubitaṫ,ſi in priuilegio Comitis contineaṫ hǽc exce-
ptio, uidelicet natis Illuſtriū principum,Comitum,Baronum,&
nobiliū dūtaxat exceptis &c.q dicanṫ eſſe nobiles,ut ſciam' an fi-
lios eorū potuerit ltimare.Rñdeo,puto ſtādū in hoc ꝯſuetudini
loci,ubi ſit ltimatio,ꝑut vṙ determinare Bart.in l.ſi ut ꝓponis.
C.de digni.lib.10.in.12.col.uer.quarto inferī &c.& uerſi.tertiò
ex p̄dictis &c.ubi dicit ꝙ ꝑ ſtatuta & ꝯſuetudines locorū pōt ali
quis dici nobilis,q de iure cōi nō eſt nobilis; & aliqs pōt eſſe no
bilis in uno loco ſm ſtatuta & ꝯſuetudinē illius loci,q in alio nō
eſt nobilis, ut patet Venetijs ubi oēs q ſunt de officijs publicis
ſeu de ꝯſilio ſunt nobiles,& tñ hoc in alijs ciuitatib' nō reperiṫ,li
cet ēt de iure cōi hoc ſit.l.ſpurij.in prin.de decur. itē patet qa in
multis ciuitatibus milites ſunt nobiles,qđ nō eſt de iure cōi,niſi
in militibus urbis Romǽ.C.de ǽqueſtri digni.l.1.& ibi no.li.12.
ſed Florētini hāc dignitatē nō admittūt. Nā nō oīs militia facit
quē nobilē,ſed quē popul' acceptat;vñ milites curiarū ſeu iſtriō
nes nō ſunt nobiles;& ad p̄dicta facit qđ no. Archi. in c.1.de con
ſue.li.6. Verba aūt principis ſeu reſcripti vñr intelligēda ſm con
ſuetudines & diuerſitates locorū,ad q̄ referunṫ, ſicut ſm q̄litates
ꝑſonarū.l.plenū.§.eq tij.de uſu,& ha.l.ſi qs.§.irritū.ff.de iniuſto
teſta. ¶ Quintò q̄riṫ,ſi comes cū ltimat,appellat eū nobilē uel fi-
liū nobilis an ꝓbeṫ ex hoc nobilis? Rñdeo, poſſe dici ꝙ ſtetur huic
narrationi quouſq; ꝓbeṫ ꝯriū,ſicut ab ipſo principe facta eēt di-
cta narratio;iuxta ea q̄ hñr in cle.literas.de ꝓba.in text.& glo.&
in c.ſi papa.de priui.li.6.cū ꝑferant a Comite, q teret locū prin
cipis.ar.l.1.in fin.ff.de off.prǽfec.ꝑto.Sed illud.c.ſi Papa.facit in
ꝯrium & ēt gl.in d.cle.literas.ſuꝑ uerbo fundatur. qa in hac nar
ratione ſeu nobilitate fundatur intētio ltimātis, & iō vṙ ꝙ ex il-
lis uerbis nō ꝓbatur nobilis,niſi aľs doceatur qđ ſit.iuxta.no.in
ſi.in l.optimā.C.de ꝯhen.ſtipu.& l.cum aliquis.C.de iure delibe.
de uerbis inſtrumenti narratiuis,ꝙ non probant fines plebana-
tuum;qñ atteſtantur de eo quod non erat in poteſtate atteſtan
tium inducere.C.de teſta.l.uerba teſtamēti.& ꝑ id qđ no.gl.ſuꝑ
5 d.cle.literas. in uerbo fundatur. ¶†Sextò dubitatur, ſi plures co
hǽredes diuiſerūt inter ſe hǽreditatem,utrum aliqui ex eis poſ-
ſint poſtea uenire ꝯ diuiſionem dicentes, unum ex eis non eſſe co
hǽredem & auocari ab eo partem debere. Reſpondeo ſic, ſi per
errorem iuris uel facti cū illo diuiſerunt ignorantes ipſum nul-
lum ius habere in hǽreditate. ff.famil. erciſcun.l.qui familiǽ.
& arg.ff.de iure fiſci.l.2.§.fi. Et multomagis filij p̄dictorū cohǽ-
redū q fuiſſent eis ſubſtituti poſt mortē. Nā nō potuiſſent paren
tes diuidendo ſuis filijs p̄iudiciū gñare;qa ex ꝓpria ꝑſona ueniūt
ſicut nec aliter alienādo.l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.cū ſi. ¶ Septi-
mò q̄riṫ,utrū dicti cohǽredes uenīēdo ꝯ diuiſionē & moleſtando
cohǽredem incurrant pœnā priuationis hǽreditatis appoſitā eis
a teſtōre,ſi moleſtauerint. Vṙ ꝙ ſic ꝑ ea q̄ no.in l.lucius.§.tres hǽ
redes.ff.ad treb.ꝑ gl.& doct. ¶ Breuiter dicendum eſt,ꝙ ſi prǽce
ptū de nō moleſtādo fuiſſet turpe, ut qa ille fuiſſet ſpurius teſta-
toris,q ꝓhibeṫ capere eius bona odio ipſius pr̄is ad continentiā
refrenandā.l.fi.C.de natu.libe.& tunc pœnā nō incurreret ēt;qa te-
ſtator aduerſus iſtū defectū nō potuiſſet diſpenſare, & iō nec pœ
nā apponere,ſi ꝑꝑ ipſum ueniretur ꝯ, & p̄ceptū ſperneret.C. de
his q̄ pœn.no.l.j.& ff.eo.ti.l.j.& ff.de leg.3.l.vxorē.§. hǽres. Sed
ſi p̄ceptū nō fuiſſet turpe, vt qa ille erat ltimat' tūc aut habuerūt
iuſtā cām veniēdi ꝯ,qa de viribus ltimationis potuit rōnabiliṫ du
bitari,& tūc excuſaṫ a pœna; qm̄ iuſta cā ueniēdi ꝯ excuſat ab oī
pœna iām legali.ut no.in c.j.de elec.lib.6. in nouel. quàm cōuen
tionali & arbitrali.iua.no.ꝑ Bar.poſt Dy. in eo q petijt laudū re
duci ad arbitriū boni uiri.in l.q romǽ.§.duo fr̄es.ff.de ver. ob.&
l.iulia.ff.de ꝯdi.inde.& Io.And.in addi.Spe.ti.de arbi.§.fin. in pe.
char.ī addi.q̄ incipit.Dy.in ſūa ſciēti.de reg.iu. tractat plenè &c.
in fi.ſm Guil.de Suza.alleg.l.fi.ff.de re iud.de appe.l. negotiorū.
de vſuris.l.tutor.& Bal.in auth.gñaľr.in fi.2.col.C.de epi. & cle.
facit qđ no.Bar.in d.§.tres hr̄des. aľs ſi non habuiſſent iuſtā cām,
pœna ꝯmitteret.Sed cui applicaretur dubiū eſt,ſi teſtōr nō expſſit,
ꝑ ea q̄ no.& hñr in d.l.vxorē.§.hǽres.ff.de leg.3.ꝑ Bart.& Bal.in
l.1.C.de his q̄ pœ.no. ¶ Octauò q̄riṫ.An dicti cohǽredes litē mo
uentes uni ex eis teneanṫ ad dāna & intereſſe & ad pœnā iuxta ꝓ-
miſsionē cōtentā in inſtrō diuiſionis, ſi ueniretur ꝯ. Ad qđ pōt rn̄-
deri,vt in p̄cedenti,ꝙ aut obtinebunt quaſi ꝑ errorē facta fuerit
illa diuiſio & ꝓmiſsio de nō ueniēdo ꝯ,& tūc nō tenebunṫ ad p̄di
cta; qa dicta ꝓmiſsio intelligi debet,qñ ueniret ꝯ indebitè & in-
iuſtè;ſed ꝯriū appareret,ſi obtinerēt. ut patet ex no. ꝑ Bart. poſt
Dy.ī l.iulia.ff.de ꝯdi.ind.& l.q romǽ.§.duo fr̄s.ff.de uer.ob.ī q.
de illo q ꝓmiſit nō petere reduci laudū ad arbitrium boni uiri ſi
poſtea

poſtea petijt ꝙ obtinuit, qa non incidit in pœnā cōpromiſsi; qa
ꝓmiſsio ſua intelligi͠t, ſi laudū fuerit æquū, & ſic idebitè veniret
ꝯ. Aut ſuccūbēt dicti cohr͠des in dicto iudicio quo ueniunt ꝯ. Et
tūc aut habuerūt iuſtā cām veniendi ꝯ, q̄ excuſat a dolo & culpa.
& idē ſm Io. an. in loco, ī. alle. in ꝓxi. pcedēti artic. Aut non ha-
buerūt iuſtā cām, & ſic fuerūt in culpa uel dolo, & tūc tenerētur
ad pœnā ac ēt dāna & intereſſe. ut in d. §. duo fratres. ubi caſus. &
nō ſolū ex forma dicti ꝯctus, ſed ēt de iure cōi quātū ad dāna &
intereſſe. C. de fruc. & litis expen. l. nō ignorat. & facit quod no. i
Bal. in d. auth. gnal͠r. C. de epiſ. & cleri. Et in pcedentibus duobus
caſibus alter ꝓ altero, tanq̄ manutentor nō tenere͠t; qa ſi nō cō-
mitterēt ſtipſo ꝯ principalem, nec ꝯ manutentorem ſeu fideiuſ.
l. poſtq̄. in prin. ff. vt leg. nomi. caue. In ultimo uerò caſu alter ꝓ
altero tenerēt, ſi ꝓmiſerant defendere aduerſus quācunq; pſo-
nam, qm̄ intelligitur ēt aduerſus ſeipſos. arg. ff. de tuto. & curat.
da. ab his l. romanus appulus. iuncta. l. frater à fratre. in fi. princi.
6 in uerſ. porrò. ff. de ꝯdi. inde. cum ꝯcor. ibi alleg. in gl. ¶ † Nonò
dubita͠t, ſi reperi͠t inſtr͠m legitimationis ſcriptum manu publici
notarij iam defuncti, ſed inter ſuas imbreuiaturas ſeu ꝓthocol-
los nō reperit iſta, uel ille de iſta l͠timatione, licet reperia͠t q̄dam
nota in quodā folio ſeparato nō poſito in libro, ſed ſcriptū ma-
nu alterius, & ſubſcriptū manu dicti notarij. Quæri͠t, utrum ex
hoc vitie͠t dictū inſtr͠m l͠timationis, & v͠r ꝙ ſic quaſi p̄ſuma͠t fal-
ſum ex quo nō reperi͠t matrix & originalis ſcriptura manu eiuſ-
dem notarij, ut in auth. de tabel. §. fi. qm̄ ad originalem debet re-
curri, qn̄ ori͠t dubitatio de fide inſtri inde ſumpti. l. ſi qs ex argē.
§. pe. ff. de edē. & per Bar. in l. ſempronius. ff. de leg. 2. ff. de re. iur.
l. ſi librarius. ante fi. ¶ Contrarium v͠r expreſsè determinare Bal.
ſm Nico. de mata. C. de fide inſtr. ſup rub. in 8. col. in uer. Sed ſe-
cundò q̄ro ſi iſta imbreuiatura originalis nō reperi͠t &c. dicens
ꝙ ſpāle eſt in inſtr͠is ꝯfectis in ciuitate Cōſtantinopolitana, ꝙ nō
ualeant ſi nō reperi͠t originalis & matrix ſcriptura ſeu protho-
collus; & ꝙ ſecus eſt in alijs locis, qa ſi alia nō reperiret origina
lis, niſi celebratus eſſet actus in ſcriptis, qa tunc in prima ſcriptu
ra ſtat ſubſtantia ſm Bal. Poſſet quis dicere, ꝙ dicti doc. loquun͠t
qn̄ nullo mō reperi͠t liber prothocollorum, quo caſu qa potuit
caſualiter perdi, potius hoc præſumi͠t q̄ ꝙ nō fuerit cōfectus, &
ſic nō debet nocere amiſsio. C. de teſti. l. teſtiū. uer. ſin verò ſcā.
& quod no. in l. in emancipationibus. C. de emancipa. li. p glo. &
Cy. ſed hic reperitur originalis ſcriptura, ſed uitioſa, qa ſcriptu-
ra manu alterius qd̄ fieri nō debuit, qm̄ originalis ſcriptura ſeu
ꝓthocollus debet ſcribi manu illius, qui fuit rogatus: ut idē Bal.
no. ſuper dicta rub. in ſeq. col. dicens. tria eſſe q̄ notarius alteri cō-
mittere nō debet. ſ. audire partes, ſcribere ꝓthocollū, & ſubſcri-
bere inſtr͠o publico. Sed pōt dici, ꝙ poſtq̄ illa cedula erat ſubſcri
pta manu eiuſdem notarij, p inde ſit ac ſi tota foret ſcripta manu
7 eiuſdem. l. emptor. §. lucius. & ibi per Bar. ff. de pac. ¶ † Decimò
dubitatur, ſi fuerūt duæ mulieres inſtitutæ, & poſt earū mortē li
beri earū & illæ inſtitutæ diuiſerūt hr͠ditatē cū quadā tertia tanq̄
cū cohr͠de, utrū potuerint hanc diuiſionē facere in præiudiciū fi-
liorū ſubſtitutorum eis poſt earū mortē? ¶ Rn̄deo ſi illa erat ue-
ra cohæres, ſine dubio potuerūt; & portiones q̄ pro diuiſo obue
nerūt eis ſuccedūt loco portionū in qbus fuerāt inſtitutæ pro in a
diuiſo, & ī illis remanet ius fideicōmiſsi filiorū. caſus eſt ſm vnā
lecturā, quā Bar. ēt approbat ī l. cū pr͠. §. hr͠ditatē poſt mortē &c.
ff. de leg. 2. Sed ſi diuiſiſſent cū nō uera hr͠de p errorē, ſicut non
præiudicauerunt ſibijpſis, ita & multominus filijs earum, quibus b
p̄iudicare nō potuerunt alienando, cum ſubiacerent bona reſti͠oi *
8 cis fiendæ. C. cōta de leg. l. fi. & auth. res quæ. cum ſim. ¶ † Vndeci
mò & ultimò, ſi Papa ꝯfirmat legitimationem factam per comi-
a tem palatinum in terris eccleſiæ, an faciat eam ualere,[a] & tollat
eius defectus & cauſas nullitatis? Rn̄deo ſic, ſi fuerūt expreſsi uel
expreſsæ, & ſic ex certa ſciētia cōfirmauit. ff. de adop. l. adoptio.
nō in iure facta. ff. de reb. eorum. l. 2. extra de tranſac. c. 1. ſed de-
fectus ſuppreſſos nō tollit. l. ſed ſi hac. §. patronū. ff. de in ius uo-
cā. ff. de pecu. leg. l. cum dominus. per Iac. de Aret.

SVMMARIA.

1 *Socius adminiſtrans res & merces ſocietatis pariter cum alio ſocio, cogitur red-
dere rationem de adminiſtratis, licet poſſit agi actione pro ſocio, quatenus
plus ad alteram peruenerit.*

2 *Diuiſio ſocietatis præſumitur per ſeparationem quæ durauit decem annos uel
ultra.*

CONSILIVM CXXVI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Non ſequēdo ordinē ſupraſcri
ptorū dubiorū; qa pūctus ſupraſcriptus fuit imper
fectè & parū intelligibil͠r cōpoſit⁹. Tota dubitatio;
ꝓut cōprehēdo ex informatiōe oretenus habitā, ver
ti͠t circa geſta adminiſtrata an͠ diuiſionē; nā de t͠pe poſt diuiſionē
nō q̄ri͠t qa ſeparatim & diuiſim dictæ partes vixerunt & admini-
1 ſtrarunt. † De t͠pe verò quo durauit ſocietas, petitur p filios dicti
Ioānis a filijs dicti Antonij reddi rōnē adminiſtrationis dictarū
apothecarū tanquā rectæ & gubernatæ fuerūt p ſolū Antonium
quouſq; vixit, & poſt eius mortē p̄ filios eius. Et ſic partim ipſo
rū gerentiū noīe, & partim noīe dicti Petri Ioānis, tanquā ab ip-
ſo ꝓpoſiti ꝓ parte q̄ ſpectabat ad ipſum Petrū Ioannē. ff. de exer.
l. ſi non plures. uer. j. ibi. ſed ſi plures exerceant &c. & ff. ſi cer. pet.
l. eius q in ꝓuincia. in fi. Ideò nolunt dicti agentes, vt dicti cōuen
ti reddāt rōnem adminiſtrationis de eo qd̄ ipſi cōuenti & pr͠ ip-
ſorū geſſerunt noīe ipſorū agentiū & ſic ꝓ dimidia, quorū agen-
tium intentio funda͠t in l. q ꝓprio. §. ꝓcurator vt in cæteris. ff. de
ꝓcu. in prin. ff. ꝓ ſocio. l. verū. §. ſi cū tres. Sed hoc fundm̄ ſublatū
eſt p teſtes ſupraſcriptos, qa filij dicti Antonij ꝯuenti dicūt & p
dictos teſtes benè & ſufficiēter ꝓbant, ꝙ imo nec dictus Antoni⁹
pr͠ eorum nec poſt mortē eius ipſi filij vnquam dictas apothecas
rexerunt & gubernauerūt ſoli, ſed cōiter vnà cū dicto Petro Ioā-
ne & filijs eius, & ꝙ dictus Petrus Ioannes clauabat de ſero apo-
thecas & portabat pecunias ad domū ſuā. Et ꝙ cōiter oīa facie-
bānt & nō magis vnus q̄ alter. Ex quo ſeq͠r, ꝙ alter alterū nō cē-
ſet ꝓpoſuiſſe, & ſic qlibet cenſe͠t adminiſtraſſe p ſe. Et ex hoc ſe-
qui͠t aliud, ꝙ alter ab altero non pōt petere ſibi reddi rōnē gn̄alē
adminiſtrationis geſtæ, qm̄ ab eo q meo noīe nō geſsit, ſed ſuo,
nō poſſum hoc petere. Et hic, vt dixi, qlibet ſuo ꝓprio noīe & ꝓ
parte quā habebat ī ſocietate ꝓ indiuiſo geſsit & adminiſtrauit
nō noīe cōſocij vel parte illius. ergo &c. caſus v͠r in fi. ff. de adini.
tu. l. actor. ubi tutor a contutore hoc petere nō pōt. Nā qua rōne a
vnus poſſet petere ab altero, ſil͠r & alter ab illo, iō iure cuiuſdā ta
citæ cōpēſationis alter ab altero debet eſſe liber. arg. ff. de leg. 2.
l. vnū ex familia. §. ſed ſi vno. in fi. ff. de cōpē. l. ſi ambo. ſi tn̄ ad ma
nus vnius plus puenitſſet ex pecunia cōi ſeu ex mercibus quàm ad
alterū, nō ꝓhibe͠t alter agere ꝓ ſocio vt refunde͠t quatenus plus
pcepiſſet, nō vt rōnē gn̄alis adminiſtrōnis redderet. ut d. l. uerū. §. b
ſi cū tres. & l. actione §. ſi cōis. ꝓ quo potius v͠r, ꝙ filii dicti Anto
nii poſſent agere ꝯ filios Petri Ioannis, q Petrus Ioannes vt dicūt
teſtes cōſueuerat portare pecunias ad domū ſuā, quàm econuer-
ſo. Vn̄ ſi illi tacent, honeſtè facerent ēt iſti tacere, & ſuꝑ nullam
litē nō inſtituere. l. 1. ff. de inoffi. teſt. Tolli͠t ēt ex altero intētio di
ctorū agentiū; qm̄ dictus Petrus Ioānes fecit diuiſionē dictæ ſo-
cietatis cū filiis dicti Antonii iā ſunt 20 anni vel circa, & ex poſt
ſteterūt diuiſi & ſepati, nec vnq̄ petita fuit reddi dicta rō. Vn̄ cre
dēdū eſt ex taciturnitate tāti t͠pis & rōne ſocietatis, q̄ eſt q̄dā fra
ternitas, ꝙ oīa in dicta diuiſione fuerūt inter eos terminata & rō
hincinde reddita, ꝙ ſi nō eēt nō ē credēdū ꝙ tāto t͠pe tacuiſſet v͠l
ꝙ diuiſionē feciſſent q̄ nō ſolet fieri niſi ſuꝑ certis & indubitatis.
2 ar. ff. fam. ercis. l. j. & ꝓ hoc. ff. de prob. l. procula. † Diuiſio autem
quātū ad bona immobilia dr͠ ꝓbari p inſtr͠m publicū, quātū verò
ad mobilia ꝓbat͠i p̄ſumptione iuris poſito ꝙ teſtes de ipſo nō di-
ſponerēt. ſ. qa p lōgū t͠ps. 10. annorū & ultra ſteterūt ſeparati, &
b diuiſi, [b] & qlibet p ſeipſum habuit ſuā apothecā, ex quo reſultat
* p̄ſumptio diuiſionis. gl. eſt ordi.* q̄ cōiter tene͠t in l. pen. C. cōi di
ui. & p Bar. in l. cū de in rē uerſo. ff. de vſur. Sunt ēt duo teſtes, q
dicūt ſe fuiſſe pn͠tes diuiſioni pannorū. ſ. terti⁹ & ſextus. Nec ſunt
ſingulares, qa nō diſcordāt ī loco v͠l ī t͠pe, licet de ipſis. ſ. loco &
t͠pe nō deponāt; qa nō fuerūt interrogati, ſed hoc nō vitiat dictū
ipſum. p ea q̄ no. in l. ſolē. C. de teſti. & ff. eo. l. ob carmē. §. fi. & p
Inn. in c. qualr̄ & qn̄. de accu. & in Spe. de inquiſitio. §. nūc tracte-
mus. uer. itē ſufficit. & licet tertius teſtis ſit affinis, & ſic uide͠t ali-
qualiter detrahi fidei ſuæ, attamen qa adſunt alii q teſtifican͠t de
auditu & ꝙ erat publica uox & fama, tolli͠t p hoc ſuſpitio, & ſup
ple͠t dictū illius. p ea quo no. in l. ſi duo patroni. in prin. ff. de iu-
reiu. & l. excuſatur. in prin. ff. de excu. tu. & l. 3. §. 1. de teſti. in c. fi.
de ſucceſ. ab inte. Ex qbus patet rn̄ſio ad oīa q̄ſita ſ. facta. Et con
cluditur dictos agentes debere ſuccūbere inquantū petunt a filiis
dicti Antonii ſibi reddi rationem adminiſtrationis dictarum pe-
cuniarum, & in expenſis debent condemnari.

SVM-

a ¶ Valere. Vide do. Alexan de Imo. in cō ſil. 87. in 3. parte.

b ¶ Et diui. ui de Bald. in cōſ. 437. in 3. par. & in conſ. 497. ea. parte.

SVMMARIA.

1 *Cambium quomodo differat a mutuo ad ſaluum capitale & ſaluum lucrum, & an utroque ſoro improbatum ſit, & reſtitutio ſit neceſſaria.*
2 *Qui intentat uiam 'i cõpetentẽ omiſſa cõpetenti debet ſuccũbere & condemnari.*

CONSILIVM CXXVII.

In Chriſti nomine Amen. ¶ Viſis quæ ſuperius egregiè conſulta ſunt circa abſolutionẽ fiendam de dicto Iuncta.
a Et uiſo libel. dictorũ agentiũ, & replicationib' factis ad exceptionem dicti Iunctæ, & maximè ad non ibi. Item non habet modo aliquo obſtare nona exceptio in fine, & etiam ſaldo ſeu recordo facto uel habito inter partes de anno 1327. de menſe Iulij, de quo fit mentio in dicta replicationẽ facta ad vim exceptiõis in fine. Et in quo ſaldo ſeu recordo ꝓcurator dictorũ agentiũ facit magnũ fundamentũ imo totum ad ꝓbandũ ꝙ iſtud non fuerit cambiũ ſed mutuũ, uideť mihi idẽ qđ ſuperius eſt cõſultũ. ſ. ꝙ dictus Iuncta ſit abſoluendus vel a petitione agentiũ, vel ab obſeruatione iudicij. Poſito ẽt ꝙ cãbia de Venetijs, quæ Florẽtiæ frequentanť cũ litera & ſine litera eſſent illicita, ſine ꝑiudicio veritatis, de quo ad præſens diſputare nõ intendo.
1 † Et primũ ꝙ veniat abſoluendus a petitis, videť poſſe ꝓbari ſatis euidenti ratione, qa præfati agẽtes in libello ipſorũ nõ fundant ſe in hoc ꝙ cãbia prædicta ſint illicita, qa non dicũt ꝙ iſtud fuerit cambiũ, ſed dicũt ꝙ fuit mutuũ ad ſaluũ capitale & ad ſaluũ lucrũ, imo in p̃ſa replicatione facta ad nonã exceptionẽ p̃fatus ꝓcurator dicit ſe nolle diſputare de p̃ſenti de dictis cãbijs an ſint licita, vel nõ; qa iſtud nõ fuit cambiũ ſed mutuũ factũ ſub ſpecie cambij, qđ dicit ꝓbari ex dicto ſaldo. ſ. ꝙ ſtabat ad ſaluũ capitale. Dato igiť ꝙ ex dicto ſaldo hoc nõ probeť. ſ. ꝙ nõ ſit cambiũ ſed mutuũ, ſed potiꝰ ꝓbeť contrariũ, ꝙ imo fuerit & ſit uerũ cambiũ; tñ cambiũ ſine litera vel vt aliq dicũt cambio ſecco.
2 † Et dato ꝙ tale cambiũ ſine litera nõ ſit licitũ, & ꝙ illud qđ ex eo ꝑcipiť veniat reſtituẽdũ nõ ſolũ in foro pœnitentiæ, ſed ẽt iudiciali, habeo ꝓpoſitũ ꝙ actores debẽt ſuccũbere, & ꝙ reus debet abſolui a petitione ipſorũ, eo qa dicti actores non deduxerũt in iudiciũ illã cauſã, ex qua poterãt uincere vel obtinere, nec viã eis competenẽ, ſed cauſam et viã incõpetẽtẽ; debebant enim aſſerere ꝙ illud fuit cambiũ & quod fuit illicitum.

a ¶ Cancellato. Adde Bal. in cõſ. 145. in 2. part. ꝙ qui ꝓmittit cãcellare inſtrumentũ vř paciſci de non petendo.

b ¶ Pluralitas. Adde idem per Bal. in cõſ. 1. in 4. par.

SVMMARIA.

1 *Partes ſi dicant notario, quod inſtrumentum alicuius debiti cancellet nec publicet, & is omnino publicet, non tamen dẽt habere tale inſtrumentum executionẽ, & ſententia illius inſtrumenti uigore conceſſa retractare debet. & nu. 2.*
2 *Inſtrumentum poteſt non ſolum cancellari facto, ſed etiam uerbo quando partes agunt quòd habeatur pro cancellato.*

CONSILIVM CXXVIII.

1 *In Chriſti nomine Amen.* ¶ † Viſo dicto inſtrumento & tenuta conceſſa virtute ipſius, & atteſtationibus receptis ꝯtra dictũ inſtrm̃, cæteriſq; actis & actitatis, dico dictã tenutã fore reuocandã tanq̃ factã occaſione falſi, vel inutilis, ſeu inefficacis debiti. ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hæc uerba. ff. de fideicõ. liber. l. ſi verò. §. lubuentũ. & plene no. in. l. fulcinius. § cũ autẽ. ff. quibus ex cau. in poſ. ea. qa dictũ inſtrm̃ de conſenſu utriuſq; partis fuerat euacuatũ, ſm ea q̃ teſtes deponunt, cũ de q̃titate cõtenta in dicto inſtrumẽto fuerit facta cõpenſatio uſq; ad cõcurrentẽ q̃titatẽ cũ maiori ſumma debita dicto magiſtro Petro a dicto magiſtro Hẽrico, & ſic fuerat extinctũ præfatũ debitum. 250. lib. cũ compenſatio vim ſolutionis habeat. ff. q pot. in pig. ha. l. 4. in fin. Et ꝓp hanc cauſã p̃ſatus magiſter Henricus creditor dictæ ſummæ mãdauit notario, q rogatus fuerat & nondũ publicauerat, ꝙ nõ publicaret ſed cãcellaret, ꝓut deponũt duo teſtes q fuerunt p̃ſentes. ſ. magiſter Bartholomeus & magiſter Andreas, quorũ dicta licẽt de ſe ſint ſatis ſufficiẽtia adiuuãť tñ depoſitione duorũ doc. q fuerũt arbitri inter dictas partes in alia cã, & deponũt de uerbis ꝓlatis a dicto magiſtro Henrico; uidelicet ꝙ ſi uellet malignari ꝓut debebat malignari ꝯ dictũ Petrũ, poſſet ab eo petere dictã ſummã, ſed ꝙ nolebat imo volebat realiter incedere: ex quibus uerbis uidebat expreſſe innuere, ꝙ iuſtẽ & honeſtẽ nõ potuerit dictã ſummã petere. Et ꝑ conſequẽs qđ eſſet uerũ illud qđ primi duo teſtificati ſunt, & hæc coadunatio ꝑ indicia & p̃ſumptiones multũ prodeſt. l. ſi dño. in pric. cũ ibi no. ff. de iureiurã. l. excuſant. in princ. cũ ibi not. ff. de excu. tu. & l. 3. §. j. & 2. ff. de teſti. Et ſi dicatur, quicquid ille dixerit non propterea dictus notarius cãcellauit imbreuiaturã & ꝓthocollũ. Sed potius ex illis inſtrm̃ ſumpſit & publicauit quòd nũc in publicã formã nõ uiolatũ nec uitiperatũ in iudicio fuit productũ. Et ſic verba illa nõ videnť ꝓdeſſe. ar. l. edicto. C. de edic. diui adri. tol.
a † Reſpõdei, ꝙ imo proficiũt, qa inſtrm̃ poteſt nõ ſolũ cãcellari facto, ſed ẽt verbo, qñ partes agũt ꝙ habeať ꝓ caſſo & cãcellato. ᵃ l. emptor. §. lucius. circa medĩũ. ff. de pact. vbi caſus. et ibi no. ꝑ Bar. in fi. & l. ab emptiõe. C. ti. ꝑ eũdẽ. & probať in. l. nihil intereſt. ff. de adimẽ. leg. C. de ſolu. l. inductũ, qđ. n. uenit cancellandũ de conſenſu partium, ẽt ante q̃ cancelleť, pro uacuo & inutili reputať. arg. ff. de condi. indebi. l. ſi nõ ſortẽ. §. adeo. C. de fideicõ. l. creditoris. & fidẽ in iudicio nõ facit. ita no. expreſſẽ in addit. Spec. de inſtru. edi. §. oſtẽſo. in addi. q incipit. dixit Rolãdinus ibi itẽ ſciendũ &c. Et ꝙ no. ꝑ Bart. poſt Dy. de banno, qđ debebat cancellari, & nõ erat adhuc cãcellatũ. ff. l. 3. §. ſi ſerus. ff. de acqui. poſ. Itẽ nõ ob. ſi dicať nõ cõſtat ꝙ dictus magiſter Henricus ſenſerit de iſto inſtrõ, vnde cũ potuerit eſſe aliud, videť ꝙ eius uerba nõ habeãt huic officere. arg. in c. cũ. Ioannes. extra de fide inſtru. Rñdeť ꝙ, ſerꝰ Ioãnes, cui dixit dicta verba, ꝙ nõ publicaret ſed cãcellaret. deponit ſe nõ fuiſſe rogatũ inter eos, niſi de iſto; & ideo nõ potuit niſi de illo ſentire. facit qđ no. doc. in l. x. C. de erro. aduo. & Bar. ĩ l. j. C. ſi unus ex plu. ap. Præterea poſito ꝙ notarius nõ deponeret, tñ ex quo de alio nõ apparet, p̃ſumiť ꝙ ſenſerit de iſto,
b ᵇ qa nõ p̃ſumiť pluralitas. ut patet ex no. ꝑ Bar. in l. ſi q̃s ſeruũ. §. ſi inter duos. in fi. ff. de leg. a. et ꝑ ipſum & alios in d. l. x. C. de erro. aduo. Concluditur ergo dictã tenutã fore reuocandã, & dictũ inſtrm̃ executionẽ non mereri; ſed pro caſſu & cancellato deberẽ haberi.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſi eſt alternatiua, & ſententia iudicis refert ſe ad unam tantum partem alternatiuæ, eſt nulla, præſertim cum non ſit conformis petitioni.*

CONSILIVM CXXIX.

In Chriſti nomine Amen. ¶ Vltra ea quæ ſ. narrãtur in pũcto p̃ſupponiť ĩ facto, ꝙ dicta pignora ex forma ſtatuti veniebant & debebãt cõſignari in camera cõmunis; & nõ tradi dicto Aloyſio, ſi dicta ꝓmiſſio ſicut proponitur facta non fuiſſet; & ꝙ aliter dictus decanus liberari non poterat a cõſignatione ipſorũ quã facere tenebatur; p̃ſupponitur ẽt ꝙ intererat ſua potius cõſignari ĩ camera q̃ ꝙ traderẽt ipſi Aloyſio; qa dicitur re uerba debita, propter quæ captã fuerũt, ſoluta ſunt, & potuiſſet tunc hoc probari & liquidari quo facto non fuiſſent ꝑuentura ad manus iſtius Aloyſij, ſed nũc hoc fieri nõ põt, ſi uirtute huius ſñiæ ſint ad eius manus ꝑuẽtura.
1 † Quibus p̃ſuppoſitis ſequiť, ꝙ electio illius alternatiuæ poſitæ in ꝓmiſſione de ponẽdo in fortiã dicti Aloyſij, uel ad camerã, ꝑtinebat ad ipſum decanũ; qa cenſeť fuiſſe appoſita eius fauore, poſtquã in hoc ꝑtendebat intereſſe. ꝑ l. plerũq;. §. ſi. ff. de iure dot. Et p̃ſumendum eſt, ꝙ elegiſſet uiã ſibi utiliorẽ. ſ. deponendo ad camerã, q̃ erat ſibi utilior duplici reſpectu. de quo. ſ. vñ potius illud cenſebatur eſſe in oblĩone, q̃ aliud quod ꝯtinebať in altera parte alternatiuæ, ſicut uidemus in eo qui ꝓmittit. 10. aut. 5. quia 5. tm̃ ſunt in oblĩone, cũ p̃ſumať ꝙ eliget 5. non 10. ff. de uerb. obl. l. ſi ita ſtipulatus. 10. aut. 15. Ex his inferi, ꝙ ſñia iſta, ꝙ conſignet, det, & tradat dicto Aloyſio, dũtaxat omiſſa altera parte alternatiuæ ꝙ cõſignet in camera, eſt ꝯ tenorẽ oblĩonis, & ꝯtinet plus cã. inſtitu. de acti. §. plꝰ. uer. huic. Et ꝑ ꝯñs vř ꝯ tenorem libelli, uel petitionis; quia producendo inſtrm̃ loco petitionis, vř petijſſe ꝓut in eo cõtinetur. ſ. cõſignari ſibi, uel poni ad camerã. Et eodem mõ dẽbat ferri ſñia. Et ꝑ ꝯ'is vř ꝯ formam. l. municipalis, diſponẽtis rõnẽ & ius dẽre fieri ſm ꝙ qs in aliquo inſtrõ ſe obligauerit. Sed hic aliter facta eſt; qa ſe obligauit alternatiuè. Et ſi alternatiuè fuiſſet cõdẽnatus, potuiſſet eligere partẽ illã de ponendo ad camerã. Et ita eſt præſumẽdũ ꝙ feciſſet poſtquã hoc eſt ſibi utilius. Nũc uerò ſm tenorẽ dictæ ſñiæ nõ põt hoc eligere, ſed teneť ꝑciſè cõſignare Aloyſio. Et ſic ꝑ hanc ſñiam auferť ſibi electio, quã hẽbat ex forma ꝯtractus, quod facere iudex nõ potuit. ff. de eo ꝙ cer. lo. l. nõ utiq;. & quod no. inſti. de actio. §. curare. in 1. glo. Vř ergo dici poſſe dicta ſententia nulla per l. ſi. C. de fideicom. lib. & l. 1. §. item tam contra ſacras. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. Vel ſi dicamus, quòd cum ſe referat ad formam dictæ promiſsionis dicendo in omnibus & ꝑ oĩa ſm formam promiſsionis factæ per dñm Antonium, noluti

luit recedere ab ea cenſeaẗ dicta ꝯdēnatio de dādo & tradēdo dicto Aloyſio facta ſub tacita ꝯdōne ſi nō ꝯſignaueriı ad cameram cōis, poterit iſte decanus ꝯſignare ad camerā, & faciet iſtā ꝯdēnationē ceſſare, ſicut in ſi.hẗ.ff.de hære.inſti.l.ſi qs hæres inſtitutus. ſi legimus in pen.ar. Et ſic hēbit iſte decanus intentionem ſuam; qa vellet hoc principaliter facere, ad hoc ut poſsit oſtendi debita fore ſoluta; & verba dictæ ſententiæ, dum dicunt ſm formam obligationis &c. aliquid operabuntur, & ceſſabit nullitas.

S V M M A R I A.

1 *Petitorium & poſſeſſorium competunt in annua præſtatione iuris realis.*

2 *Ad obligandum ſoluentem non requiritur ſpacium x. ann. ſed ſufficit una ſolutio, & in dubio trina.*

CONSILIVM CXXX.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Præmittēdū eſt ad euidētiā dicēdorū, ꝙ Antonius iſte cenſeẗ in hoc iudicio deduxiſſe oē ius ſuū, & ſic tàm petitorium q̄ poſſeſſoriū.ff.de iudi.l.ſolemus.ext de cā poſſeſ.& ꝓprie. c. 1 cum eccleſia ſutri. †Cōſtat.n.ꝙ in annua penſione ꝓſoluenda qñ ſoluiẗ ꝑtextu alicuius iuris realis eſt reperire vtrunq; . de elec.c. querelam. & not.per docto.in l.ſi cet.annis.C.de pact.qa cōputatur inter immobila in Auth. de non alie.§.hoc igitur.C.de ſa- 2 croſan.eccle.l.iubemus.circa prin.& ibi no. ¶ †Secundò notandum, ꝙ in quaſi poſ.ꝑcipiendi annuam penſionem dẗ quis eſſe, non ſolum ſi perceperit per longum tempus, ſed etiam ſi minori. Quinimmo etiam ſi uno anno tantum apparet, quòd ſoluens eo animo ſoluit, ut quolibet anno ſolueret.ff.de aqua quot. & æſti.l.1.§.quod autem.& quod nota. Barto.in l.1.§.2.in princi.ff. de itine.actuq; priua.& glo.in d.§.cum eccleſia.quæ incipit, ex hoc videtur. alias forte requireretur bina uel trina ſolutio per annos continuatos.ar.l.3.in fine.C.de epiſc. audien. ad probandum quòd eo animo ſoluerit. ¶ Tertiò notandum, quòd in dicta quaſi poſ.recipiens eſt tuendus inuito ſoluente, etiam ſi minori tempore decennij recepit.

S V M M A R I A.

1 *Subſtitutio facta ſub conditione, ſi filius ſine liberis deceſſerit, an extendatur ad nepotes.*

2 *Subſtitutio ſi reperiatur ſcripta in margine inſtrumenti manu notarii, & ſit cancellata, nec appareat per quem ſubſcribatur inſtrumentum & ſubſtitutio, an ſit ei ſtandum.*

CONSILIVM CXXXI.

1 *IN Chriſti nomine Amen.* ¶ †Dubiū facit qa poſito ꝙ illa verba, liberorū & deſcendentiū, poſita in margine nō eſſent cancellata & eſſent infra corpus inſtri non in margine fideicom. tñ ꝑdictum relictum a nepote teſtantis vẗ non valere, cū nihil fuerit illi relictum expreſsè, ſed dumtaxat filijs, nec tacitè cenſetur eis relictum, licèt filij fuerint grauati ſi decederēt ſine liberis. vt no.in l.lucius.ff.de hæred.inſti.la 2. ergo &c. C.de fideicom.l.ab eo.& ibi p Bal.expreſsè, ſed ꝯriū determinat Bart. in l.centurio.ff.de vulg.& pup.in 3.q.prin. de cōpendioſa facta p verbū cōe.q.pe.& ſentit i l.ſi ſic.ff.de leg.3. Et illud puto verius, arg.l.a patre.& l.ſequen.eo. ti. Et quotidie videmus hoc fieri, ꝙ teſtatores relinquūt fideicōmiſſa ſi filij eorū inſtituti deceſſerint ſine liberis vel eorū liberi ſine filijs, & abſonū eſſet ea nō ſuſtentari, cū bona rōne ſuſtentari poſsint vt cenſeanẗ relicti ab ipſis filijs inſtitutis ſub duplici condōne. ſ.ſi ipſi deceſſerint ſine liberis, vel eorum liberi ſine liberis, & ceſſabit ꝯriū ſm Bart. ſed Bal. loquiẗ, qñ fuit fideicōmiſſum iniunctum expreſsè nepotibus, qđ hic non apparet, ergo &c. ¶ Itē facit dubiū ineptitudo verborū, qa diſponit ꝙ hæreditas decedentis ꝑueniat ad ſuperſtites, qđ facere nō potuit niſi de pupillo p pupil. ſubſt. Hic verò deceſsit maior. Sed hæc obiectio tolliẗ p l.ex facto in prin.& l.ſceuola.ff. ad treb.per quas apparet ꝙ fideicōmiſſum tale reſtringiẗ ad hæredē & bona teſtātis. Et ſic verba directa, quæ nō poſſunt valere iure directo, obliquantur.ff.de leg.3.l.cū ſi quis.§.ſeia. & l. pater filiū.§.fin. & 2 no.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pup. ¶ †Tertiò facit dubiū, qa dicta verba, liberorū & deſcēdentiū &c. nō fuerunt incorporata in inſtro, ſed poſita in margine. Vñ ēt ſi nō eſſent cancellata, nō videret eis ſtandū, ſi notarius non atteſtaẗ ſe ipſa poſuiſſe de voluntate defuncti.l.§.ff.de his q̄ in teſta.delen.ver. & ideò. Idem ſi reperiuntur cancellata. Et ſic ēt ſi eſſent incorporata, nō videretur eis ſtandum; quia cenſentur fuiſſe cancellata conſultè, & de voluntate teſtatoris, in dubio per id quod not. Bar. eod. titu. l.ꝑ ai.in fi.& C.de teſta.l.ſi vnus. perīde ergo vẗ eſſe, ac ſi dicta verba non fuiſſent appoſita; quo caſu cum ſubſtō reciproca nō ſit facta niſi inter ꝑſonas filiorū inſtitutorū, non dēt extendi ad nepotes, p tex.cum glo.no.in Auth.de reſti.fideicom.§. nos aūt col.9. ¶ Sed ad iſta pōt reſponderi, poſito ꝙ dicta verba nō fuiſſent appoſita, & ꝙ prima ſubſtō reciproca facta fuerit inter filios tñ, & ꝙ illa non extendatur ad nepotes; tñ ex ſubſtōne compendioſa poſt ea facta maſculis, ſi oēs decederēt ſine liberis, de filiabus fœminis colligitur alia tacita reciproca ſubſtō non ſolum inter filios, ſed ēt inter eorum filios, qm̄ dicta compendioſa facta fuit nō ſolum filijs, ſed ēt inferioribus, vt patet in verbo, liberi, & in verbo, deſcendentes ff.de ver.ſig.l.liberorum.ff.de in ius voc.l.ſed & ſi hac.§.libertos. ex qua reſultat taci. reciproca ſubſti. inter eos.l. titia ſeia.§.ſeia.ff.de leg.2.& quia d.ꝯſultor primus plenè proſequitur, ego aliter ꝓſequi omitto. Præterea poſito ꝙ dicta tacita non reſultaret ex illa compendioſa, tñ ex uerbis illis, ſi non eſſent cancellata, reſultaret expreſſa, ſi conſtat ꝙ ſunt de manu eiuſdem notarij, licèt non ſint incorporata; qa non præſumiẗ falsò appoſuiſſe, ad qđ facit ꝙ no. Bal.C.de teſta.l.nram. Nec nocet, ꝙ notarius nō atteſtaẗ ſe feciſſe; qa illud tunc requiriẗ, cum aliquid reperitur de quo ignoraẗ a quo factū fuerit ad tollendū ſuſpitionem; non eñm ꝯſtat.ar.l.cōtinuus.§.cū ita.ff.de uerb. obli. Ad aliud de cancella.rñdetur, ꝙ ex quo non cōſtat quis eam fecerit, & potuit fieri ab alio q̄; a notario. Et poſito ꝙ a notario, tñ potuit fieri dudum poſt teſtm̄ ſcriptum, & non hēt teſtimonium notarij quā ob cām facta fuerit; & poſito ꝙ haberet, tñ non hēt diem & conſulē nec teſtes, ergo haberi dēt pro non facta. Et ea nō obſtante dēt releuari inſtrm, ac ſi dicta verba non eſſent cācellata; ſic diſputandō tenuit Mart.ſil.ut refert Io. An.in addi. Spe.tit.de inſtr.edit.§.offenſo.in add.magna, q̄ incipit dixit Rolan. qui tenuit ꝙ ēt ſi reperitur ſcriptū manu eiuſdem notarij, caſſum cancellatū de voluntate partium &c. ꝙ iſtis uerbis nō ſit ſtandum, licèt debeat releuari inſtrm, ac ſi dicta cancellatio non eſſet; de qua ēt diſputatione facit mentionē. Bald.in l.ſi unus.& l.nram.C.de teſta. Coadiuuaẗ ēt concluſio de qua.ſ.per uerba poſita ante inſti.hæredis, in qbus non ſolū de filijs, ſed ēt de alijs deſcendentibus ſit mentio; & licèt illa uerba de ſe non ſint ſufficientia ad inducendū fideicōmiſſum qa ſunt ꝯditionalia.l.ex facto.la picola.ff.de hære.inſti.l. ſi qs ſub ꝯditione.ff.ſi qs omiſ. cā teſt. tñ uoluntatē defuncti oſtendunt, ꝙ dirigebaẗ ad oēs. Et ſic unà cū alijs ꝓlatis poſtea in ſubſti.cōpendioſa declerant, ꝙ illa uerba q̄ reperiūtur in margine cancellata, non deberēt eſſe cancellata, qa fuerunt appoſita de uoluntate defuncti, cū ea ꝑcedētibus & ſequētib. media declarenẗ.l.ſi ſeru' pluriū.§.fi.ff.de leg.j. ¶ Cōcludo ergo cū ſupraſcripto dño ꝯſultore.

S V M M A R I A.

1 *Accuſator d'ēt in libello certū annū et mēſē inſerere alioquin accuſatus abſoluitur, nec ſufficit dicere, delictū cōmiſſum eſſe hoc menſe uel alio de quo ꝓbabitur.*

2 *Exceptio de ineptitudine accuſationis uel inquiſitionis, ꝙ contineat incertum delictum, ex parte tacente reddit iudiciū nullum, & pōt quādocunq; opponi.*

CONSILIVM CXXXII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Omiſsis his q̄.ſ. narranẗ in puncto, qa non expedit ſuper illis inſiſtere, dico dictos accuſatos fore abſoluendos pp defectum accuſationis 1 quæ deficit in ſubſtantialibus. † Nam inter alia requiritur ꝓ forma & ſubſtantia eius, ꝙ contineat certum annum & certum men- a ſem maleficij commiſsi[a]. ut in l.liberorum.in princip.ff.de accu. Et non ſolum qñ agitur criminaliter ad pœnam applicandā fiſco. Sed ēt qñ ciuiliter ad pœnā applicandam parti, qñ agitur ex maleficio, uel rōne doli commiſsi per accuſatum; quia in criminibus non dēt uagari in incerto in præiudicium accuſati. l.itē exigit. & ibi per Barto.ff.de dolo.& plenius per eundem in l. prætor.ff. de iniur.& ꝓbatur in c.tuæ.de procur. Sed iſte accuſator non poſuit certum annum, nec certum mēſem, ſed incertum dū locutus fuit alternatiuè, dicēdo de anno & menſe pñti ſeu de illis annō & mēſe de quibus probabitur. Et ſic vẗ uoluiſſe proſequi duplicem annum, & duplicem menſem. ſ.præſentē ſi de eo poterit ꝓbari, uel alium de quo ꝓbabitur, ſi de iſto probare non poterit; & iſtud facere nō potuit in illis, in quibus nō pōt uagari, ut in caſu nřo, tex. eſt per quē hoc deciditur in c.ut qs duas.de elec.lib.6. Et ibi glo. q̄ inducit ad qōnem. de appel. altērnatiua, ꝙ rōne incertitudinis non ualeat, de qua per Io. An. in regula in alternatiuis in mercu. Debuit igiẗ accuſator eligere annū uel menſem quos proſeq volebat, ad hoc ut accuſati redderenẗ certi an uellent cedere uel cō-

a ¶ Cōmiſsi. vide Cor. in conſil. 201. incip. uidetur. nu. 7. in ſecunda parte. & in conſ. 41. nu. 2. in 4. parte. & ad de do. Bar. Soci. in ꝯſ. 146. circa me. 7. col. in 1. parte. quod quando in libel lo accuſatorio fuit appoſitus indeterminatus & quòd poſuit declarari ſuſtinet, & ad id qđ hic dicit Pa. de Caſ. vide dom. Alexan. de Imo. in cōſi. 72. in 5. col. cū ſeq. in 1. parte. & in conſi. 151. in 2. culū in 2. parte. & in conſi. 171. 5. col. ca. 2. parte. ubi ponit qui ſi non apponantur annus & menſis, & pars nō opponat, an procedat.

tendere. vt d. c.vt quis duas. Nã diuerſitas temporũ inducit diuerſitatẽ in ſubſtantia; qm̃ aliud dr̃ maleficiũ cõmiſſum vno tpe, aliud cõmiſſum alio tpe, iuxta no. p gl.& doc. in l. pantonius.§. rei perduellionis.ff.de acqui.hær.& l.denunciaſſe.§.quid tñ.ff.de adul.p Bar.Et ſic iſte loquẽdo ſic alternatiuè cenſet deduxiſſe in accuſationẽ duplex maleficiũ, & nullũ certũ.ſ. vel iſtud vel illud, qđ fieri nõ potuit,maximè aduerſario opponente,vt hic fuit,qa dederunt excep.gñales ꝫ lib.in qbus iſta de inepta ꝯceptione li-
2 belli põt cõprehendi.† Et poſito ꝙ nõ excepiſſet, tñ iſte eſt talis defectus q ẽt parte tacente reddit libellum & iudicium nullũ, & põt qñcunq; opponi prout expreſsè determinat Bart. in l.edita. C.de eden.in 2.col.in art. de mutatione qa eſt circa ſubſtantialia libelli. Conſtat autẽ iſtos fore accuſatos tàm ciuiliter, quàm criminaliter; qa ad pœnã tàm parti quàm fiſco applicandam, & ẽt rõne doli, qa dr̃ de malo animo ſeu mõ & eius ſuperbia & audacia,q̃ denotant dolum.Et ſic debebat poni certus annus & mẽſis, non incertus,vel alternatiuo mõ. Et iſtud ſufficere debet ad abſolutionẽ iſtorũ de iuris rigore, cũ ẽt ſubſint alia de æquitate, vt audio,maximè qa magis errore cenſent iſti feciſſe q̃ fecerunt, q̃ malitia putant ꝯtractum pdictum libelli fore annullatũ, poſtquam inſtrm̃ non erat regiſtratũ; & iõ virtute licentiæ ſibi datæ in contractu vendi.poſſe ingredi tenutam, & ſic erat error aliqualiter tolerabilis,iõ vr̃ eis pœna remittenda. p tex.no.C. de his qui ſibi aſcrip.in te.l.penul.in fi.facit.l.ſenatus.co. tit. & ff.de adulte.l.ſi adulteriũ.§. idẽ pollioni.maximè quia prouenit ex culpa accuſatoris nõ facientis regiſtrari, & ſic nõ põt illud eiſdem imputare. vt no.in l.2.ff.quando ac.de pecu.eſt anna.¶Concludo ergo pdictos fore abſoluendos pp accuſationem malè cõceptam.l. libellorum.§. quod ſi libelli.ff. de accuſa.

S V M M A R I A.

1 *Inueſtituram qui producit debet probare inueſtientem fuiſſe dominum.*
2 *Præſcriptioni percipiendi aliquid qui innititur,debet probare ſe fuiſſe in poſſeſſione percipiendi.*
3 *Expenſas qui facit,præſumitur facere ex cauſa neceſſaria,potius quàm ex cauſa de nouo acquirendi.*

CONSILIVM CXXXIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Iſte Martinus ex deductis ĩ hoc iudicio non vr̃ poſſe obtinere qđ intendit, tali ratio-
1 ne. †Nam aut innititur ſoli inueſti. ſibi factæ, & tunc oportuiſſet ipſum probare de iure inueſtientium.ſ. ꝙ haberet in iſta aqua in redditibus iſtius molendini iſtud ius,qđ ipſe prætendit ſe habere, ꝙ non debet eſſet melioris conditionis quàm eſſent ſui autores l.ſi.§.j.ff. ad velle. qa nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat;vt in reg.iur.& l.alienatio.ff.de contrahẽ. emp.ff.de acqui.re.do.l.traditio. Hinc eſt,ꝙ ad probationem dominii nõ ſufficit ꝓbare vel oſtendere titulum habilem ad ipſius dñij acquiſitionem, niſi ẽt ꝓbetur ꝙ autor erat dñs,iõ probatio dñii redditur difficilis, vt plenè legitur & no. in l. cum res.C. de proba.iſte autem Martinus in hoc iudicio licet dixerit ad illos
2 pertinuiſſe iſta iura, non tñ probauit; igitur &c. † Aut innititur præſcriptioni,ad quam ſufficit titulus habitus a non dño, qa ſi eſſet dñs,non ius pſcribendi ſed ipſum dñium transferret ea titulo.l.clauibus.ff.de ꝯtrahen.emp.& tunc adhuc non põt ex iſto capite obtinere, primò, qa in ſuo libel. non deduxit quaſi poſſeſſionem huius iuris percipiendi hoc emolumentum ex iſto molendino,cum non dicat in eo ſe vnquam percepiſſe,ſed potius dicit cõtrariũ ꝙ nõ percepit eo qa totũ dictũ emolumẽtũ fuit ſemp expenſum in reparationibus molẽdini & aquæ pdictæ. Et poſito ꝙ in lib.deduxiſſet, nõ tñ ꝓbauit, qa oẽs teſtes eius dicunt, ſe nunquam hoc vidiſſe ꝙ ipſe aliquid perciperet ex redditu dicti molendini;& ꝯſtat ꝙ ſine quaſi poſſeſſione nõ præſcribunt iſta iura incorporalia.l.ſeruitutes.la grande ff.de ſerui.C.eod.l.2.cũ ſimi. ſicut nec res corporales.c.ſine poſſeſſione. de reg. iur. Nec aliqd vr̃ ſibi ꝓdeſſe,ꝙ ſuſtinuit onera refectionis iſtius ſeriolæ ꝓ certa parte, qa hic ſubeſt alia cã pp quã potuit ſubire.ſ. pp emolumẽtũ qđ habet in baiõcello & in molẽdino ibi ſituato, ſine qua refectione cõmodũ illud ſentire nõ poſſet.ff.cõia pdi.l. refectionis.iõ pp regulã q̃ eſt, ꝙ q habet cõmoda debet ſentire onera, iuxtà illud cõmoda q ſentis iũgas onus emolumẽtis,& patet in l. ſi pendẽtes.§.ſi qd cloacarij not.&c.ff.de vſufru.& l.ſi.& qđ ibi p Bar.
3 C.de immu.ne.cõce.libr.10.† & præſumitur in dubio participaſſe de dictis expenſis refectis,nõ aũt ad finem vt dictum ius percipiendi per præſcriptionem acquireret contra illos de ſocietate quorum eſt molendinum. Nam oporteret, ꝙ nulla alia cauſa ſubeſſet pp quam potuiſſet illa onera ſubijſſe q̃ iſta, ad hoc vt dicta onera cenſeret pp hanc acquiſitionem ſubijſſe.Sed cũ alia cã ſubſit.q̃ arctabat ipſum ad hoc;nõ cenſet ſufficiens ad hanc acqſitionem.arg.opti.ff.depoſi.l.j.§.2.ibi.cum enim &c.qa præſumitur potius ob cãm neceſſariam, & q̃ ipſum ad hoc arctabat, hoc feciſſe, & ſic ad finem ſoluendi debitum, q̃ ob cãm voluntariam & ad finem acqrendi quod nõ hẽbat. ar. eius quod in ſi. hr̃ in l. vxorem.§.pr̃ naturalis.ff.de leg.3.& l.ſed ſi vir lana.in prin.ff.de dona.inter vir.& vxo.in gl.& quod no.Bar.in l.triticum.ff.de verb. obli.Præterea molendinum reſpectu ꝓprietatis & ædificij eſt illorum de ſocietate, & ipſe Martinus hẽt in eo partem tanquã de dicta ſocietate,& tanq̃ inueſtitus de baloncello & aqua nõ participat de expenſis & refectionibus molendini,ergo nec de cõmodis eius participare debet,per eandem regulam de qua ſ. ¶ Concludo ꝙ ego non ꝑpendo ex his,q̃ videntur in proceſſu,præfatũ Martinum poſſe in iſto iudicio obtinere, & ſic aduerſarios eius debere a ſua petitione abſolui.

S V M M A R I A.

1 *Legatum ſi fiat uxori propter dotem datam,& fratres mariti negant dotem fuiſſe datam,cui incumbat onus probandi cauſam legatorum fuiſſe ueram, etiam ſi certa quantitas fuerit relicta,nu. 2.*
2 *Error præſumitur in his quæ dependent ex facto alterius , eo ipſo quod apparet rem aliter ſe habere.*

CONSILIVM CXXXIIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶† Pro iſta muliere facit expſſio certæ quãtitatis facta in hoc inſtro,p quã vr̃ ꝙ releuetr̃ ab onere ꝓbandi cãs ibidem alle.ſ.dotem datã & legata ſibi facta fuiſſe, licet ſi non fuiſſet certa quantitas expſſa ſecus eſſet.C.de fal.cauſa adiec.lega.l.ſi non deſignata.vbi ꝓbatur vtrunq; dictũ.Sed ꝫ eam facit.l.j.in fi.eo.tit.ubi patet ꝙ ẽt ſi fuit expreſſa certa cã,ſi tñ per errorem ꝯfitentis vel legantis credentis cãm alle.eſſe verã,cùm ſit falſa, non nocet & non debetur. Idem ſi ſtipulo & ꝓmiſsio facta ſine iuſta cã,qñ nulla fuit expſſa, vel fuit expreſſa cã q̃ erat falſa per errorẽ ꝓmittentis,quia ſtipulo
4 & ꝓmiſsio facta ſine iuſta cauſa non valet [a] in effectu , quia ſibi obſtat doli excep.Et dr̃ non ſubeſſe iuſta cã, quia nulla fuit expſſa,vel fuit expreſſa cã quæ erat falſa per errorem promittentis . ff.de doli exce.l.2.§.circa.Nã qñ eſt talis, q̃ ſi eſſet vera,eſſet obligatoria,prout erant iſtæ q̃ fuerunt hic ſpecificatæ, præſumuntur finales;& ideo ipſarum defectus & falſitas vitiat in effectu promiſsionem,ut ꝫ eam detur exceptio,& etiam ꝫ ſolutionem vt inducatur repetitio p ꝯdi.inde.uel ſine cauſa.ff.de condi. indebi.l. damus.cum ibi not.per doct.& per Bal.C.de condi.ob cauſam.l.
2 ſi repetenti.† Error autem præſumitur in his quæ dependent ex facto alterius,eo ipſo ꝙ apparet rẽ aliter ſe hẽre.l.ſi poſt diuiſ. C.de iur.& fac.igno.& plenè p Bar.in l.non fatetur.ff.de confeſ. Iſtæ autem cauſæ,quæ hic allegantur, dependẽt ex facto alieno, & niſi oſtendãtur non præſumuntur.ſ.quòd dos data fuerit, vel legata fuerint facta; cum ſint facti, & facta non præſumuntur.l. quinque.ff.de publicia. iuncta.l. conſilio.§.fi.ff.de cura. furio . & ſic apparet rem aliter ſe habere, eo ipſo ꝙ per dictam mulierem non oſtenduntur eſſe veræ.Nec incumbit onus probandi iſtis fratribus,ꝙ dos non fuerit data , & ꝙ legata non fuerint facta ; qm̃ iſta eſt negatiua non coartata loco vel tempore, quæ per rerum naturam eſt improbabilis.l.actor.C.de proba.& quis ad impoſſibile non tenetr̃.l.impoſsibilium.de reg.iur. Et ſic incumbit potius dictæ mulieri q̃ affirmat.ff. de proba.l.ei q dicit.& d.l.actor. Nec ob.ff.de ꝯdi.indebi.l.cum de indebi.poſt princ. vbi dr̃ ꝙ ille qui repetit indebite ſolutum,ſi aduerſarius non negauit ſolu . & receptionem , neceſſe habet probare quòd ſolutum erat indebitum;quia præſumptio iuris eſt ꝫ eum, ꝙ ſi fuiſſet indebitum non ſoluiſſet,niſi ſit mulier,miles,vel ruſticus. Et ſic probat negatiuã quæ eſt cauſa intentionis.Nam gloſ.ibi ſuper verbo ignorantia, dicit hoc eſſe verum quando poteſt hoc de facili probari. Et ponit exemplum quia fuit ſolutum ex cauſa teſtamenti quod producebatur, & ſoluens dicebat ipſum nullum , & per conſequens ſolutum indebitum,& ſic non negbaat factum,ſed ius.Sed in caſu noſtro iſti fratres negant factum.ſ.dotem fuiſſe vnquam datam,& teſtamentum fuiſſe factum vel legatum ; & iſta negatiua facti nõ poteſt probari,quia non eſt coartata loco vel tẽpore ; & ideo fratres prædicti cẽſentur probare indebitum promiſſum in, eo ipſo ꝙ datio dotis vel teſtm̃, in quo facta ſint legata,nõ producitur

[a] ¶Nõ valet. Sed quid de promiſſione ad liberandum ſine cã an teneat. uide do.Pe. phi.cor. in conſil. 67. nu.4. in 4. parte.

ducit; & ēt q per ignorantiam & errorem ꝓmiſerint, vt hr̄ in ea.gl.in prima ſolutione ꝓbaī per l.verius.co.tit. Sicut ergo prædicta ſufficerent eis,ſi ſoluiſſent ad repetendū ſolutum, vt patet ex prædictis. Ita & fortius ad ſe defendendū & excipiendū aduerſus dictam ꝓmiſsionem per regulam, cui damus &c. l.j.§.quod ait.ff.de ſuperficie.& quia nō eſt efficacior ꝓmiſsio, q̄ ſolutio, imo æquiparatur.ff.de don.l.cū pronus.C.ad l.fal.l.fi. ¶ Concluditur ergo, dictos fratres fore abſoluendos, niſi per dictā dn̄am ꝓbentur dictæ cauſæ eſſe veræ, cùm magna præſumptio ſit ꝓ dictis fratribus q per errorem fecerint hanc ꝓmiſsionem; q̄a tpe quo ille frater eorum mortuus eſt, & dicebatur feciſſe teſtm̄, iſti vt dr̄ erant abſentes; & ſic non potuerunt hēre notitiam de hoc niſi per relatum, & quia agitur de alieno facto. Et magna pſumptio eſt ꜩ illam quæ non producit inſtrumentum dotis vel teſtamenti, quæ deberent eſſe apud eam, ſi re uera interueniſſet.ar.l.ſi quis ex argen.§.pe.& l.ſi legatum.ff.de eden.

S V M M A R I A.

1 *Appellatio non dicitur deſerta, quando ex cauſa iudicis vel notarii fuit impeditus appellans proſequi appellationem; & multa longo ordine habentur ad materiam iſtam.*

2 *Deſertiones appellationum articulus ſeratim diſcutiunt.*

3 *Appellationis proſequendæ tempora iudex ex cauſa prorogare poteſt, & poteſt facere q dormiat, & quod tempus aliquod non currat.*

CONSILIVM CXXXV.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †In cā deſertionis applonis q̄ vertit Vtini corā locūten.patriæ fori iulii inter do. Ant. Baldē. & fratres ex parte vna. & ſer Georgium de Archalanis ex altera interpoſita a quadam ſnia lata p olim. D. Baldaſarem de piſcia vicarium tunc & commiſſarium pfati. D.locūtenenti, qui tunc erat. Viſo & pluries reuiſo ꝓceſſu diu & per plures annos agitato inter partes pdictas ſatis inuoluto, ꝯfuſo, & infraſcripto ſuper articulo mihi cōmiſſo per præfatum D.locūten. videlicet an dicta applo cenſeaī eſſe deſerta. ¶ Capio tria fundamenta q̄ reperio facta p D.ſer Georgium ꝓ parte affirmatiua q ſit deſerta, examinando ipſa p ordinem an ꝓcedāt. Et primum fundamentum ſit de quadā veteri ꝯſtōne ſeu ꝯſue. q̄ dr̄ eſſe, q appellans debet ꝓſeq̄ q̄ citius pōt, & q elapſis. xx. ſeu xxx. diebus, ſi non facit diligentiam, applo eſt deſerta, vt inquit pfatus ſer Georgius in ulti.& pen.exceptionū ſuarū, quas fecit ꜩ libellum appellantium. Et quantum ad iſtud fundamentum cū dicta ꝯſtō & antiqua ꝯſuetudo negatæ fuerint p dictum D. Ant. & ex ꝓceſſu nō apparet aliquam earū fore vel fuiſſe ꝓbatam, dicendum eſt ipſum non ꝓcedere, cū ꜩrium ſit de iure cōi, & ea q̄ allegantur facta ſunt & in facto conſiſtunt. vt in c. 1. de ꝯſti.lib.6.

2 Et ea quæ facta ſunt non pſumuntur* niſi ꝓbentur.ff.de publi.l. quæcūq;. & hoc eſt clarum. ¶ Secundò allegatur q̄dam noua ꝯſtō ſub rubri.de ꝓba. faciendis in cā appel. q̄ vult q per lapſum triū menſium intelligatur eſſe deſerta, niſi in certis caſibus ibi ſpecificatis, & vult q locum hēat in cauſis pendentibus. Et quātum ad iſtam dicendum eſt, q ſi verum eſt id qd̄ alleg. D. Antonius videlicet q fuit publicata poſtq̄ in hac cā deſertionis fuit ꝯclnſum, qd̄ fuit in anno. 1428. de menſe aprilis, non hēt locum nec aliqd pōt operari in hac cā; quinimmo ēt ſi ante ꝯclōnem & poſt inceptam cām iſtam deſertionis, idem eſt; quia pendente iſta cā deſertionis tanq̄ pīndiciali ad cām applonis, vel eius pendentiam, vel ipſius proſecutionem, nihil poterant agitare dicti fratres in cā applonis tanquā pendente, cum allegaretur eſſe deſerta, quod ſi erat non pendebat. Et ſi non erat, ſi voluiſſent iſti appellantes aliquem actum facere ſuper dicta appellatione, fuiſſent repulſi per except. ne fieret præiudicium huic iudicio deſertionis inchoato & pendenti.l.fundi.& l.fundum.ff.de excep.ff.de peti.hæredi.l.ſi quis libertatem. Non ergo eſt dicendum; q dicta noua ꝯſtō voluerit iſtos appellantes arctare ad id qd̄ facere nō poterant.ſ.ad ꝓſequendū hanc appel.ar.l.ſi iō.cū ibi not.C.de his qui.indig.ff. q̄ ſent. ſine appel. reſcin.l.fi. Nec ēt q voluerit eos punire pœna deſertionis, ſi non facerent id quod facere non poterant.l.ſi decesſerit.ff.qui ſatiſ cog. Si verò ante inchoatam cām deſertionis, & tpe quo applo penderet, & non eſſet deſerta, fuiſſet publicata hæc ꝯſtō, tenerem q eſſet bonum fundamentū; & q ligaſſet iſtos fratres appellantes ad faciendum cām applonis finiri infra tres menſes a die publicationis dictæ ꝯſtōnis, licèt a principio applonis interpoſitæ non eſſent ad hoc obligati; & hoc quia dr̄ in ea expreſſè, q extendatur ad cauſas pendentes vt in Authē. vt cū de app.cogn. in prin.& in Auth. in medio litis &c.& quod no. Bar. in l.oēs populi.ff.de iuſt.& iur.in 4.q.prin. a quo tpe ligent ſtatuta qui dicit q per l.ſpālem, non pōt fieri q trahatur ad pendētia per viam applonis vel cauſæ principalis; quia illud intelligo verum, qn̄ diſponeret ſuper ipſo negocio præterito, de quo pendeat lis. Sed hic diſponit ſuper ipſa lite, & ſup eo quod reſtabat fiendum, non ſuper eo quod erat factum. Vn̄ ēt ſi in ea nō diceretur hoc expreſſè q locum hēat in pendentibus, tn̄ locum haberet quātum ad id quod reſtaret fiendum; tex. eſt. & ibi per Bar. & Bal. C. de iura.cal.l.2.§.pen. qui incipit. ſi autem cauſæ adhuc pēdentes &c. Qn̄ autem dicta ꝯſtō fuerit publicata, non reperio in ſcripturis mihi tranſmiſsis. Et ideo relinquo hoc iudici cauſæ inueſtigandum, & ſm̄ quod reperiet, ita faciat. Cā verò huius deſertionis fuit inchoata in. 1427. die. 13. menſis nouembris, vt patet in facie ꝓceſſus. 64. in 21. actu, qui incipit dies veneris &c. Prædicta tn̄ vera niſi eſſemus in aliquo de caſibus exceptis p ſtatuta, ſ. impedimenti prouenientis rōne infirmitatis, vel abſentiæ iudicis, vel procuratoris. ¶ Tertiò principaliter allegatur diſpō iuris cōis tàm ciuilis q̄ canonici, ſm̄ quæ datur annus, & ex iuſta cā biennium vt in authē. ei qui. C. de temp.appel.& in cle. ſicut appellationem de appel. Et hic tranſacti ſunt anni. 7. vel 8. q iſta interpellatio fuit interpoſita, vel inchoata proſequi. videlicet de anno. 1424. die 6. februarij. Et hic q̄ plurimum eſt inſiſtendum.

3 Et primò videndum eſt, an per lapſum primi anni, qui incœpit die prædicta & finita fuit eadē die anno ſequenti. videlicet. 1425. deſerta fuit appel. Et hoc br̄ eſt dicendum, q non; quia appellantes fuerunt diligentes in prin. anni. poſtea de menſe ſeptembris eiuſdem anni, cum dediſſent ſuum libellum & appellatus dediſſet ſuas exceptio, quibus dicebat non debere libel. reſpōdere, Vicarius domini locumtenentis ſuſpendit hunc terminum vſque ad conualeſcentiam D. locumtenentis, qui fregerat ſibi tibiam, quæ conualeſcentia fuit de menſe Ianua. circa ſi. Et ſic fuerūt illi appellantes impediti proſequi per menſes quatuor & vltra, quibus potuiſſet cauſa commodè terminari. Et hoc facto iudicis & vſque ad finem primi anni; igitur iuſta fuit cauſa vt ipſo iure ſibi daretur ſecundum fatale. ſ. ſecundus annus, cum ēt minus tpā ſufficiat. ſ. menſis ſm̄ Bar. in Auth. item ſi appellatione. C. de tēp. ap. Et aliqui dicunt, q etiam vna dies, iuxta ea quæ plenè not. in c. ex ratione. de appella. per Inno. & Ioan. an. in nouel. & per eundem Io. an. in addi. Specu. eod. titu. ſuper rubr. in 3. parte Specu. Et etiam aduocatus dicti ſer Georgij videtur hoc de plano fateri in ſuis alleg. quia dicit q in primo anno pur fuit impeditus, & ſic merebatur habère ſecundum annum; vnde non facit vim in primo anno; ſed in ſecundo qui incœpit in 1425. die. 6. Februarij. & finitus fuit 1426. eadem die. 6. Febr. quo tempore dicit dictos appellantes nullam feciſſe diligentiam, vt cauſa appellationis expediretur, quæ ex actis appareat, nec aliquam proteſtationē quòd per eos non ſtabat; licet poſt illum annum reperiātur plures fuiſſe factæ; ſed illæ non videntur prodeſſe; quia poſt deſertam appella. nec etiam pronunciatio facta in menſe Septemb. dicti anni. 26. q tempora appella. non cucurriſſent; quia non potuit iudex auferre appellato ius quæſitum ex deſertione non cognito de cauſa, & eo non vocato. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & C. commi. vel epi. l. programma. Nec obſt. no. in Specu. de appel. §. nunc breuiter. ver. hoc etiam ſcias. & verſic. ſed in cauſis totius orbis &c. quia loquitur de cauſis vertentibus in romana curia de longinquis partibus in quibus dicit rigorem iuris non poſſe ſeruari, propter remiſsiones, quæ ſolent in eis fieri ad partes longinquas. Et ideo dicit, quòd licèt viderit pluries excipi de deſertione per lapſum anni vel biennij, raro tamen vidit ſuper ea ꝓnunciari. Sed de cauſis vertentibus in curia vel in locis propinquis dicit ſeruari ius commune. Sed hic eſt huiuſmodi quia in patria fuit applo interpoſita, & vētilata, & ſnia ibi lata, vn̄ dictū Spec. licèt allegeī p appellantem, re vera facit ꜩ eos. Similiter nō ob. conſue. patriæ allegata, q cauſæ appellationum ꝯſueuerunt durare per plures & plures annos, & non conſueuerunt pronunciari deſertæ; quia illud potuit contingere etiam de iure cōi, qn̄ non ſtetit per negligentiam appellantium. vt in d. c. ex ratione. de appel. Nec teſtes ſuper hoc examinati taliter deponunt, q appareat conſuetudinem eſſe ꜩriam iuri communi, imo potius ꜩrium; quia dicunt aliqui, licet non omnes, q viderūt in dictis caſibus appellantes ꝓteſtari, a'ſ hēbantur p deſertis. Contra iſtam

2 ¶ Non præſumuntur. Adde eīdē. ſ. in p̄cedenti cōſi. nu. 4.

contendẽtis nõ teneri rñdere niſi prius ꝓnunciatio ſup ſuis ex-
cep. & facto ẽt notarii. Et iõ ſi dictæ excep. apparent friuolæ, &
ꝗ eis nõ obſtãtibus erat rñdendum, dicta appe. nõ eſt deſerta; alis
ſic ve ſ. dixi ꝑ no. ꝑ Cy. in l. ʒ maiores. C. de inoffi. teſt. & ꝑ Bart.
in l. 2. ad term. Et hoc diſcutiẽdum relinquo iudici cauſæ, q pôt
habere notitiam de ſtilo curiæ, & conſue. patriæ. in cauſis appel-
lationum, q & ꝗ per appellatum allegantur in ſuis exceptio. da-
tis ʒ libellum, ſuper quibus petijt pronunciari; vñ ex dicta pro-
nuncia dabitur aditus & notitia ad articulum, de quo quæritur,
& qui mihi commiſſus eſt. ſ. an iſta appel. ſit deſerta.

S V M M A R I A.

1 *Conditionẽ ſtatuti intẽtans, eiuſdem ſtatuti formam ſernare debet in libello.*
2 *Arbiter de iure & de facto non poteſt aliter iudicare quàm ex libello petitio-
nis fuerit coram ipſo deductum.*

CONSILIVM CXXXVI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo libello di-
cti Ioannis, & ẽt
poſitionibus ſuis & atteſtationibus teſtium examina
torũ ſup eis. Et ꝓſuppoſito eo qđ ſ. dr̃ in fine huius
narrationis, qđ ꝯſtet iſtam Yſabettam fuiſſe ſororẽ carnalẽ hu-
ius Federici de cuius hæreditate agiẽ, licèt hoc in proceſſu nõ re
periam, dico ipſam fore abſoluendã poſito & ſine ꝑiudicio veri-
tatis ꝙ dictus Ioannes ꝓbauerit ſe fuiſſe agnatum dicti Federici
in tertio gradu de iure canonico, ſicut viſus fuit probare dedu-
cendo ꝙ patres eorũ fuerunt ſcḋm ipſorum vulgare germani. i. fi-
lij duorũ fratrũ, q de iure cõi dicuntur patrueles. Et ſic ꝙ ex for-
ma ſtatuti Pergami debeant ꝓferri dictæ ſorori in duabus tertiis
totius hæreditatis, licèt nõ ſic de iure cõi; qa ſoror tanquam ꝓ-
pinquior debet in totũ ſuccedere, qa eſt in primò gradu de iure
canonico, & in ſecũdo de iure ciui. Iſte verò fuiſſet i tertio de iu-
re cano. & in 6. de iure ciui. iõ de iure cõi non pôt ꝯcurrere cum
ſorore, ſed vocaẽ poſt eam. C. de legi. hær. auth. poſt fratres. la 2.
1 † Attamen ſi bene inſpiciaẽ & ꝯſideraẽ libellus eius, iſte Ioannes
non intẽtauit diſpõnem ſeu viam ſtatuti, ſed diſpõnẽ iuris cõis,
quod patet qa narrat in eo dictũ Fede. deceſſiſſe ab inteſta, ſine
filijs relicto ſe ꝓpinquiori agnato, & ꝯcludendo petijt declara-
ri totã hæred. ad ſe pertinere, nõ faciendo mentionẽ ꝙ dicta Yſa
beta eſſet ſoror, & tñ nõ erat verũ, ꝙ ipſe eſſet ꝓximior, imo ip-
ſa ſoror erat. Et ſi ipſe voluiſſet intẽtare viã ſtatuti, debuiſſet de
ſorore mẽtionẽ facere, & dicere ad ſe ptinere duas partes de tri
bus totius hære. & ad ſororẽ tertiã ex forma ſtatuti, & petere ita
declarari. Cum ergo nõ ſic fecerit, ſed tanqñ iſta nõ eſſet ſoror,
& ſic tanqñ a nulla alia pſona ꝓcederet in gradũ, petijt totã hæ-
redi, patet ꝙ cenſetur intentaſſe iua cõe qđ hoc dictat, non autẽ
ſtatutum qđ aliter dictat, cũ illa actio & remediũ cenſeantur in-
tentatæ q ex verbis libelli concipi poſſunt. ff. de libe. & poſthu. l.
gallus. §. j. & quod ibi no. & ꝑ Bart. in ſi. & plenè ꝑ Cy. in l. edita.
C. de eden. in 5. q. & quod not. in c. examinata. de iudi. Sed in via
iuris cõis intentata non pôt obtinere, qa ſoror eum excludit in
illa vt dictũ eſt. In vis verò ſtatuti ſiľr obtinere non pôt, qm̃ illa
non fuit in iudiciũ deducta, vt l. non pôt videri. ff. de iudi. ẽt ſi cõ
ſtaret ex iſto proceſſu ipſum in illa fouere iuſtitiã. ff. de inſti. l. ha
beat. in prin. ff. ſi pars hær. pet. l. non poſſumus. & quod no. Inno.
2 in c. j. de lit. conteſt. † ¶ Et ſic ꝯcluditur partes arbitri fore in ab-
ſoluendo dictã yſabettam a petitione dicti Ioannis rõne ꝓdicta.
Nec eſt obſt. ſi dicat in iſtũ arbitratorẽ fuit factum compromiſ-
ſum de iure & de facto & dati arbitrium, & ſic poſſet ſupplere
defectũ ꝓdictũ; qa verũ eſt primũ dictũ. ſ. ſuper deductis in libe.
coram iudice porrectò. vt patet in inſtro compromiſſi. in princi.
vbi ſit mentio de dicto libello & p ꝯñs ſuper illo iure qđ fuit in
dicto libello deductum, & non ſuper non deducto. l. ſi cũ dies. §.
plenũ. ff. de arbit. C. de tranſac. l. ſi de certa. Sed in libello ꝓdicto
fuit deductũ ſolũ ius cõe, non ius municipale; qa ſic infertur ex
narratis in eo. Sed de iure cõi iſte nullum ius habet; ergo virtu-
te ſui arbitrij non pôt dictam yſabettam in aliquo condẽnare ex
capite iuris municipalis, qđ nõ fuit in compromiſſo deductum.
Et ſic ſuper eo nullũ fuit datum arbitrium vel poteſtas, arg. l. nõ
diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & quod no. Bar. in l. filius.
ff. de dona. & l. ex imperfectò. ff. de leg. 3.

S V M M A R I A.

1 *Cedula ſcripta manu notarij non probat inſtitutionẽ eccleſiæ, niſi habeat duos
ſaltem teſtes.*
2 *Verba enunciatiua qualiter diſponant in pia cauſa,*

CONSILIVM CXXXVII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ In cauſa q̃ ver-
titur Pergami co-
ram ꝯſulibus inter cõſortium miſericordiæ ſeu ſyndi
cũ eius petentẽ ex parte vna, & yſabettã de totelinaus
ſeu procuratorẽ eius reũ & ream ex altera, ſuper hæreditate Fe-
derici fratris dictæ yſabettæ. Viſo libello ſeu petitione dicti cõ-
ſortij & articulis eius, & atteſtationibus receptis ſuper eis, & to
to proceſſu, vr̃. prima facie dictũ conſortium debere obtinere, di
ctamq; yſabettam fore condemnãdam tribus rõnibus, quibus tñ
non obſtantibus concludam ꝯtrium. ſ. ipſam fore abſoluendam.
1 ¶ † Et primò facit ꝓ conſortio, qa inſtitutio facta de ipſo, quã
ꝓtendit, vr̃ ꝓbari ꝑ cedulam quam ſcripſit notarius de mandato
teſtõris. Nam licèt inſtitutio ibi ꝯtenta dicatur eſſe imperfecta
ratione ſolennitatis; qa non fuit coram teſtibus publicata. l. ſi- 2
deicom. §. j. ff. de leg. 3. fuit tñ perfecta rõne voluntatis; qa teſta-
tor habuit ipſam pro perfecta & abſoluta, & nihil plus volebat
diſponere, vel aliter circa ipſam; licet quantũ ad ſuos parentes &
conſanguineos dixerit ſe velle cogitare, ſi uellet eis aliter relin-
quere. Et ſic quo ad eos fuit imperfecta rõne voluntatis. l. ſi is
qui. & qđ ibi no. ꝑ Bar. ff. de teſt. ver. q̃ro qđ ſi teſtõr ſcripſit in
cedula &c. ¶ Quantũ ergo ad dictos ꝯſanguineos habeẽ pro im- 3
perfecta, vt in d. l. ſi is qui. & ar. l. a. ff. de hære. inſt. C. de inſtit. &
ſubſti. l. pen. Quantum verò ad ꝯſortium vr̃, ꝙ non, qm̃ imper-
fectio rõne ſolennitatis nõ nocet in relictis ad piam cãm, ſi adeſt
ꝑfectio rõne voluntatis; iux. plenè no. in l. j. C. de ſacr. ſan. ecc. &
in c. cum eſſes. & c. relatum. de teſta. vñ ſicut valet inter liberos ta
lis voluntas coram teſtibus non publicata. vt vult Bart. in d. l. fi-
deicom. §. j. ff. de leg. 3. ar. l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. de
teſta. & quantum ad libertates. l. in teſtamento. de fideicom. libe.
qa ſaltem probatur voluntas. l. ſi. ff. de reb. cor. ita debet valere
ad piam cãm, cũ iſta æquiparẽtur. ut no. in l. eam quam. C. de fi-
deicom. ¶ Sed ꝯtrium vr̃ verius; nam oĩa iſta procederent, ſi di-
cta voluntas legitimè probaretur vel ꝑ ſcripturam pub. vel per
duos teſtes q requiruntur ad minus ad probationem ueritatis; li
cèt non ad ſolẽnitatem; prout in ſi. dr̃ in l. diuus. ff. de teſta. mili.
Alias perinde eſt, ac ſi facta non eſſet, poſtquam de ipſa nõ ꝯſtat
l. duo ſunt. ff. de teſta. tu. Sed in caſu nr̃o nõ probatur iſta inſtitu
tio legitimè; nam ꝑ ſolam ſcripturam non, licet ſit a notario ꝯfe
cta, qa non eſt in forma publica ſed priuata, & ſic nullã facit fi-
dem. Per teſtes verò non probaẽ, niſi per ipſum notarium q pro
ea atteſtatur; ſecundus eñ teſtis, qui erat in camera, dicit nõ au-
diuiſſe teſtatorem inſtituiſſe ꝯſortium; qa ibat per camerã hinc-
inde, licèt per prius bene audiuerit ab eo ꝙ uolebat inſtituere.
Sed hoc nõ ſufficit ad probandum ꝙ inſtituerit, poterat eñ mu-
tare propoſitum. Siľr & alij teſtes non deponunt de iſta inſtitu.
qa nec potuerunt deponere, cũ nõ fuerint præſentes; licet depo
nant de uerbis ꝓdictis ꝙ intendebat inſtituere, qđ non ſufficit vt
dictũ eſt. Iõ dicta voluntas diſpoſitiua ꝯtenta in dicta cedula re-
manet nõ probata, niſi per vnũ teſtem quod non ſufficit vt dictũ
eſt. arg. eorũ q̃ no. in d. l. diuus. ff. de teſt. mi. cũ alijs. ſ. alle. ¶ Itẽ
ſecundò facit pro ꝯſortio depoſitio prædictorum teſtium, q di-
cunt ſe audiuiſſe ꝙ volebat inſtituere ꝯſortium, quod vr̃ ſuffice
re. arg. l. pamphilo. §. propoſitum. ff. de leg. 3. Sed ꝯ eſt, qa ibi lo-
quitur qñ teſtator protulit dicta uerba animo deliberato & ani-
mo condendi ultimam uoluntatem, ut ibi patet, dũ dicit ꝙ ac-
cerſitis amicis dixit ſe uelle relinquere tali tale quid], & poſtea
interrogatus an ita uellet dixit ꝙ ſic, ſicut dr̃ in ſi. in c. fin. extrà
de ſucceſ. ab inteſt. Sed hic non dixit eo animo, ut tunc cum dice
bat ſe uelle condere ultimam uoluntatẽ & inſti. facere, ſed dice-
bat ſe uelle in futurum facere; & ſic nil facit ille. §. ad propoſitũ.
2 ¶ † Tertiò facit pro ꝯſortio, qa negari non pôt quin uerba de
quibus teſtificantur teſtes, fuerint uerba enunciatiua, quæ vidẽ-
tur ſufficere in relictis ad piã cauſam. ut in c. fin. de ſucceſ. ab in-
teſt. & per Bar. in d. l. j. de ſac. ſan. ecc. in 6. q. princ. q. 2. Sed certe
hoc uerum in enunciatiuis de præterito. Et ita loquitur illud. c.
fin. & ita credendum eſt Bar intellexiſſe dum in illo ſe fundat. &
etiam quando hoc dixiſſet, uel in illa protuliſſet deliberato ani-
mo condendi ultimam uoluntatem, ut ibi dicitur expreſsè in
tex. Sed hic neutrum iſtorum fuit, qa non fuerunt de præterito,
ſed de futuro, quæ regulariter diſpoſitionem nõ inducunt. l. iul.
§. ex his. & l. pater filium. §. fund. ff. de leg. 3. & no. per Bar. e. tit. l.
pamphilo. in prin. & qđ habetur in l. titia cum teſtõ. in princ. ff.

de leg. 2. licet de pterito bene Indncant aliqſi. l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. Item non fuerunt emiſſa animo condendi tunc, cũ pferebant, ultimã uoluntatẽ, ſed animo declarandi ꝙ in futurũ facere uolebat, & p manus notarij, vñ cũ nõ ꝯſtet legitimè ipſum eam feciſſe, nõ operantur dicta uerba. ar. dictæ l. 2. de hære. inſti. & d. l. pe. C. de inſti. & ſubſt. & l. cũ pater. §. fi. ff. de leg. 2. Non uideo ergo ex quo capite poſsit ꝯſortium obtinere. Nam & dicti teſtes ſunt oẽs ſingulares; qa non deponunt de eiſdẽ uerbis eodẽ tpe ꝓlatis, ſed diuerſis tẽporibus. Et ſic nulla earũ remanent ꝓbata, niſi p unum teſtem. ergo &c. c. licèt. de ꝓba. cũ diuerſitas tẽporũ diuerſitatẽ uerborũ inducat. iuxta plenè no. p Bar. in d. l. denũciaſſe. §. qd tñ. ff. de adul. ¶ Ideò ꝯcluditur dictã Iſabettam abſoluendam in puncto iuris.

a ¶ Concludendi. adde d. Pet. Phil. Cor. in cõſi. 91. nu. 4. in 4. parte.

S V M M A R I A.

1 *Bona alicuius ſi quis petat tanquam hæres ipſius, licet dixerit in libello eum fuiſſe dominum, non tamen cogitur id probare, ſed ſufficit probare poſſeſſionem. nu. 2.*

2 *Ex concluſione apparet qualiter quis intellexerit narrata.*

3 *Actio illa uide ut intentata, quæ magis conducit actori modò uerba libelli id patiantur.*

4 *Petitio hæreditatis qualiter contra titulo poſsidentem non detur.*

b ¶ Actoris, adde d. Petrum Phi. Cor. conſi. 91. in 4. parte.

CONSILIVM CXXXVIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † In cã q̃ nertitur coram locumtenente patriæ fori Iulij inter ſer Nicolaum, & ſer Iacobum fratres & filios ſer Raſmigli, & Samaritanam filiã, & hr̃dem ſer Nicolai fratris dicti ſer Raſmigli agẽtes ex parte una, & ſer Nicolaũ ſer Brandaluſium, & ſer Thomaſiũ fratres, & filios, & hæredes olim ſer Andreæ de Brandis reos & conuentos ex altera, ſuper qbuſdam bonis q̃ dñr per dictos agẽtes fuiſſe D. Druſianæ auiæ paternæ ipſorum agentiũ, & ea poſt eius mortẽ pertinuiſſe ad patres eorum filios dictæ Druſianæ tanquã hæredes illius, & in ꝯñtiam ad ipſos agentes illorũ filios & hæredes p duabus tertijs; pfati uerò ꝯuenti negãt illa bona fuiſſe unquam dictæ D. Druſianæ, ſed dicunt ea fuiſſe cuiuſdã presbyteri Pantaluſij unius ex tribus filiis dictæ D. Druſianæ, & fratris dictorũ ſer Raſmigli, & ſer Nicolai parentũ dictorũ agentium, & dicunt eſſe hr̃des dicti presbyteri Pantaluſij mediãte pſona ſer Andreæ pr̃is eorũ, quẽ dicunt fuiſſe hr̃dẽ inſolidum inſtitutũ a dicto presbytero. Viſo libello, & articulis, & atteſtationibus ſup his receptis, & toto ꝓceſſu, dubitat utrũ dicti agentes tñ talia ꝓbauerint q̃ ſufficiunt eis ad uictoriã obtinendã. Et allegatur p alteram partem, ꝙ non; qa ipſi vñr deduxiſſe in iudicium dñium uel quaſi, dum in prin. libelli dicunt illa bona iure dñij uel quaſi pertinuiſſe ad dictã D. Druſianã auiam paternã, cuius dicunt ſe hr̃des mediãtibus pſonis patrũ ſuorum; & ſic debebant dñium uel quaſi dictæ dñæ ꝓbare, cũ uideantur intentaſſe rei uendicationẽ; per ea q̃ no. gl. & doc. in l. ita ut ſi fur. ff. cõmo. ubi tenent, ꝙ qñ cõmodans aſſerit ſe dñm, neceſſe bẽt ſe dñm probare, licèr ſi hoc nõ appareret, ſecus; qa ſufficeret ſe aduerſario cõmodaſſe. ſed hic iſti non ꝓbauerũt dñium uel quaſi, licèt ꝓbauerint poſſeſſionẽ dictæ dñæ q̃ cum ſit de pterito non ſufficit ad probandum dñium maximè qd̃ principaľr in iudiciũ fuit deductũ p ea q̃ plenè no. p Bar. in l. pe. ff. de cõdi. inſti. & p Io. An. in nouel. i c. illud. de pſump. ¶ Sed hoc nõ obdicendũ eſt ꝯtrũ, qa non eſt uerum ꝙ uideatur intentata rei uen. dũtaxat, quo caſu procederent q̃ s. dicta ſunt in ꝯtrũ, ſed cẽſetur intentata ẽt petitio hr̃ditatis q̃ ꝑt eum rei uen. cõcurrere; quia in ea ueniunt res hr̃ditariæ. ſ. quarum dñium pertinebat ad defunctum, & ẽt non hr̃ditariæ. ſ. in quibus defunctus nõ habebat dñiũ, ſed poſſeſſionem, uel detentationem, & cuſtodiam. l. & nõ tñ. in prin. ff. de peti. hær. unde in petitione hr̃ditatis non requirit̃ probatio dñij, ſed ſufficit probare ꝙ defunctus tenebat & poſsidebat tpe mor. tãquam dñs abſque ẽt probatione alicuius tituli. Et hæc eſt ratio, quare petitio hr̃ditatis non datur ꝯ titu. poſsidentem, quia ille innititur cauſæ fortiori. ut no. gl. in l. hr̃ditatem. C. in q. cau. ceſ. lon. temp. pſcrip. quod autem iſti agentes non ſe reſtrinxerint ad rei uendi. patet, quia in concluſione libelli non petierunt declarari ſe dominos, uel aduerſarium condemnari ad reſtituendum, quia ipſi ſunt dñi. Sic. n. concludi debet in rei uend. ſed petierunt declarari dicta bona pertinere ad ſe, quia ſunt hæredes patrum ſuorum ad quos pertinebant dicta bona tanquam hæredes matris eorum; ſic enim concluditur in pe. hæred. ut hic patet ex no. per Barto. in l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei uen. in princ. Nec ob. quòd in narratione dixerunt, dicta bona pertinuiſſe ad dictã do-

2 minam iure dñij vel quaſi; † quia quæ actio cenſeatur in iudiciũ
a deducta, cognoſcit̃ penes medium ꝯcludendi,[a] non penes mediũ narrationis; ut patet ex no. per Bar. in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cer. pet. & per Cy. in l. edita. C. de eden. in 5. q. Nam ex ꝯcl'one apparet, qualr̃ qs narrata intellexerit. l. Aurelius. §. Sticho. & ibi not. & per Guil. de Cu. & Bar. ff. de lib. le. ſilr̃ ex proſecutione. l. licèt. C. de iud. cum ibi no. Et iſti in proſequendo non ſe reſtrinxerunt ad dñium, ſed articulauerũt de poſſeſsione; quis poſſedit ne dña, per quod apparet ꝙ iſto modo intellexerunt illa uerba poſita in narratione libelli, dum dixerunt ꝙ pertinuerunt ad illam dominam iure dñij uel quaſi. nam intellexerunt. ſ. pſumptiuè. ſ. quia poſſedit ut dña, pp qd̃ præſumitur fuiſſe dña; ut patet ex proſecutione & articulis; non qd̃ uellẽt ſe aſtringere ad probationem dñij, cum hoc non eſſet neceſſarium in petitione hære. intentata, prout determinat expreſsè Cy. in l. cum te. C. de proba. uerba. n. li
b belli ſp ſunt interpretãda in fauorem actoris,[b] cum fieri pt. ff. de iud. l. ſi quis intentione. & plenè no. l. inter ſtipu. §. t. ff. de uer. ob. Et hoc fieri pt, quia hæc narratio de dñio uel quaſi defuncti non ꝯtriatur petitioni hæreditatis, cùm hæres poſsit res hr̃ditarias, nõ ſolum petere per pet. hær. in qua ſufficit probare de poſſeſsione, licèr fuerit narratum de dñio, ſed ẽt per rei uen. ff. de peti. hære. l. qd̃ ſi in diem. in fi. ſicut uidemus in agente interdic. unde ui. quia licet narret ſe dñm, tñ ſufficit probare de poſſeſsione. l. ſi qs emptionis. §. hoc ſuper illis. C. de pſcri. 30. an. ſicut uidemus in eo q agit ſaluiano interdic. Nam hẽt neceſſe narrare rem fuiſſe ſibi & fore obligatam, & per ꝯñs eã fuiſſe in bonis obligantis tpe obl'onis ꝯctæ, alias non potuiſſet ſibi obligari. l. & q̃ nondum. §. quod dr̃. ff. de pigno. C. ſi aliæ res pi. da. ſit per totum. & tñ non habet neceſſe probare dñium, ſed ſolũ poſſeſ. obligãtis. C. de Interdic. ſal. l. t. & ibi no. & per Bar. in l. ſi alienam. ff. de pig. ac. Item ſi aliquis in eodem libello deducit petitorium & poſſeſſorium recuperandæ, ſi probat in poſſeſſorio, licèt deficiat in petitorio, dẽt ſñiam in poſſeſſorio obtinere. vt in c. cum eccleſia ſutrina. de cã poſſ. & propric. pari ergo rõne, ſi deducit in eodẽ libello rei uen. & pet. hæred. quod fieri pt quia non ſunt ꝯtriæ, & probat in peti. hære. & non in rei ven. dẽt in pet. hære. obtinere per dictum c. cũ eccleſia. & ita eſt hic. Sic. n. non ſp actor hẽt neceſſe probare narrata p eũ in ſuo libel. ſed ſolum qñ ſunt neceſſaria ad actionem intentatam per eum. prout no. Cy. in d. l. cũ te. C. de prob. facit quod not. gl. in c. 2. de reſcr. Et quæ actio ſit intentata colligitur ex conclu-
3 ſione, & ex ꝓſecutione, ut ſuperius dixi. † Et ſi fieri põt ſalua rõne recti ſermonis, dẽt concluſio ſp adaptari ad illam actionẽ quæ vtilior & expeditior eſt actori per l. ſi quis intentione. cũ ibi not. ff. de iudi. & qd̃ no. in d. l. de die. in prin. ff. qui ſatid. cog. & hic pt ꝯcluſio adaptari ad pet. hære. poſtq̃ narrant, ꝙ pertinuerũt iſta bona ad patres eorum tanq̃ hr̃des ſuæ matris, & tunc ad ſe tanq̃ hæ-
4 redes patrum ſuorũ. † & ſi dicatur petitio hær. non datur ꝯ ti. poſſidentes, & iſti priores poſsidẽt cum ti. hr̃ditario. Rñdetur dupľr, primò ꝙ bene hñt titulum in prima hr̃ditate quæ eſt iuris uniuerſitas, non in iſtis rebus in hr̃ditate repertis, qa nõ fuerunt eis ſpãliter relictæ, & ſunt res diuerſæ ab ipſa hr̃ditate. l. hæreditas. ff. de pet. hære. Sed õ rñdetur, ꝙ tunc titulus excludit petitionẽ hær. qñ fuit habitus ab eo qui non poterat pet. hæ. ꝯueniri; puta ſi fuit habitus in uita defuncti. ſecus ſi ab illo qui poterat pet. hær. ꝯueniri & ꝯdẽnari, qa tũc ſucceſſor eius ſingularis hñs ab illo titulũ ñ dẽt eſſe melioris ꝯditionis, q̃ eius author. l. fi. §. t. ff. ad Vell. Et hoc colligit̃ ex no. p Bar. in l. cogi. in fi. C. de pe. hær. & p Bal. in l. edicto. C. de edi di. Adr. tol. in 9. & 11. op. & in fi. 8. col. ſed iſti hñt titulũ & cãm ab illo presbytero, qui poterat a ſuis fratribus ꝯueniri pet. hær. pro duabus tertijs, cum illas poſsideret precario a fratribus ut dicũt teſtes, & potuiſſet ꝯuici & ꝯdẽnari; ergo & hr̃s eius vel hæredes, ne ſint melioris ꝯdõnis q̃ defunctus; l. hr̃dem. ff. de reg. iur. Item ſi dicat̃, hic non apparet ex actis ꝙ patres eorum adiuerint hr̃ditatem matris; ergo nõ trãſmiſit eam ad filios. C. de iure deli. l. qm̃ ſororẽ. Rñdeo ꝙ imo tranſmiſerunt per tit. C. de his quã añ aper. tabu. cum hr̃ditas aſcendentis, quæ tranſmittitur ad deſcendentem per illum titulum. Et poſito ꝙ eſſet tranſmiſſa ut adhibenda, non ut adita. l. ſi quis filium. §. t. ff. de acq. hære. iſti ſic agẽdo, vt agunt, cenſentur adiuiſſe tam paternam hæreditatem, q̃ ẽt auitã per l. 3. & l. ſi auia. C. de iure delib. & l. pro hr̃de. §. papi. ff. de acqu. hære. ¶ Concluditur ergo ſñiam ferendam pro agentibus cauſis & rationibus ſupraſcriptis. Satis etiam ſecundum bonam conſcientiam patet dictos actores fouere iuſtitiam & ueritatẽ per ea

quæ

quæ dicent teſtes;quia re vera dicta bona fuerũt dictæ Druſianæ,
& per ꝯuentos non eſt aliquid deductum uel ꝓbatum in ꝯtrium;
vnde ꝓp unicum verbum poſitum in narratione libelli per impe
ritiam illius qui concepit ipſum, quod nõ erat neceſſariũ expri-
mi, uidelicet ꝙ pertinuerunt ad illam iure dñij vel quaſi,cum ſuf 1
ficeret dixiſſe ꝙ tenuit & poſſedit vt ſua,qđ ſi feciſſet res eſſet cla
ra pro agentibus,non dñt ipſi agentes ſuccũbere, ne error & ĩpe
ritia dictatoris habeat eis nocere.C.de erro. aduo.l.1.& 2.maxi-
mè cũ poſsit intentio ipſorũ ex alijs ſuſtentari ꝑ iã dicta. Et ꝓfati
teſtes dicũt ſatis veriſimilia ergo.&c.l.ob carmen.§.fi.ff. de teſtib.

S V M M A R I A.

8 quibus. ff. de legi. & Ioan. An. in regul. ſine culpa. in mercus. † q a dico ꝙ iſta maioria non eſt feudum, cum in conceſſione uerbum iſtud feudum non fuerit in aliqua parte expreſſum; quinimo fuerunt expreſſa aliqua, p quæ apparet ꝯtrium, ꝙ non ſit feudum; quia fuit dictum ꝙ hñt tanquam rem ſuam propriã & liberã &c. Conſtat aũt ꝙ res propria & libera dr illa, quæ non eſt data in feudum, ſed in ea hr plenum, & directum dñium. ut eſt tex. expreſſus in uſib. feu. tit. de cõten. inter dñm & uaſal. de inueſtitura. c. j. poſt medium. ibi, q dicant rem eſſe propriam dñi non infeudatam &c. ¶ Item fuit dictum, ꝙ ſuccederet in ea filius legitimatus, qđ non eſt in feudis. ut in c. naturales. ſi de feudo fuerit ꝯtrouerſia. ¶ Itẽ q a feudum dr a fidelitate, ut in titu. per quos fiat. inueſti. c. finali. Sed hic nulla ꝑſtat fidelitas, uel fidelitatis iurm, ut patet illo uerbo liberam. ¶ Nec ob. ꝙ appellat eum fidelem &c. quia uerũ eſt, ꝙ fidelis eſt alio reſpectu, & quia ſubditus; nõ rõne harum rerũ. Nec ẽt ob. ꝙ reperiuntur feuda libera & franca &c. quia illud uerum qñ ꝯſtat de intentione concedentis, quia cõceſſit in feudum cum illo tñ pacto; & ita loqr tit. de feudo non habente propriam feudi naturam. Sed qñ hoc non ꝯſtat, præſumitur ex illo pacto ꝙ noluerit dare in feudum, ut patet in ſi. quia in depoſito non trãſfert dñium ſm ſuam naturam, ſi tñ fuit tranſlatum, & fuit actum expreſſè, ꝙ eſſet depoſitum, adhuc dicetur depoſitum, non tñ hñs propriam naturam depoſiti. l. Lucius. ff. depoſi. ſed ſi nõ dixiſſet expreſſe, depoſito, non eſſet depoſitum, ex quo dñium fuit tranſlatum. iux. plenè no. per doc. in l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. Nec ob. conſiliũ Feder. de Senis. 77. quia ibi ſtatutum non fuit factum in odiũ eccleſiarum uel clericorum, ſed laicorum magnatum qui erãt ſubditi ne poſſent recipere ceſſiones; vnde nec a clericis uel eccleſijs põt, nec damnificantur clerici uel eccle. quis põt alijs cedere non magnatibus. Sed hic damnificantur clerici, & ceſſat rõ prædicta, vt ẽt vr in qõne Oldra. per Fede. recitata, & per Io. An. in c. eos. de immu. eccl. li. 6. ¶ Item non ob. quod ꝯ eccleſiam præſcribit ſpacio 40. ann. ergo & conſuetudo laicorum ſiſt inducitur; quia nõ eſt ſimilitudo bona. Nam præſcriptio rerum eccleſiæ roboratur iure cõi cùm per eam non propterea clerici uel eccleſiæ efficiant de iuriſdi. laicorum, licèt rem earum uel ipſorũ perdant; ſed talis conſuetudo non toleratur a iure improbata; quia efficerentur de iuriſdictione laicorum, quod nulla præſcriptione põt induci, uel conſuetudine introduci, ſicut nec per expreſſum cõuerſum. ut in c. ſi diligenti. de foro compe. iuncto. c. fi. de conſue. cum ſimi.

S V M M A R I A.

1 *Ingreſſus ſeu tenuta de aliquibus bonis ſi non ualet, non ualet etiam datio inſolutum de eiſdem, quando ita ex ſtatuto requirebatur.* 2. 3.

2 *Inſtrumentum non liquidum executionem non meretur, etiam ſi ſtatutum dicat ꝙ inſtrumenta executioni mittantur.*

3 *Nuncio an credatur.*

4 *Perſona coniuncta non poteſt pro minore accipere bona inſolutum.*

5 *Datione in ſolutum uitiata in parte quo ad minorẽ, uitiatur in totũ quo ad alios.*

CONSILIVM CLXV.

I*N Chriſti nomine Amen.* ¶ Viſis & ponderatis allegationibus ſ. factis, ac ẽt utroque proceſſu agitato inter partes
1 ꝑdictas, Videlicet † primò ſuper obtinẽda licẽtia, vel parabola ingrediendi tenutam dictorũ bonorũ. Secũdò ſuper datione inſolutum cum eorum dependentibus & connexis; vr tandem de duplici maximè capite dictam dationẽ inſolutum poſſe impugnare, & de nullitate redargui prima licentia ingrediendi poſſeſſionem, & mandatum datum nuncio ſuper hoc ſolum factũ fuit ſuper bonis, q̃ quondam fuerunt illius D. Ioan. de ſancto Gallo patris Saluini rei in hac cã. & ingreſſus factus fuit in quibuſdam bonis deſcriptis in proceſſu, tanquã de bonis dicti quondam D. Ioãnis. Primò ergo dictum iudicij. Secundò a quo petita fuit datio inſolutũ liquere conſtareq; debuit, uecnõ liquidari, & fides fieri qualr dicta bona fuerunt dicti D. Ioannis tpe ſuæ mortis, ſaltem ꝑſumptiuè probando ꝙ erat in poſſeſſione ipſorum; iux. no. per Cy. C. ne uxor ꝓ marito. l. ob maritorũ. & p Bart. in l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. aliàs non debuit ſecundus iudex ea dare in ſolutum; tum quia ſi non fuiſſent dicti D. Ioannis, non ualuiſſet ingreſſus; quia factus ꝯ & præter formam licentiæ & mandati prædicti. l. diligenter. in prin. ff. mand. & non ualẽte ingreſſu non potuiſſent inſolutum dari, qñ ſtatutum de datione inſolutũ requirit ꝙ præcedat introitus ualidus, & non caſſus; & ſic deficerent requiſita a ſtatuto. ergo &c. l. cũ hi. §. ſi ꝑtor. ff. de tranſactio. Tũ quia iudex debet eſſe certus de ſua poteſtate, & niſi ſit certus poſito quod eam habeat, non ualet actus quem gerit. l. quæro. ff. de eo qui pro tutore. l. hic autem. poſt prin. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. cum ibi not. per Bart. & plenius per eundem. in l. multum. ff.

a ¶ Executioni. quõ aũt intelligatur ſtatutũ. ui- de d. Alex. de Imol. in conſi. 185. in 2. col. in 2. parte.

de ɔdi.& dem.& l.ſi finita. §.iul.ff. de dã.inf.& l.properandũ. §.1. C. de iud. & ſic nõ ſufficit ꝙ iſta bona fuerint ꝑfati D. Io. poſtq̃
2 de hoc nõ fuit facta fides iudici. † Tũ qa inſtrm̃ non liqdũ nõ me
a reẽ executionẽ, ẽt ſtatuto dictãte ꝙ inſtr̃a mittant̃ executioni a;
q̃a dẽt intelligi de liquidis. ar.C. depoſiti.l.ſi.ſm̃ Bal. q ita no.C. de exe.rei iud.l.ſi cãm. ad qđ facit quod not.Bar.in l.creditores. C.de pigno.& l.1.in fine.ff.de lega.2.& l.1.ff.iudi. ſol.C.de ſen.q̃ ſine cer.quãti.l.2. Sed inſtrm̃ debiti, ꝓ quo fuit petita executio quãtum ad bona ſuper quibus permittit executiuẽ procedi, & ꝓ quibus petita fuit executio, non eſt liquidũ; quia loqr̃ de bonis dicti D.Ioan. Sed an iſta ſint hmõi, non apparet ex tenore inſtri. Igr̃ ſaltem poſt inceptã executionẽ. i. poſt introitum debuit hoc liqdari, antequam conſummaret̃. i. daret̃ inſolutum ſm̃ no.per Bar. in locis ſ. alleg. qđ minime factũ fuit. Nec in hoc ſtatur relationi nuncij ꝫ negantem, Tũ quia non plus debet ſibi ſoli credi in hoc, q̃ crederetur duobus uel tribus teſtibus aſſerentibus dicta bona fuiſſe quondã dicti D.Ioannis; quod patet, qa de teſtibus non dubitat̃ quin fidem faciant, cùm oĩa cõcurrant in eis neceſſaria. Sed de relatione nuncij ẽt iurati quamplurimum fuit inter antiquos. dubitatum, quorum opi. diuerſas refert Io.An.in addi. Spe.tit.de citatione.§.ſequit̃ uidere.& Cy.in l.ea q dẽ.C. de accuſ. Sed duob. uel pluribus teſtibus aſſerentibus ẽt cum iur̃o, dicta bona fuiſſe dicti quondã D.Ioan. non crederetur niſi redderẽt ſufficientẽ cãm ſui dicti ẽt non interrogati; quia iſtud non percipitur ſenſu corporeo, ſed iudicio intellẽs iux.not. ſingulariter per Inno.in c.cãm q̃.de teſti.& per Bar.in l.ſolam.C.eo.ti. de teſti. Iſte autẽ nuncius cãm ſui dicti quõ ſcit fuiſſe D.Ioan. non aſſignat; igitur &c. Tum ẽt quia licet de cõmiſſis ſibi credatur ei, ſm̃ plurimorũ ſniam. ar. l.puto.§. ne paſſim.ff.de reb. eorum. de non cõmiſſis tñ ſibi non creditur; vñ ſi ſibi fuit cõmiſſa citatio, credit̃ ſibi ꝙ citauerit; ſed de rñſione facta ſibi per citatum puta quod dixeris nolle uenire, uel alia uerba iniurioſa, ſeu de commiſſione ſibi facta ꝙ citet, nõ
b credit̃ b ſibijpſi, ſm̃ quod plenè diſputando determinat Io. An.in addi.Spec.tit.de contuma.§.1.& ꝙ no. Cy.in d.l.ea quidem.ff.de

b ¶ Non crediteur. uide d. Pe.Phil. Cor. in cõſi.69.incip. niſo. nu.8. in 3.parte.

4 accuſa.& hoc de primo. ¶ † Secundò vr̃ poſſe impugnari de nullitate dicta inſolutum datio; ꝑpea quia fuit petita & conceſſa nõ ſolum pro ipſis petentibus, & per illos quorũ procuratorio nomine fuit petita, & a quibus aſſerebat ſe mandatum habere; ſed ẽt ꝓ duobus pupillis ſeu minoribus, a quibus non aſſerebant ſe mãdatum habere, ſed illorum nomine tanquam perſonæ coniunctæ petierunt. Conſtat aũt, ꝙ quantum ad perſonam illorum minorñ datio præfata non tenuit, cùm in hoc non conſenſerit, nec illi potuerunt tanquam coniunctæ perſonæ illorum eam petere uel recipere, quod patet, quia datio inſolutum eſt ficta ſoľo. Fingũtur enim bona inſolutũ data, per prius uendita ei, cui data ſunt, & ab ipſo pecunia nomine precij recepta, & deinde eidem loco ſoľonis, & ꝓ ſoľone debiti reddita & reſtituta; ideo liberatur debitor ipſo iure, ſicut de directo ſoluiſſet, niſi fuerit expreſſe ꝯriũ actũ; ſm̃ ea quæ plenè hñt & no. in l. eleganter.ff.de pignora. actio.in prin.ff. de ſol.l.ſi quis aliam. C. de ſen.l.libera quidem theodora. ¶ Sed conſtat coniunctam perſonam tanquam coniunctam, & ſine mandato non poſſe ſolutionem recipere etiam nolendo de rato cauere, licèt bene poſſit agere; prout eſt caſus in l. 2. ff. ut leg.no.caue. & l.non ſolum.ff.ſoluto matrimo. & ibi not.per doc. ergo nec dationem inſolutum. & pro hoc l. fundus ille. ff. de contrahen.emptio.ubi, ſi quis dicat fundus ille ſit emptus mihi & Titio, a quo mandatum non habebat, non ualet emptio in perſonam Titij; & ſic in caſu noſtro non ualet in perſonam illorum pupillorum inſolutum datio, quia nõ compelluntur emere. l.nec emere.C. de iure delib. ergo nec inſolutum recipere, quod
5 eſt emere. ut d.l.eleganter. ff. de pigno. actio. † & ſi non ualet in perſona illorum, ergo tota ruit etiam quo ad perſonas aliorum. Tum quia ſi ualeret reperiretur facta pro maiori quãtitate, q̃ eis deberetur; quoniam fuit facta pro tota ſumma debiti, ſcilicet ꝓ libris.800.& tamẽ tota ſumma prædicta non debetur eis, cũ non ſint hæredes inſolidũ creditoris, ſed unà cum illis pupillis; prout ipſi confitentur in eorum petitionibus, quibus contra eos ſtatur. l.cum precum.C.de libe.cau. & per conſequens redditur nulla in tòtum, prout determinat Barto.in l. ſi non ſortem.§. ſi centum.ff.de cond.indeb.& per rationem de qua ibi. Tum etiam qa fuit iudicialiter facta, & per ſententiam iudi. unde cum unicum ſuis iudicium, quia ꝫ unum intentatum, licet per pluras perſonas prætendẽtes eandẽ & eõem cãm.l.ſi quis cũ ꝓcuratorio.§. unius litis.ff.de procur.cũ ibi not.per Bar. & per eundẽ in l.ubi.§. fi. ff. de uerb.ob.non potuit pro parte & quo ad quoſdã ualere, ꝓ parte nõ.ff.famil.erciſ.l.in hoc iudicio.& quod not.in l.1.C.ſi aduerrẽ iudi.& per Bar.in d.l.5.§.fi.ff.de uerb.ob.ante. fi. Et ex his patet, non obſtare.d.l.fundus ille.quæ uult ualere in perſonã loqnẽtis; quia ibi in mera emptione non in donatione inſolutũ quæ facilius uitiatur, quia propter nimiam quantitatem, ut not. in d.§. ſi centũ.non ſic in emptione ſimplici, quæ nõ niſi ꝑ deceptionẽ ultra dimidiã iuſti precii, nec tũc uitiatur ipſo iure.l.2. cũ ibi plenè not.C.de reſcin.uendi. Itẽ loquitur illa l.fundus ille. in contractu extra iudiciali. nos loquimur in iudiciali datione, q̃ propter naturã indiuiſibilẽ unius iudicij facilius uitiatur, & inutile trahit ad ſe utile, ſicut & alibi.ff.de iniuſto teſta.l.pen.nõ ſic in extraiudicialibus, qñ ſeparari poſſunt.ff.de do.ĩter uirũ l.ſi ſpõſua.§.& gñaliter.cũ ibi plenè no.& in c.utile.de re.iur. Ex quibus ſequitur potuiſſe de nullitate dictæ donationis, q̃relam proponi. Nec obſtaret ſtatutũ, ꝙ inhibet appellari, & ſic præſupponit dationẽ inſolutũ ualere, qm̃ ab actu nullo ſuperfluo appellatur.l.ſi expreſſim. cũ ibi not.ff.de appel. Tollendo ergo remediũ appel. non cẽſetur abſtuliſſe quærelã nullitatis, tanq̃ remediũ diuerſum argu.in l. ſi domus. ff.đ ſer.urb.prædio.& plenè in ſimul.per gl.in l.1.C. ſi đ momen.poſ.fue.appel. Et poſito ꝙ mero iure teneret iſta datio; potuit tñ ab ea tanq̃ indebitè facta appellari rõnibus quibus.ſ.& non obſtãte ſtatuto ꝑdicto, qđ loquitur de dationibus factis ſm̃ formã a ſtatuto ꝑdicto traditã; ſed hic dicitur facta ꝫ formã ꝑpea, q̃ dicta ſunt. Cũ ſtatutũ præſupponat debere procedere ualidũ ingreſſum; & hic dicitur ꝯtriũ, quia negatur bona iſta fuiſſe D. Ioannis, & ſic ingreſſus nõ ualuit l.1.§.hæc uerba.ff. ne uis fiat ei. l.fulcinius.§.cũ aũt cũ ibi not.ff.quibus ex cau.in poſſe. eatur. Itẽ præſupponit eã factã pro uero creditore; ſed hoc non eſt hic quatenus illi non erant hære.creditoris; igitur &c.

S V M M A R I A.

1 *Poſſidere ſe pro hærede qui confeſſus eſt, poteſt reuocare confeſſionem uel ante litem conteſtatam ad euacuandum libellum agentis petitione hæreditatis, uel ad obtinendam abſolutoriam poſt litem conteſt. 2.*
2 *intellectus ad gl.in l.cogi.C. de petitio.hære.*
3 *Exceptio quæ de euictione tenet actio &c. non poteſt opponi poſt ſententiam quæ tranſijt in rẽ iudicatã, ſed poteſt retentione prouideri donec intereſſe ſolutione.*

CONSILIVM CLXVI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſis actis & actitatis in iſta cauſa & etiam in ſententijs diffinitiuis latis tam in cauſa principali q̃ appellationũ & eis matura deliberatione ponderatis & examinatis; comprehendo quod iſtis de Gozijs reis & poſſeſſoribus in hac cã petitionis hæreditatis fuit facta magna & manifeſta iniuſtitia per duas diffinitiuas ſentẽtias quarum unam tulit D. Dauid. & ſer Petrus eius collega. Alteram confirmatoriam tulit D. Baptiſta de Padua. In ea parte, qua condemnauerunt dictos fratres reos & poſſeſſores ad reſtitutionem omnium poſſeſſionem, quæ fuerunt de hæreditate de qua agitur non comprehenſarum in duobus inſtrumentis emptionum productis per dictos reos ante libelli dationem in petitione hæreditatis, quantuncunque dicti fratres ſuper illis ſimilem titulũ emptionis haberent ab alio cohærede, licèt inſtrumentum emptionis non produxerunt ante libelli dationem, ſed poſt litem conteſtatã; & quod illæ ſententiæ tanquam iniuſtæ & iniquiſſimæ remedio ſupplicationis ueniunt retractãdæ, ne tanta iniquitas pertranſeat tolerata; & primo quia uidetur feciſſe aliquale fundamentũ in eo, quia dicti fratres in termino interrogatorij eis aſſignato ſm̃ formam ſtatuti noluerunt reſpondere, an poſſiderent titulo, & quo dicentes ſe non teneri dicere titulũ ſuæ poſſeſſionis, & fuerunt male conſulti, quia licet in rei uendicatione hoc ſit uerũ, ſecus tñ in petitione hæreditatis, quia ſi uolebãt agentem excludere a limine iudicij ſuper illa actione, quæ non datur cõtra titulo poſſidentẽ.C.in quibus cau.ceſ.long.tẽpo. præſcrip. l.hæreditatẽ. debebant titulũ allegare, & probare, ut l.cogi.C. de petitio hæredi.in tex.& glo.& iõ quia nõ allegauerũt titulũ, fuit pronunciatũ per conſules, interrogatoria haberi pro confeſſatis ſecundũ formam ſtatuti, & ſic ꝙ poſſidebãt pro hærede uel pro poſſeſſore, & per conſequens ꝙ poterãt conueniri petitione hæreditatis, & dicitur quod iſta pronunciatio fecit ius. Nam dico quòd iſta pronunciatio, poſito quòd tranſiuiſſet in rem iudic. & fecit ius, ut dicunt; non tamen potuit plus operari quã fuiſſet

operata

operata uera confeſſio.ſ.ꝙ poſſiderent pro hærede, uel pro poſ-
ſeſſore; qm̃ iſta pronunciatio iuncta cum contumacia cōmiſſa in
non rñdēdo ut debebant, hēt uim fictæ ꝯfeſſionis ex forma ſtatu-
ti, q̃ non pt plus operari q̃ uera.l.qui ad certū. ff. loca.l.filio.ff.de
1 lib.& poſthu.& hoc eſt clariſſimū. † Sed ſi ꝑdicti fuiſſent expreſſe
ꝯfeſſi ſe poſſidere ut hr̃des, uel ſe poſſidere, q͞a poſſidebant, & ſic
pro poſſeſſoribus, & p ꝯñs apparuiſſent aditum uolenti agere pe
titione hæreditatis, & iuſtam cām dediſſent ei porrigendi libellū
ſuper dicta actione, nihilominus licuiſſet dictis reis an̄ litē cōte.
pœnitere dicti rñſi, & reuocare dictā ꝯfeſſionem uerè & expreſſē
factam, ſi actor non erat ꝯ aliā perſonam acturus; & potuiſſent di
cere ſe poſſidere titulo habito a tali, & excludere agentem, ſic̄ a
limine iudicij, probando dictum titulum ante lit.cōte. ſicut nunq̃
fuiſſent cōfeſſi ſe pro hærede uel ꝓ poſſeſſoribus poſſidere. ff. de
interrog. actio.l.de ætate.§.ti. maxime ſi actor ſciebat eos tit. poſ
ſidere. ut dr̃ eſſe hic. ff. de rei uē.l.ſi is qui ſe obtulit.cū l.ſeq. ergo
& eodē mō licuit iſtis hoc facere poſt dictā fictā cōfeſſionem &
pronunciationē prædictā, q̃ non plus ualere pt, q̃ uera. ut.ſ.dixi.
Sed iſti fratres, ut dr̃, hoc fecerunt, q͞a pnīa ducti, & uſi ſaniori con
ſilio, ſtatim poſt dictā pronunciationē allegauerunt titulos ſuos.
Igit̄ illa prima ficta ꝯfeſſio & pronunciatio non nocet eis, quo-
minus poſſint excludere agentē; ſicut non noceret eis uera ꝯfeſ-
ſio, ut dictū eſt. Nec ob. friuola allegatio facta in ꝯriū, uidelicet ꝙ
iſtud ꝓcederet ſi terminus non fuiſſet ꝑfixus a ſtatuto, uel a iudi-
ce. Sed hic fuit ꝑfixus, & ſic non vr̃ hoc licuiſſe, p ea q̃ no. Inno. in
c. cum in tuā. qui matri. accuſ. poſ. q͞a factum poſt tp̄s dr̃ factum ꝯ
formam legis. ¶Nam dico ꝙ lapſus tp̄is fecit iſtis hoc ꝑiudiciū,
q͞a potuerunt pronunciari haberi ꝓ ꝯfeſſis; ſed non abſtulit eis li-
centiā datam a iure, ſ. reuocandi cōfeſſionem prædictā re integra
in his præparatorijs iudiciorum, q̃ non ſunt magni ꝑiudicij. Ideo
mitius agit̄ in eis, q̃ in deciſorijs.l.& ſi poſt tres. cum ibi not.& l.
ſi ſeruus.§.ſi pluriū. ff. ſi q̄s cau. ꝓcederet.n. allegatio facta in ꝯ-
riū, ſi ius cōe non ꝯcederet hāc lnīam pœnitendi; ſed q͞a cōcedit,
non eſt dicendū, ꝙ ſtatutū præfigens certū terminū ad rñdendū,
alias uolens quē haberi pro ꝯfeſſo, uoluerit auferre illam lnīam
poſtq̃ ſatis operat̄ in uno l.ſi qñ. cū ibi not. ff. de inof. teſt. niſi di-
cat expreſſe, ꝙ poſtea nullo mō audiat̄ uolens pœnitere, qđ hic
non eſt; & ſatis operat̄ lapſus termini, q͞a non admittent̄ ad reuo-
candum primā ꝯfeſſionē; niſi refuſis expenſis factis ꝑ pillā, forte
in dando libellū quē habebit retrahere. C. de eden.l.edita. in fine,
& ꝑ Bal. in l.cogi. de pe. hære. Nō ergo hic ponit̄ tp̄s ad purgatio
nē moræ, ſed ſolum ad inducendum fictam ꝯfeſſionē. Hoc igitur
fundamentū, ꝙ non allegauerint titulū a principio &c. ꝯ. terminū,
penitus nō eſt bonū, nec ꝯcludit intentionē actoris ad uictoriam
obtinēdā. Nec primi iudices fuerunt hoc ſecuti, licet q͞dā ꝯſultor
de ipſo fecerit magnū ꝯputū; q͞a uideo qđ primi iudices abſolue
rūt ꝑfatos reos cōuētos ab illis poſſeſſionibus, q̃ ꝯtinent̄ in duo-
bus inſtr̄is productis corā eis ante libelli dationē, & ſic in illis ad-
miſerunt pnīam & reuocationē præfatā, & in hoc bn̄ fecerūt. Sed
melius feciſſent repellere a limine iudicij; & nō ꝯpellere eos rñ-
dere libello ſuper petitione hæreditatis, poſtq̃ illa non datur ꝯ ti-
tulo poſſidentē, & hic eis cōſtabat de titulo, & p ꝯñs impediebat̄
litis ingreſſus, p ea q̃ no. Bar. in l.nā & poſtea. in prin. ff. de iureiu.
q̃ dicit exceptionē orientē ex lege dicente actionē nō dabo, litis
ingreſſum impedire; & hic eſt hmōi, cū multæ leges hoc dicāt pe
titio. hæredi. nō dari ꝯ titulo poſſidentē. debebāt ergo ꝓnūciare
dictū agentē audiri nō debere, nec libello ſuo fore rñdendū tanq̃
cōtinēti actionē ineptā, q̃ ꝓnunciatio fuiſſet interlocu. Ipſi uero
ꝑmiſerūt litē conteſtari, & abſoluerūt diffinitiue, & ſic ꝑmiſerūt
actorē fatigari ſuperuacanea lite, in qua uidebāt ipſum obtinere
non poſſe, qđ facere non debuerunt. ff. de inof. teſt.l.2. Sed tran-
ſeat hoc, poſtq̃ ꝑdictos abſoluerunt a prædictis, ſicut debuerunt.
Sed inquantū ꝯdemnarunt in alijs, quorū tituli non fuerunt pro-
ducti ante litē conteſtatā, licet fuerint ꝓducti poſt, male fecerūt
2 & peſſimè. † Forte.n. ſe fundauerunt ſuper gl. dictæ l.cogi. q̃ uult
ꝙ ille q̃ allegat titulum debeat ipſum ſtatim probare, al's habebit̄
pro non allegato. Sed illa gl. debet intelligi ſanè. ut ibi no. & de-
clarat Bal. in 4. col. ſ. quantum ad excludendū agentē a limine iu-
dicij; q͞a ſi hoc facit libel. ſuper petitione hæreditatis, non debet
recipi, nec tenetur reus illi rñdere. Non autem debet intelligi gl.
illa; ꝙ ſit neceſſe docere de titulo ante litem cōteſta. pro uictoria.
obtinenda per diffinitiuam ferendam ſuper petitione hæredita-
tis; quoniam iura, quæ producuntur pro tali diffinitiua obtinen-
da debent produci poſt litem conteſta. non ante. extra ut lit. non
conteſta. per totū. C. de probatio.l.exceptionem. cum ibi no. vel
forte motæ fuerunt ex his quæ no. Cyn. in additio. in d.l.cogi. in
fi. & dicitur fuiſſe opi. Ricar. malum. uidelicet qđ excep. tituli di
citur dilatoria, & ſic eſt probanda ante litē conteſta. Sed certe de
buiſſent uidere Bar. Guil. de Cu. & Bal. qui dicunt, ꝙ eſt ēt perem
ptoria, quia ponit ius agentis, & iō poteſt ꝓponi & probari poſt
litem conteſtatam in uim peremptoriæ pro diffinitiua obtinen-
da; ſi non fuit propoſita, vel probanda ante litē conteſtatā, licèt
ēt ſit dilatoria & poſſit proponi & probari ante litē conteſta ad
impediendū proceſſum; vt.ſ. oſtendi. Sicut uidemus de exceptio
nibus litis finitæ, & rei iudicatæ, tranſactionis, & iuriſiuran.l.ele-
ganter.§.ſi quis poſt. ff. de condi. indebi. & in c.1. de lit. conteſt. li.
6. Debuerunt ergo abſoluere diffinitiuè ēt ab illis quarū tituli &
inſtrumenta fuerūt producta poſt lit. conteſt. ſicut ab illis quarū
inſtrumenta fuerunt ante producta. In illis aūt q̃ fuerunt ante ꝓ-
ducta, poterat libellus a principio reijci, ut.ſ. dixi. ſed in alijs nō,
ſed ſnīa diffinitiua debuit obtineri ſine quacunque dubitatione,
cùm iudicibus conſtaret de meliori & fortiori iure, q̃ prætende-
ret agens; ſm̄ ea q̃ plenè no. per doc. in d.l.cogi. Fuit ergo dicta
condēnatio iniuſtiſſima, maximè qñ p agētē nō ſolū poterant re
pelli per exceptionē tituli, ſed ēt per exceptionē quē de euict. te-
net actio. cū pr̄ iſtius agentis diuiſerit iſta bona cū autore iſtorū
fratrū, & ſe obligauit ad defenſam, & ille ceſſit iſtis fratribus oīa
iura & actiones quas habebat occaſione illarū rerū; & ſic iſti fra-
tres nō ſolū habebant exceptionē, q̃ tranſit in ſingularē ſucceſſo
rē. ff. de iur. delib.l. ēt in rē. ſed ēt actionē ceſſam. ff. de euict.l.ſi res.
3 ¶†Sed ſi q̄ritur an in executione dictarū ſnīarū, ſi cōtingeret eas
nō retractari, poſſit opponi dicta exceptio, quē de euictiōe tenet
actio. Rñdeo ꝙ nō, ſiue fuit oppoſita & repulſa, ſiue nullo mō op
poſita, ſed dēt agi de euictione tex. in l.vendicantē. cū l.ſeq. ff. de
euictio. alias fruſtratoriē eſſent dictæ ſnīæ eluſoriæ. Nā perēpto
a riæ exceptio. nō poſſunt opponi poſt ſnīam[a], q̃ tranſiuit i rē iudi-
catā.l.perēptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. exceptis illis de quibus.
in l.1. C. de iur. & fact. igno. inter quas iſta non eſt. Nā per eā im-
pugnaretur ſnīa de iniquitate, ſi poſſet opponi ad impediendum
executionē ſimpliciter; iō non dēt admitti, cùm ſnīa poſtq̃ tranſi
uit in rē iudicatā, non poſſit de iniquitate redargui, nec de illa q̃
2 inſit re ipſa, nec de illa q̃ fraude & cōſilio.l.ſi prætor. in princ. ff. de
iudi. Sed excep. per q̄ nō impeditur ſimpliciter executio, ſed mo
dificatur; vt eſt exceptio, ne quis exigat̄ vltra q̃ facere poſſit, vel
exceptio inuentarij, ne vltra vires hæreditatis quis cōueniat̄; quæ
magis ꝯcernūt executionē q̃ ſnīam, bene poſſunt opponi i execu
tione.l.Aurelius.§.fin. ff. de re iudi. ff. ſolu. matri.l. ex diuerſo.§.
fi. & vtrobiq; not. & ad ꝑdicta facit qđ no. Spec. in ti. de exceptio.
§.ſi. verſi. illud q̄ri. qui dicit excep. precij nō ſoluti nō poſſe oppo
ni poſt ſnīam in executione. Sed per uiā agendi dēt peti, quod ēt
refert & tenet Bar. in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit. in fi. ff. de
iureiu. Nec ēt eſt tractandū de excep. dolo facis petere quod reſti
tuturus es; qm̃ non eſſet iſte actor conuentus & conuictus de eui
ctione reſtituturus iſta eadē bona, ſed preciū & intereſſe. ¶Sed
bene vr̃ probabiliter dici poſſe, ꝙ poſſit opponi exceptio reten-
tionis iſtorū bonorū quouſq; ſit iſtis fratribus reſtituta pecunia
q̃ ſoluerant in emptione & oē intereſſe ab iſto agente, qui ex per
ſona patris ſui cuius eſt hæres, & qui ad hoc tenebatur, cùm ſe ob
ligauerit ad defenſionem ad hoc tenentur, cùm oīs actio cōpe-
tens autori iſtorum fratrum occaſione iſtorum bonorū fuerit eis
ceſſa, & ſic pro illo debito quod poſſunt incontinenti per oſten-
ſionē inſtr̄i oſtendere, videntur habere retentionē iſtarū rerū. Tū
ex eo quia occaſione dicti pretij ſoluti ad eos peruenerunt dicta
bona, per ea q̃ habētur & not. in l.ſi nō ſortē.§.ſi centū. ff. de cōd.
indeb. in fi. per Bar. & l.ſi cum aurum. ff. de ſolu. ff. de pigno. actio
ne.l.eleganter.§.qui reprobos. & per Cyn. in l.fi. C. commo. pro
quo ēt tex. in l.ſi duo.§.Marcel. ff. de iureiu. Tum quia iſta exce-
ptio non impedit ſimpliciter executionē, ſed differt ad tp̄s, & ſic
non redarguit ſnīam de iniquitate, ſed limitat executionem re-
ſpectu tēporis; & ſic uidetur idem, quod in illa quæ limitat reſpe
ctu rerū.l.miles ita hæredem.§.& quia diximus. ff. de teſtament.
milita. ſecus in illa quæ ſimpliciter impediret, ut.ſ. dixi. Propter
quæ ur̃ dicendum, quicquid dicat Specul. & Bart. in locis ſupra
allegatis; ꝙ excep. pretij non ſoluti poſſit opponi in executio-
ne ſententiæ, ſi in primo iudicio non fuit oppoſita; quia non im-
pugnaret ſententiam, nec impedit ſimpliciter executionem; per
dictum.

a ¶Poſt ſētētiā. Sed q̄d in minore, dic idē qñ ſententia trāſiuit in rem iudicatam; ſed bene pōt reſtitutionem in integr. petere. ita do. Bart. Soz. in conſil. 199. uerſi. ſm maiorē ibi, nam li cet. in ſecūda parte.

dictum.§.Marcellus. Et hæc vera, niſi aliquid opponeretur ꝫ in-
ſtrumenta, propter quæ redderetur dubium an iſte teneretur de
euictione, vel non, quia exceptiones requirentes altiorē indaginē
a non debent retardare executionem a eorum quæ liquida ſunt. l. il
le a quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebel.l.2.C.de edic.diui Adria.
Tollen. & hoc relinquerem arbitrio iudicis exequentis, quia non
eſt ſimplex executor, ſed cū iuriſd. vt videat ſi illa quæ opponerē
tur ꝫ inſtrumentū diuiſionis, in quo pater iſtius agentis ſe obliga
uit ad defenſam & ad non veniendū ꝫ, ſint probabilia, & tunc fa-
ciat executionem & illa reſeruet in ordinario iudicio, quo de eui
ctione agetur, an non; & tunc executionē differat. per ea quæ no.
per Bar. in l. a diuo Pio. de re iudi. in princ. iūcta l. nam & poſtea.
ff. de iureiu. & l. ſi is a quo.§.ſi ff. vt leg. no. cauea. & quod not. in
c. de cætero. de re iudicata, per Inno. & c. paſtoralis.§. quia verò.
de offi. deleg. Et hæc dicta ſint quo ad principalia bona.

SVMMARIA.

1 *Trebellianica non detrahitur de relictis ad piam cauſam, ſicut nec falcidia.*
2 *Legata dicuntur pia, non reſpectu eorum quibus relinquuntur, ſed reſpectu cauſæ propter quam relinquuntur.*
3 *Hoſpitale dicitur locus pius, etiam ſi ſine autoritate Epiſcopi erectum fuit. Locus pius qui differat a ſacro & religioſo.*
4 *Relictum pro anima uidetur relictum ad pias cauſas.*

CONSILIVM CLXVII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Præſuppoſita
pro vera opinio.
1 prædicta. † ꝙ de relictis ad piam cām non detrahatur
b trebellianica, b ſicut non detrahitur falcidia, quam te-
net Specul. in tit. de inſtru. edi.§.compendioſæ. & Bar. in l. Marcel
lus. ff. ad Trebe. & Bal. in Auth. ſimiliter. C. ad l. falci. pro eo quod
dicit iſta dña, ꝙ iſtud hoſpitale de quo quæritur, non debeat gau-
dere hoc priuilegio, ſi non apparet ipſum fuiſſe conſtructum au-
toritate Epiſcopi interueniente, quaſi per hoc non poſſit dici lo
cus pius vel religioſus. Facit primò quod habetur in Auth. de ec-
cle. titu.§.ſi quis autem voluerit. & §. ſi quis in ſua domo. Item
quod no. Hoſtien. in ſumma de religioſis domi.§.2. ante fin. & §.
3. Item facit glo. in clem. quia cōtigit. in fin. de religio. domi. &
quod expreſſe notare vr̄. Bal. in auth. hoc ius porrectum, C. de
ſac. ſanc. eccle. in fi. 1. col. in ver. 2. uidendum eſt ubi dicit talia ho
ſpitalia non gaudere priuilegijs piæ domus. alleg. 18. q. 2. c. qui-
dam in glo. & ad idem, quod ipſe idē Bal. no. in l. orfanotrophos.
C. de epiſco. & cler. ante finē, vbi dicit legē illam, quæ priuilegiat
talia pia loca, non habere locū niſi quā ſunt erecta autoritate Epi
2 ſcopi. Alioquin n. dicuntur prorſus prophana. ergo &c. † Sed in
contrarium diligenter eſt aduertendum, ꝙ iſtud priuilegiū, ꝙ nō
detrahatur falcidia vel trebellianica de relictis, non datur loco,
cui relinquitur, ſed datur cauſæ ob quā relinquitur; vt patet ex-
preſsè in auth. ſimiliter. C. ad l. fal. & in corpo. vnde ſumitur, de
eccl. titu.§. ſi aūt hæres. in quibus dicitur ceſſare falcidiam de reli
ctis ad pias cās. non aūt dicit de relictis pijs locis: Vnde ſi relin-
queretur pro anima ſimpliciter, uel pauperibus, gn̄aliter non re-
ſtringendo ſe ad certum locū. Et ſic Epiſcopus haberet capere,
& diſtribuere uel diſpenſare non dato executore teſtamentario,
vel eo dato & negligente per annum in Auth. de eccle. titu.§. ſi quis
pro redemptione. C. de epiſcopis & clericis l. nulli. & auth. licèt.
locū haberet in tali relicto præfatum priuilegiū quartæ non de-
trahendæ, vt no. Bal. in d. Auth. ſimiliter. & Spec. in titu. de inſtru.
edi.§. nunc. uerò aliqua. uer. & ſcias. Et hoc non niſi propter præ
rogatiuā cauſæ, ob quā fuit relictum, non propter prærogatiuā
3 loci, quia non fuit relictū loco, ſed perſonis incertis. † Sed cōſtat,
ꝙ poſito quod eſſet uerum illud quod ſibi in contrarium dixi. ſ.
ꝙ tale hoſpitale non diceretur locus pius, quod tñ eſt falſum vt
ſtatim dicam; nihilominus legata & fideicōmiſſa tali loco relicta,
tanq̄ relicta pia & ob piam cām vel miſerabiles perſonas capere
poteſt Epiſcopus, non ipſe locus, ſicut ſi fuiſſent facta ſimplici-
ter perſonis id eſt pauperibus ſine expreſſione certi loci, vt in-
quit Bal. in dicta Auth. hoc ius porrectū. loco. ſ. alleg. igitur ceſſa
re dēt falcidia vel trebellianica, ſicut & in aliis q̄ relicta ſunt ſine
expreſſione certi loci. Si tamen conſtaret de contraria volunta-
te defuncti, quòd Epiſcopus non capiat, ſed regentes dictum
hoſpitale, & quòd ipſi diſtribuant, illi præferuntur Epiſcopo; ſi-
cut & tutor teſtamentarius præfertur legitimo, & ita eſt in caſu
noſtro quia deputati ſunt executores in dicto loco ſuper his quæ
relinquuntur. Vnde relinquentes hoc ſcientes, cenſentur eo-
rum iudicia committere diſtributioni illorum. argu. bonum

a ¶ Executione. uide q̄ habētur p d. Alex. de Imo. in cō ſil. 98. I pe. co. in 4. parte, & in cō ſil. 99. eadē parte.
b ¶ Trebellianica. ad de eūdem Pau. ꝫ. in conſi. 304. in 1. parte. & in conſi. 67. nu. 4. & in conſili. 152. nu. 6. in hac eadem parte. Adde tu Alex. in cō ſil. 14. inci. attētis uerbis teſtamēti. co. ſi. uer ſi. & trebellianica in 4. uolu. ubi dicit ſe ſp ſecutū fuiſſe hāc opi. legendo, & conſulēdo, & ita conſuluit etiā Lu. Ro. cō ſil. 239. inci. in re hac breuis ero. uer. quo ad fin, ubi dicit hanc eſſe ✱ cōmunē. & ab ea in iudicando & conſulendū non diſcendendum. H.F.
c ¶ Cām. ſed quid ſi relinquatur diuitis & non egeno, & in teſtamēto dicatur ꝙ relinquitur pro aīa & ad pias cās, an ob piā cām relinqui dicatur, & tale teſtamentum in quo nō eſſet ſolēnitas ſeruata, ualeat? uide Bal. in cōſ. 33n, in 5. parte.
d ¶ Pietatis. uide dom. Pet. Phili. Cor. in cō ſil. 308. nu. 9. in 3. parte.

ad hoc. ff. de acq. hær. l. ſi duo. in fine. ¶ Non eſt ergo curādum, ꝙ
locus non ſit religioſus poſito ꝙ hoc eſſet uerum, ſeu pius, poſtq̄
4 cā ob quam fuit relictum eſt pia ſine dubio. † quā quicquid relinquit
c pro aīa, dr̄ relinqui ob piam cām, c ut no. gl. quæ reputatur ſing. in
l. ſi quis Titio. ff. de leg. 2. & Bal. in l. vlti.§. ſed ſi quis. C. cōm. de
leg. & poſtquam hoc priuilegium datur cauſæ, non loco. Lōga. n.
eſt dr̄ia inter iſta, prout in ſi. not. de priuilegiis dotis, quorum q̄-
dam dantur rei, quædam ꝫctui, q̄dam actioni, q̄dam cauſæ uel in-
ſtantiæ; iux. ea quæ plenè no. in l. 1. ff. ſol. mat. Præterea non eſt ue
rū, ꝙ non ſit locus pius, imo eſt, cū pius dicatur ab operibus pieta
d tis d, & negari non pt̄ quin ibi exerceantur opera pietatis, ut dicit
dicit Spe. in dicto uer. & ſcias. Sed fateor, ꝙ non eſt locus eccleſia
ſticus, ſeu religioſus uel ſacer, ut ibi poſſint ſacra celebrari, uel
erigi altare, uel campanile, aut cimiterium, q̄ ſunt ſigna non dico
pij loci, ſed ſacri uel religioſi; & ita loquuntur in ꝫtrium allegata.
& ſi aliquid iſtorum hr̄et, licèt aſr̄ de authoritate epī quod inter-
ueniſſet a principio non appareret, ex hoc tñ pſumeretur, ut not.
in d. clemen. quia contingit in fine; nec eſſet locus perpetuus, ſed
poſſet ad nutum deſtrui ſi non interueniſſet, aliàs ſecus, ut ibi no.
& in Auth. de ſan. epiſ.§. ſi quis aūt uolueritis. uerſ. ſi uerò ſemel.
nec requiritur ſolennitas in alienatione bonorum ſibi obuenien
tium, quæ requiritur in bonis eccleſiaſticis; ita loquitur Bal. ubi
ſ. ſed pius locus eſt; & relicta ſibi facta gaudēt priuilegijs relicto
rum ad piam cauſam. ſ. ne patiantur detractionem. ut s. dixi.

SVMMARIA.

1 *Agens hypothecaria debet probare dominium fuiſſe pignorantis rem tempore contractus, aliàs ſuccumbit probando ſolam poſſeſſionem, ſecus in Saluiano interdicto.*
2 *Bona filii hæredis an ueniant in generali obligatione facta per patrem.*
3 *Tempus uoluntariæ abſentiæ non detrahitur de præſcriptione aduerſus actionem hypothecariam.*

CONSILIVM CLXVIII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Viſo puncto ſ.
ſcripto etiā oībus
ſ. vr̄ finaliter dicendum, præfatam ſententiam latam in
fauorem dicti D. Antonij fore reuocandam in cauſa ap
pellationis, dictumq́; Ioannem fore abſoluendum a petitione di
cti agentis ea potiſſima ratione; quia præfatus D. Antonius non
probauit ea quæ ſibi incumbebant ad fundandam ſuam intētio-
1 nem. † Nam ipſe egit hypothecaria non Saluiano interdicto, in
quo ſufficit probare poſſeſſionem ſui authoris; in hypothecaria
uerò non ſufficit. Sed eſt neceſſe probare dominium directum,
uel utile, ſeu aliud ius in re, puta quaſi dominium, uel aliud pro-
pter quod author potuiſſet auocare rem a poſſeſſore. ff. de pig. l.
ſi ab eo. & l. & quæ nondum.§. quod dicitur. vbi dicitur, ꝙ habet
neceſſe probare qui agit hypothe. rem fuiſſe in bonis obligantis
tempore obligationis contractæ; & non dicitur fuiſſe, niſi pro ea
haberet tam exceptionem quàm actionem. l. rem in bonis. ff. de
acqui. rerum domi. Iſte autem D. Antonius non articulauit nec
probauit, ꝙ ille Io. qui hypothecauit bona ſua pro iſta dote reſti
tuenda fuerit dominus iſtius rei petitæ directus uel utilis, uel ꝙ
aliquod ius in re habuerit; ſed ſolum quod tenuit, & poſſedit eam
pro ſua, & tanquam ſuam, & teſtes eius de ſola poſſeſſione depo
nūt. Quidam de decem annis. Quidam de uiginti, nec aliquid de-
ponunt de titulo. Conſtat autem ꝙ ſola poſſeſſio lōgi temporis
ſine titulo, etiam ſi ſit cum bona fide, nō ſufficit ad acquiſitionem
dominij directi, uel utilis, uel alicuius iuris realis, propter quod
poſſeſſor ſi caderet poſtea a poſſeſſione, poſſet rem ab alio auoca
re. C. de rei uendi. l. nullo. licet ſufficiat ad acquiſitionem ſeruitu
tis prædialis. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uendi. ſed propter eam
nō poteſt res auocari. Sed ſolum ipſum ius ſeruitutis. l. 2. eodem
tit. Ergo talis poſſeſſio ſine titulo non ſufficit agenti hypotheca
ria; ita determinant hoc Spe. in tit. de obli. & ſolu.§. 1. uer. ſi pro-
bo. & Cy. in l. cum res. C. quæ res pig. oblig. poſ. & Barto. in l. rem
alienam. ff. de pig. actio. licet quidam diſtinguant. An poſſeſſor ꝫ
quem agitur, habeat cauſam a debitore qui obligauit, uel non.
Et ſi habet, an ei immiatur; uel non; ut no. in Spec. loco ſupra alle-
gato, uerſi. ſequen. poſt illum uerſic. quid ſi probo. & Cyn. in d. l.
cum res. Sed Bar. illam diſtinctionem reprehendit, in dicta l. rem
alienam. dicens quòd haberet locum in agente, non in excipien-
te; & tenet quòd indiſtinctè non ſufficiant probare poſſe. debito-
ris, niſi probetur aliud quod iunctum cum ea ſufficeret ad acqui-
ſitionem dominij; puta titulus, & longa poſſeſſio, uel longiſſima
poſſeſſio ſine titulo, quorum neutrum eſt hic. Nec ob. ſi dicatur,
licèt

licet non ſit probatus titulus dicti Ioannis, benè tñ videtur pro-
batus titulus filii ſui. ſ. hæreditarius qui ſufficiens eſt quo ad
3 præſcriptionē longi temporis.ff.pro hærede. per totum. ¶†Sed
reſpondeo dupliciter. primò ꝙ filius in poteſtate nō poteſt præ
ſcribere titulo pro hærede, nec pro ſuo. ff. de hæred. l. nihil.cum
ibi plenè no.& poſito ꝙ potuiſſet, tñ non caderet dicta res acqui
ſita per filium & hæredem in generali obligatione facta per pa-
trem eius de bonis quæ habebat uel habiturus erat.tex.eſt not.in
l.Paul.in prin.ff.de pigno.ſolum.n.illa cadebant,quæ erant ſua tē
pore contractæ obligationis, vel poſtea effecta fuerunt ſua ante
mortem,& ante diſſolutam obligationem.l.1.in princi. ff. de pi-
gno,non illa quæ nunq̃ fuerunt ſua, licet poſt eius mortem acqui
ſita fuerint per hæredem,ut dicta.l.Paulus. Hic uerò ex deductis
& probatis non apparet, ꝙ ille Ioannes debitor principalis ha-
buerit aliquod dñium directum, vel utile, ſeu quaſi dñium, ex
quo non eſt probatus titulus nec poſſeſſio longiſſimi temporis;
ſed longi dumtaxat, poſito ēt ꝙ dicti teſtes probent longā poſ-
ſeſſionē ipſius,licet contrariū dicatur. ꝙ aūt iſte uideatur inten-
taſſe hypo.& non ſaluianū interdictū,in quo ſufficit probare poſ
ſeſſionē autoris,ſatis colligitur ex concluſione libelli,quæ debet
attendi,iux.no.in l.Aurelius.§.ſticho.ff.de lib. leg. Nā petit decla
rari petiā terræ, de qua agitur fuiſſe in bonis dicti Ioannis, quod
eſt neceſſariū in hypo.non in Saluiano interdicto; non aūt ipſum
tenuiſſe & poſſediſſe,licet in narratione hoc poſuerit; ſed magis
inſpicitur concluſio,vt not.in d.§.ſticho. utrū aūt deductis tēpo-
ribus deducendis decurſum fuerit legitimū tēpus ad præſcriptio
nē neceſſariū, & an uetus ſtatutū vel nouum locū habeat in caſu
nr̃o, ex cā proſequi omitto; quia neq; eſt neceſſarium pro inten-
tione dicti rei & poſſeſſoris, cū ſupraſcripta ſibi ſufficiant. l. qui
accuſare.C.de eden. ſed unū non omitto, ꝙ præſuppoſito ꝙ lo-
cus ſit ueteri ſtatuto in hac præſcriptione,ſm ꝙ ia hyppothe.ſuf
ficiebat tp̃s.30.ann. & ꝙ illud tp̃s ſit decurſum deducto tēpore,
quo dictus dñs Antonius ſtetit in carceribus pp decretum dñi
3 Mant.†Non eſt dicendum, ꝙ.n.debeat deduci tp̃s quo ſtetit ab-
ſens, & in poteſtaria; qm̃ talis præſcriptio longiſſimi tp̃is & ēt lō
gi currit ꝫ abſentem & ignorantem.l.fi.C.de præſc.long.tempo.
& C.de præſc.30.ann.l.ſicut.nec obuiat ſtatutum Mantuæ; quia
loquitur de illo qui abeſt ex cā neceſſaria; vt patet ex eius teno-
re, ſed hic dicitur ꝙ aberat ex cauſa uoluntaria cum ſuo commo
do, & honore; & ſic eſt ſibi imputandum quare non miſit procu
ratorem ad interrūpendum præſcriptionē.ff.de diuer. & tempo.
præſcrip.l.1.ubi caſus.nec ēt eſt ſufficiens ad impetrandū reſtitu
tionem talis uoluntaria abſentia.iux.plenè not.ff. de in integ.re-
ſti.l.fin.per gl. & docto. Similiter nec prætenſa ignorantia alleg.
ꝙ ignorabat ſororem ſuam, cuius dicit ſe hæredem,fuiſſe credi-
tricem hæredem mariti de dicta dote,quod non potuit eſſe iuſta
ignorantia poſtquā fecit ſe hæredē illius,quia debuit inueſtigare
iura illius ad effectū agendi;licet aliud ſit quantū ad effectū exci-
piendi.iux. ea quæ habentur. in l. qui in ius alterius. ff. de regul.
iu.& quia uerisimile eſt quod ſciuerit facta ſororia.l.octaui.ff.un
de cogna.& quia poſito ꝙ aliquando ignoraſſet, ſi poſtea perue
nit ad eius notitiam ante completam præſcriptionem, & potuit
eam interrumpere, & non interrumpit, ſed permiſit eam cōple-
ri, ſibi imputet, qm̃ tempus negligentiæ abſorbet tempus igno-
rantiæ,ut ad illud non poſſit peti reſtitutio in integrum,vt dedu-
catur de præſcrip. iux.plenè not.in l. quod tempore. C.de teſta-
ment.mili.ff.quib.ex cau.maio.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimplici
ter. & iſta pro nunc dicta ſufficiant.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum dubium,in quo non apparet de certa & efficaci cauſa, nō meretur executionem.*

2 *Inſtrumentum ſi continet cauſam,quæ poteſt eſſe efficax & turpis tanquam probatio non releuat producentem.*

3 *Probatio dubia quæ pōt ſe habere ad eſſe & non eſſe,non releuat probantem.*

4 *Teſtes ſingulares alii conteſtantes contrauenientibus faciunt probationem,præſertim in probanda ſimulatione contractus.*

5 *Iudicium executiuum licet ſit ſummarium habet ſuam inſtantiam ſicut ordinarium,& in eo habet locum iuriſdictionis præoccupatio,ſicut in ordinario.*

CONSILIVM CLXIX.

IN Chriſti nomine Amen. ¶Viſo puncto
& dubio ſupra
ſcripto. Ac ēt uiſo & examinato vtroq; pceſſu tā pri
cipalis cāæ, q̃ appellatiōis,nec nō dictis teſtiū exami
natorum in hac cauſa. Vr̃ finaliter dicendum ſuperfluis omiſſis,
& inſpecta ueritate quæ luce clarius pt iudici apparere. Et quam
quilibet bonus iudex defenſare debet toto conatu; qm̃ ad nihil
aliud poſitus eſt,niſi ut ueritatem tueatur.ff. ſi quis cau.l.ſi eum.
§.j.ff.de proba.l.ſi.C.de eden.l.2.in fi. & ibi no.in fi. gl.quæ inci-
pit,officio.& in Auth.de tabel.in prin. Quòd iudex app̃onis de-
beat reuocare quicquid factum eſt per iudicem primæ cauſæ, &
præfatis petentibus debeat ſilentium imponere ſuper dicto præ-
tēſo inſtr̃o obl̃onis pluribus de cauſis omiſſo ordine dubiorum
1 ī.formatorum. ¶†Et primò,quia dictū inſtr̃m non vr̃ continere
cauſam probabilem & efficacem ad obligandum; dicit.n.ex pre-
tio & ex mercato, & ſol̃one quatuor centum auri &c. quæ uerba
uerba ſunt obſcura,& poſſent pluribus modis intelligi,& inter-
pretari.ſ.ꝙ eis mutuauerit,uel ꝙ pro eis alteri ſoluit,uel promi-
ſit, uel ex cauſa honeſta, ſeu turpi & inhoneſta; prout re uera dr̃
hic fuiſſe, ſm ꝙ ex pluribus colligitur; quia ut dr̃ fecerat quandā
promiſſionem officialibus pro dictis promiſſoribus ut decapita-
rent quendam eorum inimicum, quem captum habebant, quod
fuit turpiſſimum ēt ſi ille erat culpabilis.ff.de calum.l.j.& per to
tum.C.de pœna iud.auth.nouo iure.& per totum.C.qñ prou. nō
eſt neceſ.l.uenales.cum ſi.quia iudex tenebatur hoc facere ex ſuo
officio,ſi erat culpabilis; ideo turpiter recipiebat.l.fin. de condi.
ob tur.cām per quod tollitur allegatio facta per aduocatum alte
rius partis,qui dicit hoc fuiſſe licitum; quod falſiſſimum eſt, & ꝫ
omnia iura. Neſcit tñ negare, quin fuerit facta ex iſta cā,licèt di-
cat eam non fuiſſe turpem; & dicit eam fuiſſe impletam,quia ille
fuit decapitatus,nec apparet an ille fuerit culpabilis,uel non,nec
præſumitur pro ſnĩa niſi quantum ad illum ꝫ quem lata eſt, non
quantum ad alias perſonas. C. res inter alios acta. per totum.
2 ¶†Cum igitur ad propoſitum redeundo, uerba prædicta ſint du
bia & obſcura; q̄ a pluribus modis pñt intelligi.l.ſi ita fidei.ff.de
iure fiſci.& pñt continere non ſolum cām efficacem ad obligan-
dum,ſed ēt inefficacem, non dr̃ præfatum inſtr̃m continere legi-
timam & ſufficientem cauſam ad obligādum,& per ꝯñs ex eo nō
reſultat efficax obl̃o; imo obſtat doli exceptio, ac ſi nullam cām
contineret, cum ſtipl̃o & promiſſio non obliget niſi contineat
2 cauſam obligatoriam^a.ff.de doli exce.l.2.§.circa. & quia ex teno
re inſtr̃i producti hoc ꝯſtabat iudici, & per ꝯñs ut iudici non fuit
neceſſarium per partem opponi, ſed ipſe iudex ex officio debuit
petētem repellere.iux.no. per Bar. in l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de
uerb.obl.& quod no.gl.in l.ubi pactum.C.de tranſac.& in l.1.ff.
offi.aſſeſſo.& per Inn.in c.conſtitutum.de fil.presby.& quod no.
gl.in l.2.§.quod ſi actor.C.de iur.calum.quæ incipit.ꝑ hoc. Nec
ob.ſi dicatur debere ſufficere ad intentionem petentium,ꝙ dicta
uerba pñt importare cauſam efficacem; quia imo dicendum eſt
econuerſo,ꝙ ſufficere debet ad intentionem reorum, ꝫ quos di-
ctum inſtr̃m inducitur ad probandū ꝙ poſſint continere cauſam
3 inefficacem.†cùm dubia probatio,quæ pt ſe habere ad eſſe & non
eſſe,non releuet probantem.l.non hoc. ff. unde cogna. & in c. in
pñtia.de prob. unde ſicut ſi teſtes producti ad probandum inten-
tionem prædictorum dixiſſent dicta uerba, non probarent eam
ratione prædicta;ita & inſtr̃m continens ea non probat.arg.C.de
fide inſtru.l.in exercendis. ¶Secunda ratio manifeſta & euidens,
quare debeāt reuocari geſta per primum iudicem,eſt ꝙ huic de-
bito & etiam hypothecæ fuit præſcriptum,poſito quòd fuiſſet ef
ficax,cùm a tp̃e inſtr̃i confecti uſque nunc lapſum ſit tp̃s 50.ann.
& ultra.l.cum notiſſimi.C.de præſcrip.30.ann. Nec obſtat ſtatu-
tum Pergami, quod diſponit certa tempora deducēda de præſcri
ptionibus; quia dr̃ ꝙ fuit noniter factū iam ſunt duo anni. ¶Vñ
cum tunc iam eſſet decurſa & completa præſcriptio, & ex ea q̄ſi-
ta parti exceptio, ſtatutum prædictum generale quod tendit ad
exceptionem præſcrip. tollendam, non extenditur ad illam præ-
ſcrip.ita determinat expreſſè Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti. &
iur.in 5.q.principali.q.vlti.in qua tractat,an ſtatuta trahantur ad
præterita.& determinat in illa ultima q. ꝙ ſi in ſtatuto nō dr̃ hoc
expreſſe,ꝙ ad præterita trahatur & tendit ad tollēdum exceptio-
nem; ſi quidem exceptio erat iam orta tempore conditi ſtatuti,
ad caſum illum ſtatutum non extenditur. per l. cauſas uel lites.
C.de tranſac. Sed ſi erat in actu oriendi, ſecus; quia impedit eam
nriri,quod facilius fit, quàm orta tollatur. argu.l. patre furioſo.
ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& licet D.aduocatus alterius par
tis alleget illud dictum Bar.in præfata.5.q.vlti. pro ſe. tamē Bar.
expreſſè & clarè determinat ꝫ ſe,& decidit hoc dubium.ſ.ꝙ præ-

a ¶Obligatoriā ſcī qd ſi ſit ad liberandum an ſine cā teneat. uide do.Pet. Paul Cor. in cōſ.67. nu.4. in 4. parte.

ſtatutum nihil operaẽ in hac præſcriptione iã completa tpe: quo fuit editũ. Plus ẽt idem Bar. determinat in ea.q.5.in 1.q. huius articuli ꝙ ẽt ſi contineret expſſe in ſtatuto ꝙ extendat ad pterita, atẽ nõ extẽderet ad præterita deciſa & determinata p ſniam, trãſactionẽ, iuſſum, uel pſcriptionẽ. & iſte ultimus eſt caſus nr̃. ff. ad Tertul.l.1.§.fi. Nec obſtant no. p Bar. in l.naturaliter.ff. de uſuc. & c.tranſmiſſa.de pſcri.alle. p aduocatũ partis aduerſæ; qa loquũtur qñ tpe guerræ uel peſtis ius nõ reddit in ciuitate, quod hic ut dr̃ non fuit tpibus comprehenſis in ſtatuto; & poſito qđ fuiſſet, non fuit de hoc facta fides in hoc iudicio, p quem ẽt tollit alia allegatio facta p aduocatũ.ſ.ꝙ p pſcriptionẽ longiſſimi tpis actio non tollit ipſo iure, ſed parat aduerſus eã exceptio, & qđ dicta exceptio fuit ſublata p ſtatutũ. Nã imo non fuit ſublata, put determinat Bar. in loco præalle. qa cum ſtatutũ ſit generale, non eſt uериſimile ꝙ uoluerit tollere ius alteri qſitũ, poſtq ſatis pt operari in illis, in qbus non eſt qſitum, ſed ſperaẽ qri; licet ſpãliter ſtatuendo potuiſſent tollere ius qſitum.l.antiocenſium.ff. de priui. cred.l.totiẽs.ff. de pollic. Ita dicit ibi Bar. & in l.ambitioſa de decre.ab ordi.facien. licet pſatus D. aduocatus alle. Bar. pro ſe in dictis.ll. ſed ſi bene aduertaẽ & ꝯſideret caſus nr̃, facit expreſſè ꝯ ſe. Nec ẽt obſtat ſi dicaẽ, ꝙ hic per ceſſionariũ fuit interrupta pſcriptio ꝯ Ioannẽ de Lanzis qui fuit filius, & hæres unius ex duobus reis debendi, & ſic ẽt ꝯ alterum, & eius hæredes cenſetur interrupta.C.de duob.reis.l.fi. qa cũ ille ceſſionarius ſuccubuerit, ut dr̃ cum dicto Ioãne, non pt ille proceſſus allegari ad fauorem illorum petentium, ſed potius ad damnum. arg.ff. de excep.rei iud.l. euidẽter. cum ibi no. & quod in fi. no. Bar. in l.ſepulchri.ff. de ſepul.uiola.& l.ubi ceptum.ff. de iudi.

4 ¶ † Tertia rõ principalis eſt, quia hic plures euidentes adſunt coniecturæ, ꝙ ex dicto inſtrõ nihil debebaẽ huic Doratino; qa nullam pecuniam ſoluerat iſtis pmiſſoribus, nec alteri pro eis, ut patet ex dictis quamplurium teſtium, quorum plures dicũt audiuiſſe hoc a dicto Doratino, & ex liberatione quã fecit Leonardus filius eius de mãdato ut aſſeruit patris ſui p p cãm pdictã, & licet teſtes uideãtur eſſe ſingulares, & ſic non faciant directã pbationem, tñ cõcurrentibus alijs indicijs & pſumptionibus, ſ. lapſu tanti tpis, ꝙ ẽt ſi pſcriptionem non induceret, inducit tñ pſumptionẽ, q iũcta cum alijs pſumptionibus ſufficit ad plenã pbationem inducendam.l.procula.ff. de proba. prudenter alleg. p aduocatum reorum; iunctis ẽt his q uulgariter dñr in loco, ꝙ iſta promiſſio facta fuit ob illam cãm de qua ſ. & attento quod plene probare aliqđ, nihil aliud eſt quàm iudicẽ ad

a ¶ Inducere. adde idẽ per d. Bar. Soz. in cõſil. 189. in uer. ex quibus oibus. in fi. in 2. parte. & in conſ. 89. in fi 6. col in 1. parte.

b ¶ Arbitrio. adde idẽ p d. Bar. Soz. in cõſ. 161. uer. præterea ẽt circa fi. in 2. parte.

a indubitatam fidẽ adducere ᵃ iux. no. p Bar. in l. admonẽdi.ff. de iureiur. non ſolum p teſtes directò probantes, ſed ẽt per indicia & pſumptiones; quia nõ debet iudex ad unam ſpeciem probationis animum ſuum alligare, ſed argumẽtis, & teſtibus ipſum informare, & his q apertiora ſunt & uериſimiliora.ff. de teſti.l.3.§.eiuſdẽ quoq;. & l.ob carmen.§.fi. qa pbationes multũ dependent ex aĩo
b iudicis, & eius arbitrio ᵇ.d.l.3.§.eo magis.ff. de teſti. & qđ no. Bar. in l.ſi qñ in fi.ff. de ui & ui arma. Ideirco dicendũ eſt, ꝙ licet ex pdictis non reſultaret directa pbõ, reſultat tñ adeo adminiculata, ꝙ ſufficit ad intentionẽ maximẽ reorũ fundandã, ut l.ne c.fi. de ſucceſ.ab inteſt. ubi caſus facit.l.indicia.C. de rei uen. Ex qbus iudex diſcretus in ſe cogitet & pſcruteẽ, utrum in aĩo ſuo remaneat clarus, certus, & ĩdubitatus ex his q corã eo pducta ſunt, ꝙ iſtud debitũ non ſit efficax, & ꝙ fuit ꝯctũ ex cã turpi; & ſi ita tenet in aĩo ſuo, prout tenere debet, poſtpoſita.n. affectione debet ſine dubio facere qđ dixi; qa pro eis facit diſpõ iuris cõis de qua ſ. dixi, & ẽt ſtatuti pdicti quod uult ex leuibus pſumptionibus pbari ſimulationem, & iſtæ non ſunt leues, imo urgentes. Nec obſtant allegata in ꝯriũ de l.poſt ꝯctum.ff. de dona. Nam ad pbandã donationem factam in fraudẽ criminis fateor ꝙ oportet pbare crimẽ, ſed nos loqmur de probanda ſimulatione in qua ſufficit probare p coniecturas, ꝙ unũ fuit actum apparenter, aliud exiſtenter. ſ. ꝙ nihil ſit, & ita fuit hic.l. imaginaria.ff. de reg.iur.ff. de ꝯhẽ.emp.l.nuda, cum ſi. & eſt ſciendum, ꝙ licet in liberatione facta p Leonardum iſtis de foreſtis reſeruauerit ſibi iura ꝯ hæredes correi, hoc non habuit uitiare liberationem quantum ad dictos de foreſtis; quia pt unus de correis liberari ẽt per acceptilationem reſeruato iure ꝯ alterum, prout no. Bar. in l.ex duobus. in 3.q.ff. de duob. reis. & l.& per iuſiuran.§.ſi legatorum.ff. de accepti. ad quod facit.l. in his.§.1. cum ibi not.ff. de ſolutio. illud etiam notãdum, ꝙ iudiciũ executiuum, licet ſit ſummarium, & in eo lis nõ conteſteẽ, nihilominus iudicium eſt, & habet ſuam inſtãtiã, ſicut ordinariũ, ut no. Bal. in l.1.poſt prin.C. de iura.calum. Ideò in eo ita locum habet præoccupatio iuriſdictionis, ſicut in ordinario.l.ſi iudex poſtq.ff. de iudi. Poſtremò uĩ poſſe opponi contra proceſſum, ꝙ ad executionem inſtrumenti non liquidi non debet procedi, niſi prius liquidetur. ut not. Bal. in l.2.C. de exceptio, rei iudi. unde debuit hic liquidari ꝙ iſti petẽtes eſſent filij & hæredes illius Doratini, quod factũ non fuit; ideo uidetur executio nulla, per ea quæ not. Bar. in l.multum.ff. de conditio. & demon. cum ſimilibus.

SVMMARIA.

ſed in alio grauamine aliter illato. Itẽ dñt ſtatutũ imponere me-
tam. 40. dierum inſtantijs cauſarum. Sed ſi poſſet appellari ab in
terlocutorijs, tale ſtatutum violaret̃, q̃ rõ falſiſſima eſt. Nã nõ ob
ſtante dicta applõne, ſi iudex ei nõ detulit, nec per ſuperiorẽ fuit
inhibitũ, pôt iudex infra terminum inſtantiæ cãm expedire. c. nõ
ſolũ. de appel, lib. 6. Et poſito, ꝙ nõ poſſet, quia eſſet inhibitum,
non offenderet ſtatutum; quia debet intelligi ſanè, videlicet niſi
lẽtimum ſuperuenerit impedimentũ, ut quia ſit appellatum ab in
terlocutoria. Nam ciuã cõe mandat iudici, ꝙ cãm expediat ĩ. ter
minũ, & tñ ꝑmittit appellare a q̃buſdã interlocutorijs, pp quas
applões protelabitur expeditio ultra triennium, & ſuſpẽdetur
inſtantia triennij. l. intra utile. ff. de minorib. Et ſic quod dicit. l. ꝓ
perandum. C. de iud. debet intelligi niſi fuerit appellatum ab in-
terlocutoria & inhibitum per ſuperiorem. Præfatæ ergo rõnes
tanquam friuolæ & impertinentes non probant quod intendũt
dicere uidelicet ꝙ ſtatutum tollat appellationes a qualibet inter
locutoria; & ſic ſtam' in diſpoſitione iuris cõis. ſm quod in mul-
tis caſibus pôt appellari. Quorũ unus eſt caſus nr̃ p rõnes tactas
in conſilio, & ſic per prædicta uerba ſatis breuia remanent ſine
ſuperfluitate uerborum euacuatæ rõnes nouiter factæ in contra
rium & ɔ dictam appellationem. Et concludendum eſt partes iu
dicis eſſe in pronunciando bene appellatum a dicta termini aſ-
ſignatione

ſignatione, & per conſequens quicquid interim poſt & ꝫ dictã appellationẽ attentatum eſt, fore & eſſe nullum, & de facto reuocandũ, ſicut de facto ꝓceſſit, & ꝑ conſequens ẽt dictã diffinitiuã ſniam, dicto. c. nõ ſolu. & nil noua. appel. pẽdẽ. in rubro & nigro.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Quidã D. Ioannes de ſalgardis de feltro ſuum vltimum & ſolenne teſtm̃ condidit, in quo ſibi hæredes inſtituit pro medietate Sandrum & Bouum fratres & filios quondam ſer Franciſci quondam ſer Sandri de ſalgardis, & eos inuicẽ ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum. Et pro alia dimidia inſtituit hæredes ſuos Victorem & Zandanielem fratres, & filios q. ſer Antonij ſalgardi fratris ſer Sandri de ſalgardis, & eos inuicẽ ſubſtituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicõmiſſum, & hic poſt mortem alterius eorum. Et ſi omnes filij maſculi dicti Franciſci decederẽt abſq; filijs maſculis, ꝙ Victor & Zandaniel & quilibet ipſorum ſuccedant. Et ſimiliter ſi Victor & Zandaniel decedent abſq; filijs maſculis quòd filij prædicti Franciſci maſculi tãtùm ſuccedant, & ꝙ nulla mulier poſſit petere aliquam debitam iure naturæ &c. ¶ Item uoluit d. teſtator, ꝙ dictus Victor q. Antonij ſalgardi, nec Zandaniel eius frater poſſint alienare aliqua de bonis immobilibus relictis per ipſum teſtatorem eiſdem. Et ſi Victor alienauerit, ꝙ dictus Zandaniel poſſit vendicare, & ſtatim non expectata morte alienantis, & ſi Zandaniel alienaret quòd Victor poſſit vendicare, & ſi Victor & Zandaniel non vendicarent; Intelligitur ꝙ per eos non ſteterit. l. 3. §. 1. de adimen. lega. ꝙ filij maſculi dicti Franciſci quondam ſer Sandri vendicare poſſint, vt dicta bona remaneant in domo dicti teſtatoris videlicet de ſalgardis &c. ¶ Primi hæredes teſtõris. ſ. Sandrus & Bouus filij q. Franciſci deceſſerunt ſine filijs maſculis, propter quod ſucceſſerunt ſibi Victor & Zandaniel fratres, dictus autem Victor vẽdidit duas poſſeſſiones quæ fuerunt dñi Ioãnis teſtõris cuidam Sandro de petracho, qui non eſt de domo de ſalgardis; & iſta vẽditio facta fuit tempore quo viuebat Zãdaniel frater dicti Victoris venditoris. accidit quòd Zandaniel deceſſit relictis poſt ſe duobus filijs legitimis & naturalibus & ex diuerſis mulieribus natis ſuperſtite dicto Victore venditore, deinde deceſſit inteſtatus & ſine filijs prædictus Victor ſuperſtitibus dictis duobus filijs prædicti Zandanielis. Iſti nãq; duo filij Zandanielis intẽdunt agere contra dictum Sandrum de petracho emptorẽ, & volunt vẽdicare illas terras & poſſeſſiones, quas vendidit dictus Victor eorum patruus. ¶ Quæritur quid iuris an ipſi filij dicti Zandanielis poſſint vendicare terras & poſſeſſiones venditas per dictũ Victorẽ eorum patruum, an non poſſint de iure vendicare, & ſuper hoc fiat conſilium prout iura diſponunt.

S V M M A R I A.

1 *Teſtator ſi prohibuit alienari bona extra familiam, & unus ex inſtitutis non vendicet in eius vita, an transferat ius vendicandi alienata in ſuos hæredes.*

2 *bona prohibita alienari ſi alienata ſint poſt mortem debentur vendicare, an filii eius non nominati in teſtamento vendicent.*

CONSILIVM CCXXXVIII.

1 IN Christi nomine Amen. ¶ † Videtur dicẽdum, ꝙ filij dicti Zandanielis poſſint vendicare. Quia cũ facta fuerit expreſſa prohibitio alienationis per teſtatorẽ ſaltem facta alienatione per Victorem contra prohibitionem expreſſam incœpit Zãdanieli cõpetere ius vendicandi rem alienatam, nõ expectata morte Victoris, vt no. glo. & doc. in l. cum pr̃. §. libertis. ff. de leg. 2. & patet in l. peto. §. fratre. e. ti. in d. §. libertis. qa dicta alienatio facta ꝫ expreſſam prohibitionem nõ tenet, ſed ab ipſo principio eſt ipſo iure nulla, licet ſi nõ fuiſſet facta expreſſa ꝓhibitio valuiſſet viuẽte Victore, & demũ eo mortuo retractaretũ, vt ibi nota. gl. notab. Quia ſolum ſubeſſet tacita ꝓhibitio legalis, q̃ nõ tñ inficit alienationẽ quantum expreſſa prohibitio teſtõris, quæ reddit eam nullã a principió, & purificat fideicommiſſum cõditionale, & ſic vbi ea non facta non deberetur niſi poſt mortem Victoris virtute reciprocæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ & per conſequens Zandaniel prius mortuus non tranſmiſiſſet ad eius filios & hæredes. l. 1. §. ſi autem ſub conditione. C. de cadu. tolen. ff. de condi. & demon. l. hæres meus in prin. Facta tamen expreſſa prohibitione & ſecuta alienatione contra eam fuit fideicommiſſum ſtatim purificatum, & per conſequens videtur quòd tranſmiſerat ad ſuos filios & hæredes. per. l. cum quidem. circa medium in verſic. ſceuola. & in fin. vbi videtur eſſe caſus. ff. de lega. 2.

¶ Br̃ hoc putarem ego uerum, ſi teſtõr in defectum Zandanielis non tranſmiſiſſet ius vendicandi in alium, vel alios. Sed hic tranſtulit dicendo, ꝙ ſi Victor & Zandaniel nõ vendicarent, filij eiuſdem Franciſci vendicare poſſent, quæ verba referuntur ad diuerſos caſus. Hoc mõ videlicet ſi Victor alienaret & Zandaniel non vendicaret, qui eſt caſus nr̃, vel econuerſo. quos caſus teſtõr in ꝓcedentibus expreſſerat, & ſic ſingula ſingulis referanẽ. C. de nego. geſt. l. ſi negocium. vñ cum dicta verba executiua, videlicet ſi non vendicauerint &c. relata ſint ad honoratum, i. ad fideicommiſſarium, quantumcunq; fideicommiſſum fuerit purificatum in pſonam dicti Zandanielis, nõ tñ potuit ipſum trãſmittere ad ſuos, niſi fuerit morã paſſus in vẽdẽdo, vt qa incœpiſſet agere, licet adhuc non fuiſſet ꝓſecutus; qa cum per eum non ſtetiſſet, haberet̃ perinde, ac ſi vendicaſſet; & ſic defeciſſet ꝯdõ tranſlationis in illos. Verum ſi ipſe Zandaniel neglexerit vendicare toto tpe vitæ ſuæ, tunc in articulo mortis debet extitiſſe ꝯdõ tranſlationis in filios dicti Franciſci, & eis debetur dicta res, non filijs dicti Zandanielis. de hoc eſt caſus in l. 4. §. ſi quis titio. in prin. ff. de adimen. lega. & ibi ꝑ Bart. ¶ Prædicta vendicant ſibi locum in caſu nr̃o in quo alienatio per Victorem facta fuit viuente Zãdaniele, & ſic fuit ipſi Zandanieli aperta via vendicãdi, & quæritur an eã tranſmiſerit ad ſuos filios & hr̃des, & ſic an dicti filij veniant ex pſona pr̃is, & illud idem q̃ri poſſet de alijs hr̃dibus extraneis; qa non poſſent filij venire vt filij & ex ꝓpria pſona, cum pr̃ eos ꝑceſſerit; cui primo loco fuit aperta via vendicandi. C. de verb. ſi. l. ſi. ff. de leg. 2. l. cum ita. §. in fideicõmiſſo. & §. fratre. Sed ſi fuiſſet acta alienatio poſt mortẽ Zãdanielis, tunc poſſet eſſe dubiũ, an filijs dicti Zandanielis aperiret̃ uia vẽdicãdi. Et ſic ex ꝓpria pſona venire poſſent, & vr̃ ꝙ nõ; qa teſtõr de ipſis nõ fuit locutus, ſed ſolũ de Zandaniele. arg. eius qđ not. glo. in Authẽ. de reſtõne fideicom. §. nos aũt. col. 4. Sed in ꝯriũ facit rõ quã teſtõr aſſignauit. ſ. vt dicta bona remaneãt in domo teſtõris &c. Et ſic ꝯtẽplatione omnium de domo fecit dictam ꝓhibitionem, ideo filij dicti Zandanielis vr̃ vocati poſt mortẽ, licet nõ fuerint ſpecificati. arg. ad hoc. ff. de leg. 1. l. ſeruo legato. §. ſi teſtõr. de leg. 3. l. fideicõmiſſa. §. interdũ. iũcta. l. nomẽ debitoris. §. fi. vbi inſpicit̃ rõ per teſtatorẽ aſſignata. & l. peto. §. frater. ff. de leg. 2. cũ his q̃ ibi notãtur. Et iſta pars forte videret̃ verior. De iure tñ aliter ꝓ nunc nõ decido, qa de hoc nõ quæritur, nec eſt caſus noſter.

S V M M A R I A.

1 *Subſtitutioni ſi facit pater duobus impuberibus, ſi ambo moriantur in ætate pupillari, vel quandocunque ſine liberis, an requiratur utrunque aut mors in ea ætate, aut etiam ſine liberis.*

2 *Subſtitutio facta poſt mortem omnium vel plurium cenſetur facta ultimo tantum morienti, niſi ex hoc vitioſa redderetur.*

3 *Et an ſi unus in pup. alter ſine liberis in adulta ætate. quid iuris.*

4 *Subſtitutio ultimo morienti facta an dicatur facta ut detrahatur ſolũ trebell.*

CONSILIVM CCXXXIX.

IN Christi nomine Amen. ¶ Pro declaratione ei9 de quo primo loco q̃ritur, & in quo maior vertitur dubitatio, tria ſunt per ordinem videnda. ¶ Primum, eſt utrum ſecunda ſubſtõ facta de filiabus teſtatoris poſt mortem amborũ filiorum inſtitutorum fuerit & ſit purificata; & videtur ꝙ non, quia facta fuit ſub duplici cõditione alternatiuè concepta, videlicet ſi ambo decederent in pupillari ætate, ecce primã. Et iſta non extitit, quia vnus tantum deceſſit in ætate pupillari, alter poſt; vel poſtea quandocunq; ſine liberis, ecce ſecundã. Et nec iſta extitit eadem ratione; qa vnus tantum deceſſit poſt pupillarem ætatem ſine liberis. Et ſic videtur defecta ſubſtitutio. argu. C. de impub. & alijs ſubſti. l. penulti. iuncta. l. iubemus. §. penulti. C. ad trebellia. ¶ Sed quicquid ſit inſpecto verborum cortice, inſpecta tamen teſtatoris intentione quæ præualet, veritas eſt in contrarium; quoniam, & ſi ambæ cõditiones defeciſſent in perſona primi morientis, quia deceſſiſſet pubes & cum liberis, & in perſona vltimi morientis extitiſſet altera tantum, quia deceſſiſſet poſt & ſine liberis, ſubſtitutio prædicta locum haberet inſpecta teſtatoris intentione, & reiecto verborum cortice. ff. ad treb. l. hæredes mei. §. cum ita per rationem quæ ibi aſſignatur. Et hoc in portione vltimi tantum moriẽtis nõ primi quæ ad vltimũ nõ peruenit, fortius in caſu noſtro in quo una dictarum conditionum extitit in perſona dicti moriẽtis, & ſic eius portio deuenit ad ſubſtitutũ ultimo morientem. Itẽ altera ꝯditio extitit in perſonam dicti

ultimi

vltimi morientis, q̃a deceſſit poſt ætatẽ pupillarem, & ſine liberis. Et ſic in hæreditate eius reperitur ẽt portio prmi, in quem caſum teſtator multomagis vr̃ voluiſſe ꝓuidere; q̃ q̃ñ nõ reperiretur. vt ibi colligitur ex tex. tunc aũt defeciſſet ꝑdicta ſi in pſonam primi morientis altera ꝑdictarũ conditionum extitiſſet, & in perſona vltimi defeciſſet vtraq;. Et ita loquitur. l. pe. C. de impub. & alijs ſubſti. in ꝯrium allega. ¶ Secundò principaliter eſt vidẽdũ, cui cenſetur facta dicta ſcd'a ſubſtitutio, an vltimo tm̃ morienti, an ẽt primo, in quo cõſiſtit dubitatio eius de quo quæritur; q̃a ſi vltimo tm̃ ille ſolus reperitur grauatus per fideicõmiſſum. Et ſic ex illius tm̃ perſona detrahẽda eſſet legitima; q̃a grauamen non recipit. l. q̃m in prioribus. C. de inoffi. teſta. Si verò vtriq;, tunc vterq; videret̃ grauat', & ſic ex perſona vtriuſq; uideret̃ detrahẽda. ſm̃ Bal. in l. ex tribus. in fi. C. de inoffi. teſt. Et vr̃ hoc vltimũ verius, q̃a locutus fuit teſtator in plurali. dicẽdo vel eis &c. Et ſic nõ tñ tm̃ vni ſubſtituere voluit ſi in perſonã vnius tm̃ extaret altera de dictis conditionibus, per id qđ dixit ei in ſingulari, ſed ẽt ambobus, ſi in pſona amborum extarent ambæ, vel altera in perſonã vnius, altera in pſonã alterius, ꝑ id qđ dixit eis in plurali qđ nõ verificat̃ in vno tm̃ regula. l. fina. ff. ad treb. ff. de optio. lega. l. 1. ¶ Cõtrarium dico, q̃ imo vltimo tm̃ morienti facta vr̃, per l. codicillis. in prin. ff. de vſufru. leg. vbi Bar. ibi dicit eſſe caſum ſingularem, † q̃ ſubſtõ facta poſt mortẽ oĩum vel plurium non cenſetur facta cuilibet, ſed vltimo tm̃ morienti [a], niſi ex hoc redderet̃ vitioſa, quo caſu loquũtur notata per eum in. l. ſed ſi ſic. ff. de lega. 3. & l. centurio. circa mediũ. de vulga. & pupi. & l. cohæredi. §. cũ filiæ. & per eundem in d. l. codicillis. dũ reſpõdet ad omnia. ¶ Scđ'ò q̃a teſtõr hic fecit duas ſubſtõnes. Et de prima clarũ eſt, q̃ fuit facta primo morienti. Quid ergo expedit dicere, q̃ ẽt ſecũda ſit illi fcã, niſi dicam' qđ ẽt illi facta fuit ſcđ'a. Nõ tñ directò & principaliter ſeu immediate, ſed ſolùm mediãte pſona vltimi, q̃a ſi portio primi moriẽtis reperit̃ in pſona vltimi, ſubſtitutus [b] vltimo cẽſetur ſubſtitutus ẽt primo mediãte pſona vltimi, vt dicã i ſequẽti q̃ſito; ſicut hr̃s hr̃dis primi teſtõris eſt hr̃s, nõ immediatè, ſed mediãte primo hr̃de. C. de hære. inſtituẽ. l. fi. qđ placet, & ſic debet exponi dictio illa pluralis numeri. ſ. eis. Nos aũt quærim', an principar̃ & immediate dicta ſcđ'a ſubſtitutio videat̃ facta primo moriẽti; q̃a in illo cõſiſtit põdus dubitatiõis, & in hoc clare dicendum eſt, q̃ nõ; q̃a p primã ſubſtõnẽ ſatis fuit illi ꝓuiſum, vñ ſcđ'a nõ debet ad eũ referri niſi p modũ, p quẽ dixi. ar. ff. de verbo. obli. l. doli clauſula. de vulga. & pu. l. cohr̃di. §. q patrẽ. de alimentis lega. l. alimẽta. §. baſilice. & l. ſtichus nutricis. Nec obſ. dictũ Bal. in l. ex tribus. q̃a loquit̃ q̃ñ dixit eis & cuilibet eorũ, q̃ dictio cuilibet diſtribuit, & attribuit áctũ cuilibet inſolidũ. l. non diſtinguemus. §. ſi plures. ff. de arbi. ff. de lega. 2. l. ſi pluribus. Hic verò nõ dixit, & cuilibet eorũ. ¶ Præterea dictũ Bal. vr̃ ſane debere intelligi, q̃ñ teſtõr vnicã tm̃ ſubſtõnẽ feciſſet duobus filijs, quorũ vnus erat impubes, alter pubes, eis & cuilibet eorũ. Quo caſu ſi nõ dixiſſet, cuilibet eorũ, videret̃ vltimo tm̃ moriẽti ſubſtituiſſe & inter eos reſeruaſſe ius legitimæ ſucceſſiõis, ſicut ſi appoſuiſſet dictionẽ collectiuã, ſi ambo, vel ſi vterq;. d. l. pe. C. de impub. & alijs ſubſti. iunctis his q̃ notauĩ p Bar. in l. q̃dam teſtõ ꝓculũ. ff. de vulg. & pup. & d. l. codicil. in prin. Sed dicẽdo & cuilibet eorũ ceſſaret hæc ꝓſumptio; q̃a verba nõ pñt ſic gloſari, imo cuilibet p ſe principar̃ & immediatè facta fuit, ſed q̃ñ teſtator fecit duas ſubſtõnes, vnã primo moriẽti, alterã generar̃ eis cuilibet eorũ, q̃cquid ipſe ſentiat nõ cõprehẽdo, quarũ vtra poſſit dici facta cuilibet principar̃ & immediate, ſi diuerſis temporibus mortui ſunt, & prima ſortita eſt effectũ, & ſic extinxit ſecũdã, ẽt ſi ad eundem fuiſſet relata. argu. ff. de verbo. obl. l. ſi ita ſtipulatus fuerit. §. ſine nauis. ff. iudicatum ſolui. l. cũ querebat̃, q̃a ceſſarent alternatiuæ relatæ, cùm nõ poſſint ambæ in perſona eiuſdem ſortiri effectũ. Sed celerior. l. q̃ prius exiſtit cõfirmat effectũ ſuũ. Et illa verba, & cuilibet eorum, poſſent tunc intelligi. ſ. vni, vẓ vltimo moriẽti immediate, alteri verò. ſ. primo morienti mediante vltimo. ¶ Tertiò principar̃ eſt vidẽdũ, vtrũ in hac ſcđ'a ſubſtõne fideicõmiſſaria facta vltimo moriẽti, vt dixi, veniat nõ ſolũ portio ſua. ſ. dimidia in qua fuit inſtitutus, ſed ẽt portio primi morientis. & ẽt tota hr̃ditas illi' q̃ ꝑuenerat ad vltimũ moriẽtẽ virtute pupillaris ſubſtitutiõis factæ primò moriẽti. Et iſtũ caſũ decedit Bar. q̃ ſic in l. ita tñ. §. q̃ ſuſpecta. ff. ad treb. Quia ꝓceſſit ſubſtitutio pupillaris & ſubſecuta eſt fideicõmiſſaria, ſicut dicimus de ꝓlegatis, quãdo quæritur an veniat in ſubſtitutione fideicõmiſſaria. C. de fideicom. l. cum virum. cum ibi not. Et ſic veniunt non ſolum bona, q̃ primò moriens habuit a pr̃e vltra ltimam, ſed ẽt ipſa ltima, & ẽt bona q̃ſita aliunde q̃ a pr̃e, cùm omnia venerint in pupillari. l. ſed ſi plures. § ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupil. Quia licèt ipſe pupillus non potuerit aggrauari in ſua ltima, nec in bonis aliunde q̃ſitis p fideicommiſſum; quia illa nõ habuit a pr̃e, ſed a lege, vel ab alio extraneo. l. cohr̃di. §. cum filiæ. verſic. nec fideicõmiſſo. ff. de vulg. & pup. Hæres tñ ipſius pupilli, vel ex teſtõ vt ſubſtitutus pupillaris, vel ab inteſtato bene põt a pr̃e grauari in dictis bonis, cùm in eo ceſſet rõ ꝑdicta; quia hẽt a teſtõre vel ex voluntate eius expreſſa. ſ. ſubſtõ, vel tacita vt veniens ab inteſtato, cui poterat pr̃ auferre alium pupillarem ſubſtituendo. l. ſi quis cum nullum. ff. de iure codicillorum ſm̃ Dy. & oẽs per l. ſi fundum. p fideicommiſſum. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de leg. 1. C. de inoffi. teſta. l. ex tribus. per Cy. & per Bar. in l. 1. de uulg. & pupil. in d. §. cum filiæ. Et iſtud fideicommiſſum non fuit relictum a pupillo, cùm ipſe non fuerit primò moriens, ſed ab eius ſubſtituto qui fuit. Ad qđ ẽt facit q̃ notat Bar. in l. qui duo. ff. de uulg. & pupil. ¶ Ex his patet rñſio ad id, quod primo loco q̃ritur. ſ. q̃ ltima ueniẽ detrahẽda ſolum ex pſona vltimi morientis, & ſic de vna tm̃ dimidia, in qua ipſe fuit inſtitutus; quia in illa fuit per fideicommiſſarĩ grauatus, & in illa ſibi debebatur ltima, vẓ tertia dimidiæ; ex perſona uerò pupilli primò decedentis nõ, nec ex dimidia in qua ipſe pupillus fuit inſtitutus. Nã ipſe pupillus nõ habuit ius detrahẽdi eam aduerſus ſuum ſubſtitutum, quia per illam ſubſtõnem nõ fuit ipſe pupillus grauatus; q̃a erat directa pupillaris, & ſic potius eius ꝓmiſſio d. l. ex tribus. Ergo nec dictus ſubſtitutus pupillaris põt ex perſona dicti pupilli detrahere aduerſus ſuos ſubſtitutos, quod ipſe pupillus detrahere nõ potuit. ff. de reg. iur. l. hr̃dem. aut ſubſtitutus ꝑdictus uult detrahere ex ſua ꝓpria perſona ltimam de bonis pupilli, & ſibi non põt, q̃a in bonis fratris ſui nõ debetur ſibi ltima, [b] niſi turpi pſona hr̃de iſtituta. l. fratris. & l. fratres. C. de inoſ. teſta. quod hic nõ eſt. Tanquã aũt fratri debitam ſibi illam detrahere nequit; quia nõ niſi vt hr̃s eius poſſet, & ut hæres eius non põt, quia nec ipſe pupillus poſſet vt dixi, & hoc etiã expreſſè decidit Bald. in d. l. ex tribus. in fi. eo caſu, quo ſubſtitutio fideicõmiſſaria nõ fuit facta pupillo primò morienti, ſed adulto ſecũdò moriẽti. Et ego ſ. oſtendi, q̃ ita eſt hic. & hoc de primo quæſito. De ſecundo verò breuior eſt & expedita rñſio, q̃ trebellianica ex neutrius pſonã põt detrahi, poſtq̃ fuit p teſtõrẽ expſsè ꝓhibita p ea q̃ plenè no. Bar. in l. marcell'. ff. ad treb. Nec hic op' eſt vlteri' inſiſtere q̃a dubitationẽ nullã recipit.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Franciſcus uigore ſui iuris exequibilis accepit tenutam de bonis Ioannis ſui debitoris pro centum ſexaginta florenis. Super qua tenuta proceditur ad notificationem proclamationem & oblationem ultimi pretij, quod fuit centum decem floreni, & ad illos actus ſm̃ formam ſtatuti ciuitatis eorum, & potiſſimè ſtatuti poſiti ſub rubrica de tenuta data in cauſa iudicati &c. ¶ Demum per reſidentem datur dicto Franciſco licentia de uendendo dictam tenutam pro ultimo pretio oblato uel maiori offerendo uſque ad confectionem inſtrumenti, quæ licentia tranſiuit in rem iudicatam. Poſt quã licẽtiã ſic tranſitam in rem iudicatã Frãciſcus uendit dictam tenutam Anſelmo, qui immediatè ante dictam venditionem obtulit centum viginti florenos ꝓ dicto pretio. Modò Ioannes fatet̃ dictam licentiam de vendendo eſſe validam. Sed dicit dictam venditionem eſſe nullam; q̃a pretio oblatum p dictum Anſelmum poſt dictam licentiam de vendendo & immediate añ dictam venditionem. ſ. centum viginti floreni nõ fuerunt ſibi Ioanni notificati per dictum Franciſcum, ſicut debebat fieri & notificari ſtante additione facta dicto ſtatuto, ſuper qua fundat ſe, cuius additionis tenor talis eſt, videlicet. Hoc addito quod ꝑter dictas ſollennitates in præſenti ſtatuto cõprehẽſas creditor teneatur ante venditionem per ipſum faciendam de tenuta prædicta, & ante licentiam ſibi datam vendendi, denũciari facere debitori perſonaliter, vel ad domũ ſuæ familiæ quãtitatem oblatam per futurũ emptorem dictæ tenutæ uel æſtimationem factam cum ipſam tenutã recepturus eſt inſolutũ, & aliter ad venditionẽ & dationẽ inſolutũ procedi nõ poſſit, & ſi cõtra fieret, ipſa talis vẽditio ſeu inſolutũ datio ſit ipſo iure nulla. Franciſcus rñdendo dicit venditionẽ tenere & eſſe validam & firmam. ¶ Primò, q̃a ipſe Franciſcus ſeruauit integraliter totum dictum ſtatutum cum dicta additiõe, vt patet ex actis. Non. eñ

uult

a Morienti. q̃uo & quã do ſubſtitutio facta pluribus locũ habeat uno p̃moriẽte, uide Ale. in cõſ. 55. in 2. co. in 4. parte. & in cõſ. 86. in 2. col. eadem parte. & in conſ. [illegible] per totum. 3. parte.

b Legitima uide d. Pe. Phi. Cor. in conſi. 176. nu. 4. in 4. parte.

vult dicta additio ꝙ fiant duæ, aut tres, vel plures notificationes,
Sed vna ſola notificatio, quæ fieri debet ante licentiam de ven-
dendo & ante venditionem coniunctim & non diuiſim, vt ex le-
ctura dictæ additionis apparet manifeſte. Cùm.n.in nulla alia par
te & capitulo dicti ſtatuti mãdetur notificari pretiũ oblatum vt
ea lectura totius dicti ſtatuti apparet, additũ eſt ꝙ notificet obla
tũ pretiũ añ licẽtiã & vẽditionẽ ꝯiunctim & non diuiſim, & vna
notificatio & nõ plures, & ſi hoc factũ eſt aliter, nihil operaretur
licẽtia de vendendo; imo in talibus notificationibus eſſet ꝓgreſ-
ſus in infinitum. Semper.n.debitor faceret offerri aliquid plus, &
vna notificatiõe facta inſurgeret alia ea minimo vel paruo pluri
ꝑtio oblato nouiſſimẽ, qđ eſt abſurdũ & ꝯ mẽtẽ ſtatuti & additio
nis prædictæ. Fruſtraq; acciperẽtur tenutæ, quæ nunq̃ vendi poſ-
ſent. ¶ Secundò, qa, &, poſita in dicta additione exponitur, ꝓ, ideſt
Eo qa vẽditio nõ põt fieri niſi habita licẽtia de vendendo. Sic er-
go exponitur talis copulatiua añ venditionẽ per ipſum facien-
dam de tenuta prædicta, i. añ licentiã ſibi datam vẽdẽdi &c. ¶ Ter
tiò, qa tale ſtatutũ cũ additione ꝑdicta nunq̃ fuit intellectũ alle-
gatũ nec practicatũ in dicta ciuitate, videlicet ꝙ poſt licẽtiã de
vẽdẽdo aliqđ aliud pretiũ, qđ offerret, notificaret debitori, imo
data licẽtia de vendẽdo nulla alia fit notificatio, ſed ſolũ procedi
tur ad venditionem. Et hoc ꝓbatũ eſt per tres teſtes ꝓcuratores
dictæ ciuitatis, nec aliquis ꝓceſſus ſimilis reperitur in ꝯrium fa
ctus a. 40. & 80. an. citra. Et hoc eſt ſatis conſonum iuri & æqui-
tati. Si. n. conſideretur rectè mens ſtatuentis, talem additionem
adiecit pro vtilitate debitoris, vt ſi vellet reluere dictam tenutam
ante licentiam de vendendo poſſet, ſed non vt deluderet credito-
rem, & fieret proceſſus in infinitum, & quòd licentia eſſet fruſtra.
Qui enim non reluit pro centum decẽ, multominus relueret pro
centum viginti, vt eſt notum ſano intellectui. ¶ Quæritur mo-
do quid iuris, an dicta venditio facta Anſelmo teneat, an non.
¶ Super primo conſultum fuit ab Antonio de Andarellis. Dein
de a Paulo, cuius conſilij copia hic regiſtrata eſt vt ſequitur.

S V M M A R I A.

1 *Interpretatio ſtatuti requirentis denunciationem fieri debitori per creditorẽ de pretio oblato pro tenuta uendenda.*

2 *Licentia ſemel obtenta de uendendo pro decem, ſi ego uendo pro uiginti, an ſit iterum facienda denunciatio.*

CONSILIVM CCXL.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Subtiliter &
plenè conſidera-
uit ſupraſcriptus conſultor egregius ea quæ conſide-
randa ſunt in ſupraſcripto puncto. Ridiculum nanq;
eſſet dicere, quòd cùm ꝓceſſerit licentia & etiam conſenſus debi-
toris, ꝙ res prædicta venderetur pro centum decem, requirere-
tur alia licentia & conſenſus ꝙ venderetur pro centum viginti,
cùm iſtud cõprehendatur in licentia iam data, & in conſenſu iam
præſtito. ¶ Qui.n. conſentit vel licentiã dat, vt res ſua vendatur
pro centum decem, videtur etiam dediſſe vt vendatur pro pluri,
1 ſi mãdatarius poteſt; cùm ex hoc conditio mandatoris melior ef-
ficiatur, ſicut ecõuerſo ſi mandaſſem, vt mihi emeres rẽ procen-
tum decem, videor etiam mandaſſe quid emas pro minori ſi po
tes, vt dicit tex. in l. inſtitm. ff. mãdati. §. is qui exequtur in fin. Quia
contrariorum eadem eſt diſciplina. ff. de vulga. & pu. l. & ſi con-
tra. Põt enim mandatarius egredi formã mandati, qñ facit condi-
tionem mandãtis meliorem, nec facit rem oĩno aliam vel diuer-
ſam ab ea quæ continetur in mandato, nec cogit ipſum ad exbur 2
ſandum plus q̃ voluerit; quia tunc non diceretur eius cõditio fie
ri melior, ſi ſibi diſpliceret. iuxta not. in l. paulus. ff. de ſo. per gl.
Hæc hñr. ff. manda. l. 3. q̃ incipit, ꝑterea. l. cum ſeq. & ſequẽti. vſq;
ad. l. ſi remũcãdi. in tex. & gl. & ff. de acq. hær. l. ſi qs mihi bonæ. §.
ſed ſi mãdauit. ver. ꝙ ex parte. & l. ſi qs ꝓ eo. in fi. & l. rogatus. eo.
1 ti. mãdati. ¶ † Conſtat autẽ in caſu nr̃o, ꝙ ſi requireretur iterata
notificatio de pretio prædicto oblato poſt licentiã & ante vẽdi-
tionẽ, videlicet de centum viginti. Requireretur ẽt iterata licẽtia &
iteratus ꝯſenſus, quòd pro dicto pretio centum viginti daretur;
qm̃ ad nullum alium finem requiſiuit ſtatutum ꝑfatũ notificatio
nem fieri de vltimo pretio oblato, niſi vt obtineretur licentia &
cõſenſus vẽdendi, ne poſſet debitor dicere rem ſuam fuiſſe vendi
tã minori pretio q̃ valeret, & ſic mala fide & ob gratiã vel ambi-
tionem, & ꝑ cõſequens venditionem fore retractandam. iuxta
ea quæ habentur. C. de iure fiſci. l. 3. libro. 10. & l. 1. de fide inſtr. &
iure haſtæ fiſ. eo. lib. per gl. ordina. & l. 1. C. de præſ. 30. ann. ideo
lex mãdat debitorẽ debere vocari tẽpore vẽditiõis, ne iſta dicere
poſſit. C. de diſtra. pig. l. creditor hypothecas. Iſtud ergo ſtatutũ
2 conforme eſt iure cõi. † Si igitur dicta notificatio ſolum fit pro
obtinenda licentia & conſenſu, vt dixi. Et ex iſta licentia & con-
ſenſu, ea qua ſeu ea quo res vendatur, non ſolum ꝓ centum decẽ,
ſed ẽt pro centum viginti & ꝓ pluri ſi vendi põt. arg. d. §. his qui
exequitur. in fi. cum alijs s̃. allegatis. ſit iam obtenta uel obten-
tus, nõ expedit amplius ipſas obtinere; qa ſuperfluis actibus nõ
eſt vtendũ. l. hæc ſtipl'o. §. diui. ff. vt lega. nom. cauea. ergo nec eſt
neceſſe vt expeditum eſt, amplius notificationem fieri; quia ſub-
lata cã ꝑꝑ quã notificatio prædicta fit, debet eſſe ſublatus effe-
ctus dictæ notificationis. c. cum ceſſante. de appel. cum ſi. ¶ Nec
ob. verba ſtatuti, quæ poſſunt trahi ad alium ſenſum; quia nõ eẽt
bonus, ideo abiiciendus, ut s̃. dixit conſultor. ¶ Item quia inci
pit a venditione dicendo ante venditionem videntes ſtatuentes
iſtud ſufficere ſubiunxerunt, & ante licentiam, ut ſic ſi a uendi-
tione incipiatur, non ſufficiat illa ſola; ſed ſi a licentia, illa ſola
ſufficeret; ut in ſimili not. gloſſ. in l. actor. ff. rem ratam haberi.
¶ Concludo ergo idem quod ſupra concluſum & cõſultum eſt
per ſupraſcriptum egregium conſultorem, non me ulterius ex-
tendens. Tum quia res eſt clariſſima penes me. Tum quia per ip
ſum alia, quæ poſſunt ad hoc adduci, plene tacta ſunt.

¶ Punctus talis eſt.

¶ Antonius buti ſuum vltimum condidit teſtamẽtum, in quo poſt
multas particulares diſpoſitiones, talem fecit inſtitutionem.
¶ In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus & immobilibus
iuribus & actionibus tam præſentibus q̃ futuris, & tam ꝓprijs
q̃ emphitheuticis, vbicunq; ſunt, & reperiri poterunt, dñam Thi
tam ſuam uxorem & D. Gaudentem ſibi hr̃des vſca inſtituit, &
fecit ipſe teſtator pleno iure in uita earum tantum. Et quæcun-
que earum deceſſerit ſubſtituit alteram ſuperuiuentem. Et non
prouiſo de alio hærede uniuerſali poſt earum mortem, fecit
multa legata particularia. Nunc quæritur mortuis dictis hæredi
bus inſtitutis in uita earum tantum, ad quem pertineat hæredi-
tas dicti Antonij. An ad ſuccedentes ab inteſtato dicto Antonio.
An uero ad hæredes dictarum inſtitutarum in vita earum tan-
tum. Cum dicta Gaudens primo decedens inſtituerit dictam do-
minam Thitam, quæ ueniens ad mortem condidit teſtamẽtum,
& de hæredibus ſibi prouidit.

S V M M A R I A.

1 *Inſtitutio facta uſque ad mortem inſtituti an tantum ualeat, necne.*

2 *Intellectus ad l. hæreditas ex die. ff. de hæredibus inſti.*

3 *Inſtituti hæredis uſque ad mortem quis erit hæres poſt mortem.*

4 *Tantùm, dictio taxatiua quid operetur an importet fideicommiſſum reſtituendum uenientibus ab inteſtato.*

5 *Inſtitutio ſi fiat ex die, an pendente die agnati debeat poſſidere & de detrahen. trebellianica.*

CONSILIVM CCXLI.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Super hoc pun-
cto duo ſunt vidẽ
1 da. ¶ Primũ eſt † vtrũ dicta inſtĩo fuerit ab ipſo princi
pio uitioſa ꝑꝑ hoc qa inſtituit illas in vita earũ tm̃,
& ꝑ ꝯñs totum teſtm̃, cuius inſtĩo eſt caput l. ꝓximè. ff. de his quæ
in teſta. delen. & ſine qua ualere nõ põt, nec ẽt dici teſtm̃. l. nõ co
dicillum. Et ſic hr̃ditas dicti Antonij ab inteſtato pertinuerit ad
eius uenientes ab inteſtato ab ipſo principio. Non autem nunc
ad hr̃des dictæ Thitæ, quaſi non potuerunt dictæ mulieres hr̃des
2 effici ex dicta inſtitutione nulla. C. de fideicom. l. eam quam. † Et
vr̃ hoc eſſe verum ꝑꝑ naturam illius dictionis taxatiuæ, tm̃, appo
ſitæ in inſtitutione, quæ eſt excluſiua ulterioris t̃pis, ſicut aliarũ
rerũ. iuxta not. per glo. in l. rõnes. C. de proba. & in c. cum eccle-
ſia. de cã poſſeſſio. & propriet. ſicut & aliæ dictiões taxatiuæ. l. 3.
§. cum titio. ff. de adimen. leg. Et ſic uidetur teſtãr noluiſſe facere
inſtitutionem ſeu cãm teſtati t̃palem quouſque illæ inſtitutæ vi-
uerent, & eis mortuis eam finiri, & incipere cãm inteſtati, quod
facere non potuit. per l. hr̃ditas ex die. ff. de hæredi. inſti. Quia ſic
decederet ꝓ parte temporis teſtatus pro parte inteſtatus, quod
eſſe nõ põt in pagano, ſicut nec ꝓ parte rerum. de regu. iur. l. ius
noſtrum. licet ſecus in milite vt l. miles ita hr̃dem. in princi. ff. de
teſt. mili. ¶ Vr̃ ergo ꝙ dicta dictio tãquã ꝯ naturã inſtĩonis vitiet
eam. arg. eius quod hr̃ in text. & glo. fi. ff. de vſu & habi. l. per ſer-
uum. §. fi. Quia ex verbis prædictis inducitur q̃dam perplexitas &
incompatibilitas inter uoluntatem teſtatoris, & iuris diſpoſitio
nem, q̃ perplexitas diſpoſitionem etiã ultimæ uoluntatis uitiat.
ff. de condi. inſtit. l. ſi titius. Et iſtam partem tenuit Bar. ꝓut ipſe
examina

examinat & determinat expreſſè in d.l. hæreditas ex die.in fi. Et
hic dicatur Bar. loquitur, qñ quis inſtituitur ad diem certá an &
qñ puta vſq; ad decẽ annos cum adiectione, ꝙ vltra dictũ tempus
nullo modo ſit hæres.Sed in caſu nr̃o fuerunt p̃dictæ inſtitutæ ad
tẽpus incertum ſaltẽ qñ.ſ.quouſq; vixerint, qđ tẽpus incertũ nõ
vr̃ vitiare,ſed inſtitutionẽ condõnalem reddere.l.in tp̃s.ff.de hæ-
red.inſti.& l.cũ filio.& no.gl.in d.l.hæreditas ex die. Rñdetur, ꝙ
illud verbũ qñ in tp̃s mortis extranei,quod an veniat viuente in-
ſtituto,vel non,incertum eſt. Nos loquitur qñ in tp̃s mortis ipſa
rum inſtitutarũ,quod certum eſt euenturũ ipſis viuentibus, quia
viuens moritur.l.qui duos.ff.de manumiſ.teſta.l.nam & ſi rñ mo 5
riar.ff.de condi.indebi.vnde non facit conditionem,vt no.in l.ex
traneũ ſm vnam lectu.C.de hære.inſti.¶ Itẽ eſt verum, qñ tp̃s ap
ponitur ex parte ante ad inchoationẽ inſtõnis. Sed ea parte poſt
ad ipſam finiendam nullũ tp̃s põt apponi ẽt oĩno incertum, vt fa
ciat inſtõnem,q̃ ſemel inchoauit per aditionẽ hæreditatis & no-
men hæreditarium inſit adeũti,poſſit finiri.& eſſe deſinere, ſicut
dicimus in obligatione perſonali.l.nemo põt.ff.de leg.1.l. obli-
gationum ferè.§.placet.ff.de actio.& obli.ff.de ſeruitu.l.4.Et hoc
voluit Bal.in d.l.extraneũ. poſt principium & per vnam colum.
& ſi dicat mors oĩa ſoluit, in Auth.de nup.§.deinceps.& ſic adie-
ctio p̃dicta nõ vr̃ ꝫ naturam diſpoſitionis ſeu inſtõnis, ſed ſm eã,
& ſic eam non vitiare.Rñdeo, ꝙ imo non ſoluit ea q̃ tranſmiſſibi
lia ſunt ad hæredem,cuiuſmodi eſt nomẽ hæreditarium. Hinc di-
cimus, ꝙ hæres hæredis teſtatoris eſt hęres ex primi hæredis per
ſona in ipſum tranſmittentis,C.de hære.inſti.l. fin. & talis qualis
fuit primus hæres.ſ.ex teſtõ vel ab inteſtato.vt no.in l.3.ff. de pe-
tit..hæred.¶ Sed his non obſtantibus veritas eſt in ꝫrium, ꝙ inſtõ
p̃dicta propter appoſitionem verbi & dictionis p̃dictæ taxatiuæ
nõ fuit a principio vitioſa,nec propter mortem inſtitutarum fini
ta,ſed ad hæredes vltimæ morientis tranſmiſſa. Primũ patet tali
rõne,quia ſi dicta dictio non fuiſſet appoſita,ſed dũtaxat fuiſſent
inſtitutæ quouſq; vixerint,ſubintelligebatur, & non vltra. Quia
permiſſum ad tp̃s cenſetur poſt tp̃s prohibitum. l. ſtatuliberũ.§.
ſtichũ.ff.de lega.2.l.1.§.ſi mulier.ff.de lib.agno.ff.de pac.l.epiſto
la.§.fi.& tñ non fuiſſet inſtitutio ex hoc vitioſa imo tp̃s reiicere-
tur.vt d.l.hæreditas.ergo & nunc,quia expreſſio eius quod taci-
tè ineſt,nihil operatur.C.de fidei.l.nõ rectè.de leg.1.l.3. ¶ Item
quia de vltima volũtate reiicitur cõditio impoſſibilis de iure,vel
de facto,ſeu de natura.ff.de condi.inſti.l.1.& de condi.& demon.
l.obtinuit.ergo & inutilis modus ſeu modificatio,tã circa res. ff.
d hære.inſti.l.ſi ita quis hæres inſtitutus excepto feudo.in penul.
chur.q̃ circa tp̃s.arg.in l.miles ita hæredũ.§.& quia diximus.ff.de
teſta.mili. ¶ Item quia verbũ quod poteſt dupliciter intelligi,de
bet intelligi ſm ſenſum,qui non vitiat diſpoſitionẽ, nõ ſm illum
qui vitiat.l.quotiens.in ſtipu.ff.de verb.ob.cum cõcor. ſed hic di
ctio illa taxatiua poteſt taliter intelligi, ꝙ nullum reſultat incon
ueniens,vel perplexitas,aut impoſſibilitas,vt ſtatim dicã, per qđ
ſoluitur ꝫrium de d.l. ſi tatius. quia loquitur qñ perplexitas non
poteſt diſſolui,alias ſecus,vt ibi notatur. Eodẽ modo tollitur de-
terminatio Bar.in d.l.hæreditas.in fi.quia poſito ꝙ eſſet vera, nõ
tñ facit ad caſum noſtrum;quia loquitur qñ teſtator dixit expreſ
ſè,ꝙ nolebat inſtitutum vltra tp̃s appoſitum in inſtitutione, quo
quo modo fore hæredẽ,quod intelligitur nec ipſo iure, nec quo
a ad effectum,vel commodũ,quia qui omne dicit, nihil excludit[a].l.
iulianus.de lega.3.Et ideo quia primum.ſ.ꝙ poſt tempus non ſit
hæres,facere nõ potuit teſtator.l.ei qui ſoluendo.in fi.ff.de hære.
inſti.Redditur inſtõ totaliter vitioſa, ne fiat ꝫ voluntatem teſta-
toris.ſ.ꝙ fiat hæres,& nõ deſinat,prout teſtator deſinere voluit.
arg.in l.pen.ff.de iniuſt.teſt.& quod idem Bar.no.in l.quotiẽs.§.
4 ſi duo.ff.de hære.inſti. ¶ † Sed in caſu nr̃o dictio illa taxatiua tñ
non importat de neceſſitate,vt poſt mortem non ſint hæredes ip
ſo iure ſaltem per earum hæredes, imo poteſt reſtringi q̃tum ad
effectum vel commodũ;ita poſſunt ſimul ſtare, vt remaneant hæ
redes noĩe,nõ quo ad effectum;quia hoc eſt tolerabile in iure, vt
patet in fideicommiſſo vniuerſali poſt hæreditatẽ reſtitutam. ff.
ad trebel.l.1.in prin.& l.ſi hæres inſtitutus. Prima determinatio
Bar.ẽt in terminis in quibus ipſe loquitur, reprehenditur p Bald.
in d.l.extraneũ & puto ꝙ Bal.dicat verum. Poſito ẽt ꝙ determi-
natio Bar.quam ponit in l.quotiens.§.ſi duo.ff.de hære.inſt.eſſet
vera.ſ.ꝙ prohibitio iuris accreſcendi de quota vitiet inſtitutio-
nẽ. Quia dico ꝙ non ſic in tp̃e, quia prima operatur circa prin
cipiũ inſtõnis & ex parte ante, vt3 vt quis ſit hæres ex teſtõ in di-
midia, & in altera nullus;quo caſu voluntas & cã inteſtati trahit
ad ſe cãm teſtati,ſed in tp̃e operatur ex poſtfacto,uult.n.ꝙ ſit hæ
res certo tp̃e,eo finito deſinat;quo caſu cã teſtati, quæ ſemel ce-
pit effectum ſortiri,trahat ad ſe cãm inteſtati,& eam abſorbet ẽꝫ
ubi de uoluntate teſtõris in ꝫrium manifeſtiſſime conſtat,per d.
l.ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo s̃.alleg.quia in-
utilis adiectio facta poſt actum perfectum & conſummatum ui-
tiatur,& nõ uitiat actum.l.cum precaria.ff.de preca.Et quod no.
glo.in l.per ſeruum.de uſu.& habi.ſupra alleg.uer. ſi aũt prius.&
in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan. eccle.& quod no.in c.fi.de condi
5 tio.appoſit.¶†Scđo loco dicendum eſt, præſuppoſito ut dixi ꝙ
præfata inſtõ non fuerit a principio uitioſa, & ſic dictæ dñæ ad-
eundo fuerunt effectæ hr̃des ex teſtamento, & ꝙ per earum mor
tem cã teſtati non fuerit finita, ſed ad hæredes earum tranſmiſſa,
& per ꝫñs cã inteſtati locum habere nõ poſſit quo ad directam
ſucceſſionem, an ſaltem uirtute taciti fideicommiſſi poſſint ue-
niẽtes ab inteſtato petere bona dicti teſtatoris ſibi reſtitui ab hæ
rede ultimæ morientis ex dictis mulieribus deducta quarta tre-
bellianica; & hic vr̃ dictum ꝙ ſic pp̃ illam dictionem taxatiuam,
tantum,quæ debet aliquid operari.l.ſi qñ.de leg.j. Nec fruſtra ui
deri appoſita.l.3.§.non fruſtra.ff.de iureiur.Nec põt uideri appo
ſita quo ad perſonam primæ morientis niſi fauore cohæredis ſu
perſtitis, nec in perſonam ultimæ morientis niſi fauore uenien-
tium ab inteſtato.l.peto.ff.de leg.2.in 1.uer. idem dicemus.& qđ
not.Bar.in d.l.quotiens.§.ſi duo.dum allegat illam.l. peto. ut ſic
prima moriens uideatur fuiſſe rogata partem ſuam reſtituere ſu-
perſtiti cohæredi,& ultimò moriens uenientibus ab inteſtato te-
ſtatoris,& pro hoc facit.l.fi.C.de leg.& ff.de leg.2.l.titia cum te-
ſtamento.§.fin.Vbi ille, cui relinquitur ad certum tempus uel ad
tempus uitæ,cenſetur rogatus poſt tempus uel poſt mortem re-
ſtituere hæredi. Et ſic cum primæ morienti ſucceſſit ſuperuiuẽs
ex teſtamento,quartam partem dimidiæ illius habuit, ut hæres il
lius quæ non ſubiacebat reſtõni, ex quibus alius hæres potuiſſet
eam retinere ex perſonæ primæ morientis pro trebellianica illa
defunctæ debita.l.quamq̃.C.ad l.fal. Alias uero tres partes dictæ
dimidiæ habuit dicta ſuperſtes,non tãquã hæres p̃morientis, ſed
tanq̃ fideicommiſſaria ex duplici ſubſtõne. Quarum una fuit ex-
preſſè facta,altera reſultabat ex illa dictione taxatiua, tantum,ap
poſita in inſtitutione illius præmorientis. Deinde cũ altera mór
tua fuit,extitit quoque ſubſtitutio, quæ cenſetur ſibi facta de ue-
nientibus ab inteſtato teſtatoris, in qua ueniunt tres partes dimi
diæ ultimò morientis,& ẽt illæ aliæ tres quas habuit de prima mo
riente.per ea quæ no per Bart.in l. ſceuola.in fin.ff.ad trebel.& l.
marcellus.§.quidam liberis.& probatur in l.hæredes mei. §. cum
ita.ff.e.ti.¶ Duæ aũt quartæ, q̃ p trebellianica ueniunt detrahen
dæ de utraq; dimidia, debent remanere penes hr̃des ultimò mo-
rientis;quia illæ non cadunt in aliqua de p̃dictis ſubſtõnibus.l.ti-
tia ad l.fal.Et pro iſta deciſione facit determinatio Bald.in d.l.ex-
traneum reprehendentis Bar.qui tenuit in d.l.hr̃ditas. ꝙ ſi unus ẽ
inſtitutus uſque ad annum alter poſt annum tempus reijcitur de
inſtõne cuiuſlibet,& ſic erũt cohr̃des per illam.l.hr̃ditas. Sed hoc
eſt falſum ſm Bal.& ꝫ intentionem teſtatoris,ꝙ noluit eos cõcur
rere eodẽ tp̃e in eadẽ hr̃ditate,& eſt caſus in l. uerbis ciuilib.ff.de
uulg.& pup.uer.ſed q non admitti.& ẽt in fi.& l. cum in teſtamẽ
to.in prin.de hr̃d.inſti.vñ dicit Bal.in d.l.extraneũ.quòd in d.caſu
primus inſtitutus uſq; ad annum erit hr̃s perpetuo mero iure,ſed
poſt annum tenebit̃ reſtituere hr̃ditatem ſecundo inſtituto poſt
annũ,ut ſic mens teſtatoris ſaluetur eo modo,quo melius ſaluari
põt non offendendo iuris regulas.Idem ergo dẽt eſſe, ſi unus tñ a
fuit inſtitutus uſq; ad annũ tñ,uel quouſq; uixerit, & poſt d.tp̃a
nõ diſpoſuerit ad quẽ deueniret. Nã p̃ſumit̃ uoluiſſe quod ueniat
ad uenientes ab inteſtato. A quibus uſq; ad illud tempus auferre-
bat.ar.d.l.fi.C.de leg.& l.titia.cum teſtamento.§.fi. de leg.ij.& l.
peto.poſt prin.uer.idẽ dicemus.eo.tit.¶ Bal.ergo in eadem.l.Ex-
traneum.dum reprehendit Bar.in eo quod dicit in d. l. hr̃ditas.in
fi.ſ.inſtõnem uitiari,ſi dixerit teſtator ꝙ poſt tempus uolebat in
ſtitutum eſſe hr̃dem melius dixit quàm Bart. ſecundum oẽs, quia
imo non uitiat̃ ſed uitiant̃ d.uerba,& his non obſtantibus hr̃s erit
perpetuo mero iure;ſed imperfectè fuit locutus,quia non decla-
rauit an dicta uitientur ex toto,an non, ſed inducãt ſaltem tacitũ
fideicommiſſum & in cuius perſonam, & ſimiliter illi qui conſu-
luerunt in fauorem hr̃dum ultimò morientis ſequentes bal. be-
ne conſuluerunt,quòd non uitietur inſtitutio,nec fuerit tempore

[a] ¶ Excludit. adde eundem .F. in conſ. 134. nu. 8.

finita ipſo iure, ſed ad illos hr̃des tranſmiſſa, ſed omiſerunt tangere hunc ſm punctum, in quo ſtat tota uis quæſtionis. Nam de primo nunq̃ dubitaui rõnibus de quibus ſupra, ſed de ſecundo ſic, quia tactum non reperio. Sed mihi vr̃ dicendum ut ſ. dixi, ſalua correctione melius ſentientis. Inſtitutus ergo uſq; ad diẽ, ẽt poſt diẽ eſt hæres, ſed tenetur reſtituere. Sed quid de inſtituto ex die? nam ante diem nihilominus eſt hr̃s, ſed an tenebitur reſtituere uenientibus ab in inteſtato, donec ueniat dies? ſicut. n. in inſtituẽdo ad diẽ, poſt diem voluit eſſe uenientium ab inteſtato, a quibus abſtulerit, uſq; ad diem, ita inſtituendo ea die uſq; ad diem uoluit eſſe uenientium ab inteſtato, a quibus non abſtulit uſq; ad diem.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Quidam nobilis de Dragoneo de pedemontium, qui uocatur Stephanus Azardi habuit filios nouem maſculos ex duabus uxoribus. Ea prima habuit iſtos ſic uocatos, uidelicet Guilielmum, Gofredum, Lionellum, Ludouicum. Ex ſcd̃a habuit iſtos, uidelicet Conſtantinum, Guilielmum, Bartholomeum, & Martinum, & Ioannem. Dictus pr̃ duos iſtorũ oĩum fecit ſtudere, unus quidẽ ex prima uxore uidelicet Ludouicus doctoratus eſt in uita pr̃is. Altero uerò ex ſcd̃a uxore uidelicet Guilielmo adhuc ſtudente pr̃ uita functus eſt, oĩbus relictis hæredibus æqualiter. Modò in diuidẽda hæreditate dubitatio oritur, an illi duo fr̃es uidelicet doctor & ſcholaris debeant libros conferre cum ſatis exinanitum ſit amplum pr̃imoniũ pr̃is pp multiplices particulas inter fratres oẽs. Et dubium facit, quia pr̃ quondam in quodam ſuo rõuali, ſiue libro rõnum, ſiue quaterno, ſiue memoriale, in quo d. pr̃ ut faciunt nobiles deſcribebat data ſeu mutuata per eum facta & ẽt recepta. Cui libro tali d. oẽs filij maximam dant ac dederunt fidem, eique aſſiſtunt tanq̃ euangelio. In iſto libro reperitur ſic deſcriptum in uulgari ſtilo. Item per denari impreſtati a Aluiſio per comprare uno condego ducati. xxx. Itẽ per comprare uno bartholo al predicto io ho impreſtato dodece ducati &c. Eodem modo & eodẽ tenore reperit deſcripſiſſe de libris emptis ipſi D. Guilielmo filio ſcd̃æ uxoris. Dubium ergo facit inter alios fratres, quia pater uſus fuerit in ſuo libro illo ſermone impreſtati &c. Tum ẽt potiſſime facit dubium, q̃a d. pr̃ q̃n uiuebat aliquas nurus recepit in domo & expenſas nuptiales ſatis amplas fecit, tam circa ueſtes nuptiales, q̃ circa nuptias. Quarum expenſarum memoria ſub alio mõ dicẽdi in d. libro pr̃is reperitur deſcripta uez ſic. Item mi Stephano Azardo ho ſpeſo in le noze de Goffredo fiorini tanti. Itẽ ho ſpeſo per una ueſte de malines per la mogliere del d. Goffredo fiorini tanti &c. Et ſic de alijs coniugatis. Reſolutio ergo dubij ſtat in hoc, quia in expenſis factis circa libros filiorum & conuentum alterius utitur hoc ſermone impreſtati. Et in expenſis factis circa nuptias filiorũ & ueſtes ſpõſarũ otr̃ hoc ſermõe. Io ho ſpeſo &c. Itẽ in caſu pſupponit, q̃ pr̃ p duos annos anq̃ moreret fecit teſtm̃, & cum illo mortuus eſt. Quærit̃ ergo quid iuris, an d. libri in diuiſione ipſa ueniant conferendi, & etiam expenſæ factæ in doctoratu fratris doctoris, de quo ſ. propter prædicta uerba.

S V M M A R I V M.

5 *Libri empti filio ſtudenti per patrem & precioſæ ueſtes ſunt conferendi cum fratribus in diuiſione hæreditatis.*

C O N S I L I V M CCXLII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Vr̃ dicẽdum, † q̃ d. libri non ueniãt conferendi cum fr̃ibus [a] ſed debeant eſſe præcipui in diuiſione hr̃ditatis illorum, quorum noĩe fuerunt p pr̃em comparati & eiſdem traditi, per id quod habet̃ per gloſſ. & doc. C. fam. ercis. l. filiæ cuius. eum cẽſeant illis per hoc donati paterna pietate, q̃ tales expẽſas facere p filio recuſare nõ dẽt. ff. e. l. q̃ pr̃. ubi vr̃ rẽ caſus; q̃ donatio, ſi fuiſſet filius emancipatus, fuiſſet ſtatim & a principio ualida. d. l. q̃ pr̃. Sed ſi in pt̃ate, non ualuiſſet a principio, ſed ſecuta emancipatione uel ẽt ſecuto doctoratu illius primi filij fuit ꝯfirmata, & inceperũt eſſe quaſi caſtrẽſis peculij; vñ doctor dr̃ militare militia legali, & ſic põt habere peculium quaſi caſtrẽſe. Cuius eſt capax uiuente pr̃e, tã quo ad ꝓprietatẽ, q̃ quo ad uſumfructũ. C. de aduocatis di. iud. l. fori. & l. aduocati. & ita no. p Bar. in illa. l. filiæ. & in l. j. §. ſed nec caſtrẽſe. ff. coll. bo. in tractatu de duob᷑ fr̃ib᷑ cõpillato per eũ. Itẽ per gloſſ. q̃ eſt in l. Macedoniani. C. ad Mac. q̃ dicit, q̃ ſi filius eſt in ſtudio de uoluntate pr̃is, tenet̃ ei pr̃ emere libros, & ſic uident̃ eſſe ſui ꝓcipui, tanq̃ ſibi debiti, ſicut legitima, & ſicut dos uel ueſtes quotidianæ, quas pater facit & facere tenetur filio; iuxta id quod habetur & not. in l. id veſtimentum. & l. peculium naſcitur. §. 1. & quod no. Bar. de veſtibus vxoris in legibus. ſ. alleg. Itẽ per aliam glo. q̃ eſt. ff. ad mace. l. ſed iulianus. §. quod dr̃. q̃ vult plus. ſ. q̃ ẽt ſi non de voluntate patris expreſſa, ſi tñ non ꝯdicat, tenetur pater illi miniſtrare expenſas neceſſarias, & ſic ad debitum ꝯctum per filium occaſione illarum, & idem ſi ꝯdicat ſi tñ filius eſt aptus ad ſtudium, & ſtudeat. q̃ tenetur pater, hoc ratum habere, tanq̃ vtiliter geſtum, facit. ff. ad carbo. l. de bonis. §. non ſolũ, vbi pupil. educ. debe. l. 2. de rei vẽ. l. ſin autẽ. §. fi. cum. l. ſeq. & in auth. neq; virũ quod ex dote. §. pen. qd̃ ẽt tenet Guil. de Cu. in d. §. quod dr̃. ¶ Sed his non obſtantibus ꝯtrium eſt dicendum, vez quòd imo dicti libri ſunt conferendi fratribus tales quales ſunt, non dico q̃ debeant diuidi inter fratres, quia nec cõmode poſſet hoc fieri, nec alijs non ſtudentibus cõueniunt, ſed debẽt remanere, penes eos, penes quos ſunt, & pretium eorũ debet eis computari in eorum portionem, ſicut & dos data filiæ, cũ venit ad diuiſionẽ cum fratribus. C. de colla. l. dotis. licet pater, neceſſe habuit eam filiæ dare. C. de do. promiſ. l. fi. ff. de ritu nup. l. qui liberos. Non tñ tenetur pater eam filiæ donare. Ideo remanet adhuc profectitia, ſi non fuit donata, & debet conferri, ſicut & alia profectitia. C. fami. erciſ. l. certum. ſecus ſi pater dotem filiæ donaſſet, vt ſi fuiſſet eã ſoli filiæ ſtipulatam, ſm ea q̃ habentur per Bar. in l. poſt dotẽ. ff. ſolut. matri. in 4. q. Et ex hiis rñdetur ad gl. l. macedoniaui. & illius. §. quod dr̃, quia dato, q̃ eſſet vera. ſ. q̃ pater teneretur ei libros emere in caſib᷑ ſupradictis, non tñ tenetur eos ſibi donare, ſi non vult. Et hoc expreſſe voluit Bal. in d. l. macedoniani. licet Bar. in tract. de duobus fratribus, in §. ſed nec Caſtrenſe, ſentiat q̃ nec emere tenetur, nec ipſum in ſtudio tenere, eum non reperiatur in iure cautum, eo modo, quo reperitur de alimentis & de dote. Sed præcedens opinio, plus placet, ſi pater poteſt, & filius eſt aptus ad ſtudium; non tamen iure actionis & ob. aſtringitur, ſed iudicis officio de æquitate, & iure naturali, ſicut dotem dandã, & alimenta præſtanda, iuxta ea, quæ habentur & notantur, in l. obligamur. in §. lege. ff. de actio. & ob. & aliæ expenſæ factæ per patrem in ſtudio, q̃ non extant, ſed ſunt conſumptæ, non conferuntur, nec in portione ſibi debita computantur, ſed e apenſæ librorũ, qui extant, quanq̃ neceſſario fuerint a patre empti, ſi non fuerint filio donati, bene conferuntur, & in portionẽ debitam computãtur, vt dixi, & iſta voluit Bal. in d. l. filiæ. C. fami. erciſ. & in d. l. macedoniani. Per hæc ẽt tolluntur prima allegata, in ꝯtrium. ſ. d. l. filiæ. cũ gl. ibi poſita. & cum no. ibĩ per Bar. quia loquuntur, & debẽt intelligi, q̃n fuerunt filio per patrẽ donati, qd̃ pſumitur ſm gl. eo ipſo, q̃ filij noĩe pater emit, ſed ſm Bar. in d. §. ſed nec Caſtrenſe, hoc non ſufficit, niſi ẽt tradiderit, per l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi, & ita Bar. reducit ad concordiã doct. ſuper hoc variantes arti. Sed iſta pſumptio, cũ ſit iuris non de iure, recipit probationẽ in ꝯtrium, iux. no. in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. hic aũt apparet de expreſſa voluntate pr̃is in contrariũ, dũ ſcripſit in libro ſuo, ſe illis præſtitiſſe pecunias, de quibus emit prædictos libros, qd̃ verbũ ꝯtiatur naturæ donationis; q̃a pſtare dr̃ quis, eum habet animum repetendi, ſed donare q̃n non hẽt, iux. no. in l. 2. in prin. ff. ſi cer. pet. conſtat aũt, q̃ ea tali ſcriptura probatur animus ſcribentis, iux. no. per Bar. in l. ſi patruus. C. cõia vtriuſq; iudi. & l. gerit. ff. de acqui. hære. & l. nenſenius. ff. de neg. geſt. Probatur ẽt dictus actus ex veriſimilibus coniecturis puta ex numero liberorũ, ſm Bal. q̃ ita no. in d. l. filiæ, quia cũ haberet octo filios maſculos, inter quos diuiſa hæreditate parũ tãgit, quemlibet eorum non eſt veriſimile, q̃ voluerit tale expen. donare. Et idẽ dicendum eſt de veſtibus precioſis, & localibus emptis per patrẽ, pro nuribus, & eis traditis, vt non cenſeantur donatæ, ſed cõmodatæ, licet non eodem modo ſcripſerit in dicto libro de ipſis, q̃ eis præſtiterit, ſicut ſcripſit de libris, prout determinat Bar. & Bal. in locis. ſ. alleg. & ſic veniunt conferendæ, & in portionẽ eorũ cõputandæ, ſecus de alijs expen. factus in ſtudio q̃ in emptione [b] librorũ. Nec poſſent alij fratres nũc poſt mortẽ pr̃is petere, q̃ tales expenſæ fiãt pro ſe de cõi, ſed debẽt de ſua ꝓpria portione facere. l. ſi filia. §. idẽ ſcribit. cũ ſeq. ff. fami. erciſ. de mune. & hono, l. 3. §. fi. & qd̃ no. in l. lucius. §. 1. ff. d̃ municipa. n Bar. in Spe. de ind. §. ſeq. ver. q̃d ſi alter ex hæredibus, & ver. q̃d ſi vnus in 4. parte Spe. ¶ Concludo ergo, q̃ dicti libri, & dictæ veſtes precioſæ & iocalia debẽt conferri. i. pretia eorũ in illorũ portionẽ cõputari. Cæteræ expenſæ cõſumptæ, & veſtes quotidianæ factæ nurib᷑ nõ dẽnt cõferri, nec in portionẽ illorũ cõputari. Quæ oĩa colliguntur ex no. per Bar. & Bal. in locis ſupra in ꝯtrium allegatis.

a ¶ Fratribus uide Bald. in cõſ. 449. in 3. parte, & in conſi. 384. in 2. pt. ubi. ponit, 1 q̃d ſi pater legauit libros. ll. filio diſponẽti ſtudere in ll. deinde eẽ emit nouos, an illi nouiter empti uideantur legati ſeu donati.

b ¶ In emptione librorum, uide materia pleniſſimè p Alex. in conſi. 281. incip. circa primã dubitationẽ. in a. uo. H. ſ.

Petens

S V M M A R I A.

1 *Petens ſe non impediri quominus aqua ex tectis ſuis decurrat in domum uicini, quia ſic ſolet currere, dicitur male concepiſſe libellum, & quid requiratur ut talis ſeruitus acquiratur nu. 2.*

2 *Verbum, ſolita, uerificari poteſt in una uice tantum, & quid de uerbo, conſueta.*

CONSILIVM CCXLIII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Vr ꝙ non poſ-
ſit ſequi niſi abſo
lutio, uel pp ineptitudinem. l. j. §. fin. ff. ſi menſ. fal. mo.
dixerit. extra de re iud. c. examinata. uel propter defe-
ctum ꝓbationis. C. de eden. l. qui accu. primũ patet, qa ꝯcl. libelli
1 non ſeqtur ex narratis. † Narrat. n. ꝙ aqua pluuia deſcendens de
ſuo tecto in ſuam curtem ſolita erat intrare curtem domus ſui ad
uerſarij, & per ipſam tranſire ad alium locum: & ꝙ nunc aduerſa
rius impedit d. tranſitum. & nihil aliud ſubſtantiale narrat. Et ex
hoc concludendo petit aduerſarium condemnari ad dandum lo-
cum tranſitus. Certe iſta ꝯcl. & petitio tam male ſequitur ex præ-
miſſis, ſicut iſta; Rex eſt in Francia, io peto te condemnari ad dan
dum mihi centum. Conſtat. n. ꝙ ille libellus eſſet ineptus & nul-
lus, & in quacunq; parte iudiciarij poſſet de ineptitudine oppo-
ni. ut no. Bar. in l. edita. C. de edẽ. in articulo de emẽdatione. Et al
leg. gl. in l. certa. ff. de doli excep. & ſnia lata ꝓ actore ſuper ipſo
foret nulla, ut no. gl. quæ incipit, iſtud. Inſt. de ac. & Bal. in l. acto
ri. in fi. de iureiu. ff. de rei uen. l. dominum. ff. de proc. l. licet. C. ut q̃
deſunt adno. partium. l. j. per Cy. Hoc ſic oñditur, nã ſi actori uel
ei' domui nõ erat q̃ſita ſeruit' ſup domo iſtius Cuſmini recipiẽdi
d. aquam, licitum fuit d. Cuſmino ipſam aquam a ſe excludere, &
aliquid in ſuo ſolo facere, propter quod aqua in ſuam curtẽ non
ingrederetur, ẽt ſi ex hoc nocumentum actori uel eius domui in-
ferat. ff. de aqua plu. arc. l. ij. §. pe. Multomagis ſi non nocet, quia
æque benè & commodè & ſine ſui damno pòt actor per alium lo
cum eam diuertere, qđ facere tenet̃ ex quo alteri prodeſt, & ſibi
2 non nocet ca. l. 2. §. item uarus. in fi. † Sed non ſeqtur, ſolita eſt ita
currere: ergo ſeruitus eſt acqſita; quod patet, qa illud, ſolita, pòt
uerificari in una tm̃ uice. l. mella. §. j. ff. de ali. leg. & ibi per Barto.
& per eundem in l. j. C. quom. & quan. iudex. licet aliud ſit in uer-
bo, conſueta; qa intelligeretur per decennium. c. cũ de bñficio. de
ꝓb. lib. 6. Sed ad talem ſeruitutem acquirendam reqritur ꝯtinuus
curſus longi t pis. l. ſi qs diuturno. ff. ſi ſer. uẽ. l. j. C. de ſer. & aqua.
Requirebatur ẽt, ꝙ diceret & probaret aliqd interueniſſe, ꝓpter
quod meritò d. actor & ſui anteceſſores putauerunt ſibi hanc ſer
uitutem competere ſupra d. domum, puta uel quia interuenit ali
qua conceſſio ab illo facta qui eam facere poterat, uel fama, uel
quod ita audiuerunt a ſuis anteceſſoribus; al's non cenſebitur fuiſ
ſe uſus iure ſeruitutis quod reqritur. l. fi. ff. quemad. ſer. amit. nec
ẽt ꝙ bona fide, quod ſimiliter reqritur. ut ibi no. in gl. cum ius cõe
faciat ꝯ ꝓſcribentem, ut hæc habentur plenè & clarè per Bart. in l.
j. §. j. ff. de itine. actuq; priua. qui alleg. ad hoc. l. j. §. ſed ſi iure al's ẽ
uer. ſub. §. hæc interdicta. de aqua quoti. & æſti. & per Innoc. in c.
bonæ. de poſtul. præla. il. 2. Ac ẽt ꝙ ſcientibus & patientibus dñis
domus in qua ſeruitus acqrebatur, cum aliter non dicatur haberi
quaſi poſſeſſio dictorum iurium. l. quoties. ff. de ſer. ſine qua nec
lõgo nec longiſſimo tempore poſſunt præſcribi. c. ſine poſſeſſio
ne. de regulis iuris. Non conſtat autem ꝙ illi, qui tenuerunt do-
mum, quam nunc habet Cuſminus, fuerint illius domini, ſine quo
rum ſcitu dicta aqua currere ſic non potuit; & potuerunt eſſe ſim
plices conductores, quorum ſcientia & patientia non potuit uero
domino nocere, ut not. in l. t. C. de ſerui. & aqua. & tertia & ulti-
ma lectura gl. magnæ. Præterea poteſt eſſe, ꝙ dicta aqua per ſeip
ſam ſine opere manufacto naturaliter deſcendebat in curtem d.
Cuſmini, unde non cenſeretur dictus agẽs ipſam ſic tenuiſſe & ha
buiſſe iure ſeruitutis, ſed ita demum ſi opere ſuo hoc continge-
bat, ut patet ex not. per Bart. in d. l. j. §. j. ff. de itine. actuq; priua. de
actibus, quos quis licitè facit in alieno, ẽt ſi ſeruitutem & ius fa-
ciendi non acquiſiuit. & per Innoc. in d. c. bonæ. hoc autem licitè
ſic habere potuit, ſi curtis uicini erat inferior. l. j. §. fina. ff. de aqua
plu. arcen. Præterea ſi aliquis dominus domus dicti Cuſmini fecit
bona fide aliquod opus, per quod aquam excluſit, & abinde citra
tranſiuerunt. x. anni inter præſentes, ꝙ aqua inde tranſiuit, ut di
citur, præſcripta fuit libertas, etiam ſi ſeruitus prius fuiſſet quæſi
ta. l. hæc autem. ff. de ſerui. urba. prædiorum. ¶ Concludo ergo ut
ſupra, quia iſta neceſſaria nec narrata nec probata fuerunt.
¶ Ex puncto prædicto multis hincinde rationibus & allegationi
bus irroborato ipſoq; inter alia dubia eliciuntur ſuper quibus cõ
ſilium poſtulatur. ¶ Primò, nunquid Thomas pater Perini infan
tis nepotis dicti Secreti ex filia qui in quinquaginta ſimul in teſta
mento dicti Secreti fuerat inſtitutus, mortuo ipſo teſtatore & ſuc
ceſſiue dicto Perino adita hæreditate per dictum eius patrẽ, poſ
ſit petere ſupplementũ debitum iure naturæ ſibi ex perſona filij
ſui competentem, non obſtante ꝙ dictus Thomas teſtm̃ dicti Se-
creti poſt eius mortem & dictus eius filij nixus fuerit impugna-
re ipſum vſurarium publicum allegando. ¶ Secundò, nũquid dos
data matri dicti Perini peruenta ad manus dicti Saraceni patris
dicti Thomaſij & aui paterni dicti Perini, cũ pacto ꝙ ipſi Secreto
redderetur ſibi ſiue eius filijs, cùm filij deceſſerint ante ſex annos,
debeat in dicta legitima & ſupplemento imputari, quam dotem
ipſum Perinum habuiſſe non conſtat. ¶ Tertiò, an ex inueſtitura
in dictam ſoceram facta de dictis bonis emphiteuticis, per quam
ſtipulationem apparet dicta bona pro ſe filijs & nepotibus vſque
in tertiam generationem vocetur filius filiæ, tanq̃ de ſua genera-
tione, non obſtante ꝙ de dictis bonis emphiteuticis per ipſum te
ſtatorem aliter prouiſio facta fuerit, quæ ab ipſo Secreto fuerunt
primitus acquiſita, non autem per antiquos. ¶ Quartò, nunquid
bona emphiteutica quæſita per dictum Secretum auum maternũ
dicti Perini, de quibus ſpecialiter in ſuo teſtamento diſpoſuit, de
beant in cumulo hæreditatis dimitti, ita ꝙ etiam de eis legitima
detrahatur, an vero de propria ſubſtantia ipſius teſtatoris amo-
tis bonis prædictis. ¶ Vltimò ex fine pũcti, qui ſeparatus potius
vr̃, duo dubia inſurgunt. Primum an confeſſiu, qua maritus con-
feſſus eſt ſe decem habuiſſe in dotem a C. quæ ſibi in teſtamẽto le
gauit poſt donationem factam cuidam B. de omnibus bonis præ
ſentibus & futuris, executionem habere debeat contra dictum B.
hæredem etiam in dicto teſtamento inſtitutum, vel eius hæredes
bona dicti donantis integraliter poſſidentes. ¶ Item poſito, ꝙ fi
lio & hæredi dicti B. hæredis dictæ C. cederet actiones pro dictis
10. relictis pro dicta dote, poſſit ſe defendere aduerſus cedentẽ;
quia docere non poteſt per teſtes vel inſtrumenta dictam dotem
fuiſſe datam dictæ C. ſub prætenſo colore donationis, cum ſucceſ
ſit titulo ſingulari, maximè cũ dicta ceſſio non fuerit infirmata.

S V M M A R I A.

1 *Teſtamentum ſoceris ſi gener ex perſona filij dicat nullum, arguens ſocerum uſurarium, an poſſit ſuccumbens petere legitimam debitam filio ſuo nepote nepoti illius defuncti.*

2 *Dos materna an debeat imputari in legitima nepoti debita, cum auus eam habuiſſet nec bona eius eſſent ſoluendo.*

3 *Inueſtitura ſi capiatur pro ſe, filiis, & nepotibus uſque in tertiam generationem, an ueniat nepos ex filia.*

4 *Legitima an de emphyteuticis detrahatur.*

5 *Actionem ex teſtamento qui emit pro decem, licet ſuccedat debitori, tamen tenetur ad pretium cedenti uel uendenti, licet ſit extincta actio.*

CONSILIVM CCXLIIII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Viſo & examinato
ſupraſcripto puncto
ſatia confuſo, & inuoluto, reſpondebo per ordinem
1 ſupraſcriptis dubijs, quæ colliguntur ex eo. ¶ † Et ad
primum reſpondeo, ꝙ dictus Thomas nõ prohibetur petere ſup
plementum legitimæ in bonis ſer Secreti ex perſona Perini infan
tis filij ſui & nepoti ex filia d. ſer Secreti, propter hoc ſolũ quòd
allegauerit dictũ ſer Secretum fuiſſe publicũ vſurarium, & teſta-
mentum ſuum nõ valere, ſicq; totam eius hæreditatem pertinuiſ
ſe ab inteſtato ad dictum Perinum, & per conſequens ad ſe, tripli
ci ratione. Prima, quia qui dicit teſtamentum nullum & ſuccum-
bit non repellitur a commodo relicto ſibi in teſtamento, nec ab
altero quod venit in conſequentiam illius, licèt ſecus ſi dixit teſta
mentum falſum. ff. de his quib. vt indig. l. poſt legatum. circa prin
cip. & ibi no. & quæ ſit ratio diuerſitatis. no. per Cy. C. eodem tit.
l. polla. & per Dy. in c. ex eo quod. de regu. iuris. lib. 6. Sed dicen-
do teſtatorem fuiſſe vſurarium non impugnat teſtamentum de
falſitate, ſed de nullitate. c. quãquam. de vſuris. li. 6. ergo &c. ¶ Se
cunda ratio eſt, quia dictus ſer Secretus quantum in ſe fuit cona-
tus fuit dictum Perinum fraudare ſua legitima portione, cũ mo-
dicam quantitatem ſibi reliquerit, & iuſſerit ipſum ſtare conten-
tum, & amplius petere non poſſe. Et ideo tam ipſi Perino, q̃ hæ-
redi ſuo licitum fuit facere quicquid potuit vt ille decederet in-
teſtatus, allegando nullitatem teſtamenti ex quacunq; cauſa. Nec
per hoc vr̃ fraudem commiſiſſe, ſed eã excluſiſſe. ff. de leg. 2. l. cum
pater. §. titio. quẽ Bar. ſingullariter ad hoc allegat in q. diſputata

a ¶Non ſunt. qd aũt cõprehendat gñatio.uid. Pe. Phil. Cor. in cõſil. 234. nu. 4.5.& 9. in 4. parte vbi ẽt an deſcẽdentes ex fœmina dicatur d generatione aui & paui de quo ẽt per eum in conſil. 190. nu. 3. in 3. parte.

per eum, quæ incipit pupillus. poſita ſuper l. a. ff. qui per tuto. qđ
autem eſt licite factum, pœnã nõ meretur. l. gracchus. C. de adul.
¶Tertia rõ eſt, quia etiã ſi iſta foret iuſta cauſa exhæredationis,
non ſecuta tñ exhæredatione non ſufficeret ad priuandum quem
ſua legitima. Duo. n. requiruntur, vel tria. ſ. ꝙ exhæredetur, & qđ a
exprimatur iuſta cauſa, & ꝙ illa ſit vera; & ſic primũ nõ ſufficit,
ita nec alia ſine primo in Authen. vt cum de appella. cogno. §. il-
lud quoque capitulum. ¶Sed & quarto vr̃ caſus, ꝙ licet quis ac-
cuſet aliquem ſuum attinentem de aliquo crimine, nõ propterea
priuatur eius ſucceſſione. ff. vnde cogna. l. accuſatio. Fallit in pa-
trono accuſante libertum ſuum de capitali crimine & ſuccumbẽ
te, & ſic calumnioſè, ſecus ſi ubtineat, licet accuſatus fuerit reſti-
tutus, vel alio modo non punitus. l. qui cum maior. in princ. & in
fi. cum l. ſeq. ff. de bonis liber. ſed hic deficiunt oĩa iſta; quia accu-
ſans non erat patronus accuſati. Nec accuſauit de capitali crimĩ
ne, nec ſuccubuit, ſed obtinuit in accuſatione quia fuit pronun-
ciatum illum fuiſſe vſurarium, licet pronunciatio fuerit poſtea
reuocata, & ſic non poteſt dici fuiſſe calumniator; ergo &c. d. l.
qui cum maior. §. fi. cum l. ſeq. ſed poſtremo poſito, ꝙ eſſet iuſta
cauſa priuationis, non tñ veniret priuandus ipſo iure, ſed per ſen
tentiam & applicaretur fiſco non hæredi vniuerſali, ideo non po
teſt hæres vniuerſalis, vel eius hæres hoc obijcere. ff. fami. er. l. his
conſequenter. in princ. & quod ibi notatur in gloſſ. ¶Concludo
ergo, ꝙ dictus Thomas poteſt petere ſupplemẽtum legitimæ in
bonis dicti ſer Secreti, licet memoriam eius accuſauerit de vſura
ria prauitate rationibus prædictis. Et hoc de primo quæſito ſeu
dubio. De validitate verò vel nullitate dictarum pronunciatio-
num factarum per curiam epiſcopalem nil poſſem dicere, niſi vi
derem proceſſus ibi agitatos, poteſt etiam Thomas petere hære-
ditatem D. Luciæ proauiæ maternæ dicti Perini tranſmiſſam ad
eum per D. Nicoloſam eius matrem, etiam non aditam per titu-
lum. C. de his qui ante aper. tabu. ſi per dictum Thomam viuente
Perino, vel poſt eius mortem tanquam per hæredem Perini fuit
adita per l. ſi infanti. C. de iure delib. cum ibi no. Nam hodie non
iure patrio, ſed hæreditario poſt mortem infantis adit. vt ibi no.
ſed in eius vita ſic, & tanquam legitimus ad miniſtrator, debet tñ
de dote dictæ D. Luciæ deduci pars, quam ex forma ſtatuti Fran
2 ciſcus vir eius debebat lucrari præmortua vxore. ¶†Super ſecun
do quæſito reſpondeo, ꝙ dictus Thomas non tenetur cum di-
cto ſupplemento & dote dictæ D. Luciæ compenſare & compu-
tare dotem D. Nicoloſæ vxoris ſuæ quæ venit reſtituenda ſer Se
creto & hæredibus eius ſecundum formam & tenorem inſtrumẽ
ti dotalis niſi bona & hæreditas Saraceni patris dicti Thomæ qui
ſolus dictam dotem recepit & ad eius reſtitutionem ſe obligauit
ſint ſoluendo, cùm ipſe Thomas non ſit de ipſius dotis reſtitutio
ne obligatus, niſi vt hæres patris ſeu Saraceni qui eam recepit, nõ
autem ſuo. ſ. Thomæ proprio nomine, iuxta ea quæ plenè legũ-
tur & notantur in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matr.
Poſito etiam ꝙ ratam habuerit traditionem factã patri ſuo, quia
ille non recepit eam communi nomine. ſ. ſuo & dicti Thomæ, ſed
ſuo proprio, vnde conſenſus Thomæ non fecit negocium non ge
ſtũ ſuo nomine fore ſuum. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de nego. geſt.
Et per conſequens ex illo non fuit ſuo nomine obligatus, ſed ſo-
lus Saracenus, per nota. in d. §. tranſgrediamur. & etiam ipſe Tho
mas tanquam hæres cum beneficio inuentarij. Si ergo bona Sara-
ceni non ſunt ſoluendo, ipſe non tenetur. C. de iure delib. l. fi. §. &
ſi præfatam, & per conſequens non tenetur illam ſecum compen
ſare, cum cõpenſatio requirat debitũ hincinde ſubſiſtere. ff. de cõ
3 penſa. l. 1. ¶†Super tertio quæſito vr̃ dicendum, ꝙ dictus Perinus
comprehẽdebatur in verbis dictæ inueſtituræ, quæ facta fuit pro
ſe liberis & nepotibus, cũ ipſe eſſet nepos, licet natus ex filia. ff. de
ver. ſign. l. cognoſcere. §. liberorũ. C. de condi. inſer. l. 1. eo maxi-
mè, quia dicitur in inueſtitura tam maſculis quã fœminis. Et ſic
vr̃, ꝙ non fuerit habitus reſpectus ad gñationem in maſculinam
pluſquã ad fœminã. c. 1. de ſciſma. lib. 6. circa medium. & erat in-
tra tertiam gñationem, & ad hoc. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. quod ait
prætor liberoſve ſuos &c. ¶In ꝯrium facit, quia licet diceretur
nepos recipientis inueſtituram & de numero liberorum, vt dictis
iuribus. Non tamen erat de ipſius generatione ſeu poſteritate,
ſed de generatione patris ſui. ff. de ſenato. l. liberos ſenatorum.
in fin. ff. de libe. agno. l. penulti. ff. de mune. & hono. l. vacatio. ff.
de iure immunitatis. l. 1. §. fin. de pœnis. c. vbicunque. lib. 6. de
hæreticis. c. 2. iuncto c. ſtatutum. il 2. eo. titu. & eodem lib. & ibi
vr̃ tex. cum gl. expreſſe. Conſtat aũt, ꝙ ad hoc, ut comprehendaĩ
in inueſtitura, non ſufficit ꝙ ſit uel fuerit nepos uel de numero
liberorum, ſed ẽt debebat eſſe de generatione ſer Secreti ꝓ p ſe-
quentia uerba, uſq; in tertiam gñationẽ &c. quæ reſtringunt præ
a cedentia. ff. pro ſocio. l. non adiecit, ſed de gñatione non ſunt a ni
ſi deſcendentes ex maſculis, ut patet ex dictis iuribus. Et in euan-
gelio Matthæi liber gñationis Ieſu Chriſti &c. ubi alij non enu-
merant. Mater aũt dicti Perini bene comprehendebatur in inue-
ſtitura licet eſſet fœmina. Et ſic intelliguntur uerba inueſtituræ,
dum dñt tam maſculis q̃ fœminis. & patet in d. c. ſtatutum. de hæ
reti. lib. vj. in tex. & gl. magna, quæ ipſum exemplificat & decla-
rat. Eſt aut effectus huius inueſtigationis, quia poſtq̃ Perinus nõ
comprehendebatur in inueſtitura, potuit ſer Secretus illo inuito
& ſine illius iniuria dicta emphiteutica alteri penitus extraneo
relinquere, ſm formam capitulorũ quæ ſunt inter cõitatem Vr-
bini ex una parte, & epm & canonicos ex altera. Secus ſi fuiſſet
comprehenſus, quia nunc ius ſibi quæſitum ex ꝯctu aui materni
non potuiſſet per ipſum auũ auferri ſine ſuo conſenſu. ff. de pac.
l. fi. ff. ſolu. matr. l. inſulam. §. fi. de iure dotium. l. ſtipulatio de do
te. iuncta. l. quodcunq;. §. j. ff. de uerb. oblig. Et patet in 4. capitu-
lo habito cum canoni. in fi. quod incipit. Item ꝙ liceat unicuiq;.
in fine, ubi vult expreſſè, quòd renouatio non fiat in præiudiciũ
alicuius habentis potiora iura, & hoc in perſonam penitus extra
nei. Sed ſi eſſent plures filij uel nepotes comprehenſi in inueſtitu
ra, benè potuiſſet uni eorum in totum aſsignare in præiudicium
aliorum ſm Bald. qui ita determinat in Auth. ſi quas ruinas. C. de
ſacroſan. eccl. pro quo facit. ff. de aſsigna. liberto. per totum. C.
de ſecun. nuptijs. l. fœminæ. circa med. Sed in ꝯrium facit Authẽ.
lucrum hoc. ibi poſita, & quod plenè habetur in Spec. tit. de loca
to. §. nunc uero aliqua. uer. clxvuj. qui plenè allegando pro & ꝯ
dimittit hoc indiſcuſſum, licèt in extraneo penitus ponat pro cer
to, ꝙ in illum non pôt fieri alienatio ẽt ualente dño inuitis deſcẽ
dentibus comprehenſis in inueſtitura. Et pro hoc ꝙ not. Cy. in
feudo, quod quis recepit pro ſe & filijs, ut in eo non poſſit per
ſuum delictum filijs præiudicare. licèt ẽt ſi filij non eſſent expreſ
ſè comprehenſi in inueſtitura ſecus; & tñ adhuc feudum tranſitu
rum fuiſſet ad eos ut in c. j. §. cum aũt, qui feudum dare poſſunt.
Et hoc ẽt ſenſit Bar. in l. ij. ff. de interdic. & releg. Et hoc expreſ-
ſè determinat Bal. in oĩbus feudo. tit. de ſucceſ. feudi. §. hoc aũt
notandum. poſt prin. per unam col. & Io. And. in addi. Specul. ti.
de loca. §. nunc uero aliqua circa fi. in additio. quæ incipit. quæ-
ſtio non eſſet dubia &c. ubi facit iſtam differentiam, an filij uel
nepotes ſint expreſsè noĩati, uel non, quantum ad effectu a prædi
ctos, de quibus. ſ. Nam qñ ſunt expreſsè nominati in inueſtitura,
poſſunt uenire ad feudũ, ẽt ſi non ſint hæredes pr̃is. arg. d. l. quod
cunque. §. j. & ſic habentur ut filij, non ut hæres, meritò pr̃ nõ po
teſt eis præiudicare per ꝯctum uel delictum. Sed qñ non ſunt ex-
preſsè noĩati in inueſtitura, non poſſunt habere feudum, niſi ſint
hæredes patris; ſic intelligitur titulus. an agnatus uel filius. Et q s
pôt ſuis hæredibus præiudicare. facit. l. pr̃ ſilium. §. penul. cum ibi
no. ff. de leg. 3. Non eſt ergo fienda differentia inter primum in-
ueſtitum & ſequentes, qñ quæritur an quis poſſit præiudicare in
feudo, uel emphiteuſi ſuis deſcendentibus, prout quidam optnã
tur; ſed ſolum an illi, quibus uult præiudicare, ſint expreſsè com
prehenſi in inueſtitura, uel non. & hæc eſt ueritas per ea quæ di-
cta ſunt. An aũt poterint d. bona emphiteutica ꝑ ſer Secretum in
cuius pſona finiebaĩ inueſtitura, poſtq̃ non extabat aliqs de ſua
gñatione, relinqui Frãciſco penitus extraneo & de Franciſco per
uenire ad fraternitatẽ non petita licẽtia ab epo uel canonicis, nõ
proſequor; tũ qa de hoc a me nõ q̃rit; tũ qa poſito ꝙ non potuiſ
ſet, hoc nõ ꝓdeſſet Thomæ, epo, uel canonicis, de quorũ iure Th.
allegare nõ pôt; qa ipſius nõ intereſt. ꝑ no. in l. his ꝯñter. in prin.
ff. fami. erciſ. & in l. ij. ff. ſi ager uectig. in parua gloſſella. & l. cum
ſeruus quiſpiam. C. de ſeruis fug. ꝑ Cyn. & l. ij. de excep. rei iud.
ꝑ Bar. pterea in narratione pũcti dr̃, ꝙ ipſe petijt licẽtiã diſpõnẽ
di, & hoc tollit omne ꝯrium, ſi uerum eſt. Nec pôt dicere Tho. ꝙ
imo renouatio ueniebat fienda in perſonã Perini filij ſui, poſito
ꝙ nõ eẽt cõprehẽſus in inueſtitura, & ſic finiebaĩ emphiteuſis in
pſona ipſius ſer Secreti, poſtq̃ nullus ſuperat de ſua gñatione, ꝑ
illud. c. habitũ cũ canonica. quod incipit. Itẽ ꝙ ſi contingat ali-
quã pſonã &c. & per aliud habitũ cũ epo, qđ incipit. Itẽ ꝙ ſi ali-
qua res &c. qa ſaltẽ erat de liberis ſer Secreti. ut d. l. cognoſcere.
§. liberorũ. ff. de uer. ſig. ergo &c. per illa capitula. Nam reſpõdeo
quia

quia licèt eſſet de liberis, non bene ſucceſſit ſer Secretò vniuerſa
liter ex teſtõ, vel ab inteſtato, prout requiritur ex forma dictorũ
capitulorum, ſed ſucceſſit Franciſcus. Si.n. bene inſpiciantur di-
cta capitula, non ſolum requirunt ꝙ dicti remanentes ex tali, in
cuius perſona finita ſit emphiteuſis, ſint ab inteſtato ſibi ſucceſſi b
biles, ſed etiam ꝙ cùm effectu ſuccedant; alias ſequeretur, ꝙ ſi ex
taret filius qui repudiaret, & alter remotior qui adiret, deberet
inueſtiri filius, & nõ qui adiret; ꝙ & ſi filius eſſet exhæredatus, &
aliter remotior inſtitutus ſimiliter, ꝙ eſt ȝ mentẽ & verba dicto
rũ capitulorũ, ſi bene inſpiciantur. Præterea in d.c. item ꝙ ſi con
tingeret, dr̃ dictam renouationem fiendã in liberos, vbi ipſa res
aliter ſingulariter non fuerit relicta alteri, vel in alterũ alienata 5
per talẽ decedentẽ. ſed in caſu nr̃o per ſer Secretũ fuit relicta ſin-
gulariter & expreſsè Franciſco, quẽ ipſe inſtituit vniuerſaliter in
oĩbus bonis exprimendo ẽt emphiteutica, & ſic ceſſabat diſpoſi-
tio dictorũ cap. eo maxime quia ſuccedentes ex teſtõ præferun-
tur ſucceſſuris ab inteſtato; ſed Franciſcus & fraternitas ſuccedũt
ex teſtamento; igitur &c. Et hæc de tertio quæſito ſufficiant.
4 ¶ †Super quarto, quo quæritur vtrum dictus Thomas poſſit ex
perſona filij petere ſuper dictis bonis emphiteuticis ſaltem ſup-
plementũ legitimæ. Et hic licèt multa fuerint ſcripta per aliquos,
qui conſuluerunt in iſto negocio, clariſſimum vr̃ mihi ꝙ nõ; quia
legitima debetur de bonis hæreditarijs.i. eorũ quæ fuerũt de ſub-
ſtantia teſtatoris.l.ſcimus.§.repletionẽ.C.de inofficio.teſta. cum
ſit portio portionis debitæ ab inteſtato. C.de inoffi.teſta.l. paren
tibus. ſed ab inteſtato nõ debentur niſi bona hæreditaria. Feuda-
lia vero & emphiteutica ſic recepta ꝓ ſe & liberis ſeu ꝓ ſe, filijs, &
a nepotibus, vt ſunt iſta, non poſſunt dici hæreditaria[a], cùm filius
& nepos ẽt ſi non ſint hæredes imo alio exiſtente hærede vniuer-
ſali poſſint eã vẽdicare virtute dictæ receptionis, d.l. quocũq;.§.
1.ff.de verb.ob.iuncta.l.ſequens quæſtio.ff.de lega.3.vbi proba-
tur rõ prædicta; ideo in fideicõmiſſo vniuerſali, in quo nõ veniũt
niſi hæreditaria bona.l.in fideicõmiſſa.§.1.ff.ad treb. non veniunt
talia imphiteuticalis. vt no. per doc. in l.ſi patroni. in princi. ff. ad
treb. & in Spec. tit. de loca.§.nunc vero aliqua. circa fi. per Io. An.
in addi.q̃ incipit. qõ non eſſet dubia. per Bal. C. de fideicõmiſ.l.cũ
virum. Nec veniunt in petitione hæreditatis, & ẽt nõ poſſent de
uenire ad filios, niſi ſint hæredes; quia non propterea veniunt vt
hæredes, nec ꝓ hæreditarijs portionibus, ſed viriliter.l. vt iuriſiu
randi.§.ſi liberi.ff.de ope.libe. iunctis his quæ no. per Bar. in l. itẽ
videndũ.§.fi.ff.de peti. hære. Præterea vel dicimus, ꝙ poſſit peti
ſupplementũ legitimæ ſuper dñio directo, & hoc eſt ſalſum, quia
illud nunq̃ fuit ſer Secreti, ſed ſuperioris dñi directi.ſ.dñi epi vel
canonicorũ. Aut dicimus, ꝙ poſſit peti de vtili, quod fuit ſer Se-
creti, & idem, quia illud fuit extinctũ ſtatim mortuo ſer Secreto,
cùm fuerit acquiſitum pro ſe, filiis, & nepotibus de ſua genera-
tione, & tpe mortis eius non extabat filius, vel nepos de ſua gña-
tione, vt ſupra oſtenſum eſt; vnde cùm receptio facta pro ſe foret
perſonalis, eius morte fuit extincta.l. quia perſonalis.ff.ſolu. ma.
l. pater.ff.de ſerui.lega. & dñium directũ fuit ab illa ſeruitute vti-
lis dñii liberatũ.l.ſi tibi homo.§.fi.ff. de leg. 1. & reintegratũ ſeu
conſolidatũ in ſua plenitudine & vtilitate. Nec tranſiuit ad Fran
ciſcũ inſtitutũ hæredẽ, nec per aditionẽ hæreditatis ſibi fuit acqui
ſitum; quia non erat in rerũ natura, ſed extinctũ cùm eſſet tẽpora
le, & ſic finito tẽpore fuit finitũ. arg.l.ſtatuliberũ.§.ſtichũ. ff. de le
ga.2. Et de hoc vr̃ caſus in ſimili in c.1. in fi. de inueſtitura. de reb.
alie. fac. in vſi. feu. vbi quarta debita vxori de bonis mariti non de
trahitur de feudalibus bonis. Verum propter capitula, quæ cõi-
tas habet cum epõ & canonicis, ipſe eps & canonici tenebantur
inueſtire, & renouare in perſonam dicti Franciſci hæredis; ꝙ ſi fa
ctum fuit, nouum vtile dñium ſeu de nouo creatum fuit ineſſe ꝓ
ductum in perſonam dicti hæredis l. ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita.
ff.de verb.ob. quod nunquã fuit ſer Secreti, ergo de illo legitima
non debetur; & idem de acquiſito fraternitati propter inſtitutio-
nem factam a Franciſco quod eſt nouum, non illud quod habuit
ſer Secretus, licèt propter illud & propter inſtõnem fuerit habi-
tũ. Et hæc ſufficiant de quarto quæſito. ¶ Super quinto & ſexto
q̃ſito ſimul q̃ colliguntur ex vltimo themate diuerſo, quod inci-
pit nouiſſimè ſuper hoc dubio q̃ritur &c, Dicendũ eſt, ꝙ dona-
tio illa facta per A.B. recipienti pro ſe & F. filio ipſius B. de oĩbus
ſuis bonis pñtibus & futuris mobilib' & immobilibus, fuit nul-
* la ipſo iure ſm̃ cõem opi. doc. notatã in l.fi.C.de pac. & l.ſtipula
tio hoc mõ.ff.de verb.ob. per Bar. quia indirectũ auferebat libe-
ram teſtamenti factionem, ut ibi nõ. Ex quo ſequitur, ꝙ d. dona-
tarij non potuerunt adipiſci, nec acquirere, nec poſſidere d. bo-
na ex d. donatione, quæ nulla erat. l. nuda. ff. de don. de acq. rer. l.
domi. & l. nunq̃ nuda; quia ex inutili ȝctu qñ eſt ȝ legem nõ trãſ
b fertur dñium.[b] C. de legi. l. non dubium. & not. Bar. in l.1.§.ſi uir.
in fi. ff. de acq. poſ. ſed ȝ legem eſt ȝctus, qui eſt ȝ bonos mores. l.
pacta quæ ȝ. C. de pac. & ȝ bonos mores eſt donatio, quæ aufert
liberam teſtamenti factionem. d.l. ſtipulatio hoc modo. Neceſſe
eſt ergo dicere, ꝙ d.B. tenuerit & acquiſierit dicta bona ex inſtitu
tione facta de eo, non ex donatione inualida, & ſic ut hæres, & ſi-
militer. F. filius eius tanq̃ hæres hæredis poſt mortem pr̃is. l.ſi.C.
5 de hære. inſt. †Ex quo ſequitur rñſio ad id, de quo quæritur, ꝙ d.
dñs tanq̃ hæres uxoris. d. A. põt a d. F. petere dicta. x. ſibi relicta ab a
A pro dote ſua uel actione ex teſtamento ſi d. F. dicat ceſſionem
ſibi factam non ualuiſſe. Nam poſito ꝙ non oſtendat inſtrm̃ dota
le uel dotem datam fuiſſe a d. uxore dicto A. ualuit tñ relictum ſa
ctum de certa quantitate non obſtante ſalſa demonſtratione. C.
de fal. cã adiec. lega. l. 1. & l. fin. quod tranſmiſit ad ſuos hr̃des etiã
ignorans. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. Si uerò dicamus ceſſio
nem ualuiſſe tunc, cùm facta fuerit per. x. vr̃ ſacta titulo emptio-
nis, licèt hoc in inſtr̃o non diceretur. l. ſi. C. de prædi. curi. lib. xj. &
nota per doct. in l. j. & 2. C. ne lice. poten. iõ põt petere dicta. x. tã- b
quam pretium uenditionis factæ de d. actione ex teſtamento per
actionem ex uendito. ff. de actio. emptio. in l. §. ex uendito. Et licet
poſtea d. F. ceſſionario ſuccedente. B. pr̃i ſuo ȝ quem d. actio ceſſa
fuerit, iure confuſionis extincta fuerit, quia creditor ſucceſſit debi
tori. C. de neg. geſt. l. ab eo. ff. de pac. l. debitori; hoc tñ d. cedẽti &
uendenti non præiudicat, quominus p̃tiũ p̃dictum petere poſſit,
cùm periculum peremptionis rei uẽditæ poſt pfectã uenditionẽ
ptineat ad emptorẽ. l. neceſſariò. ff. de peric. & commo. rei uendi.

¶ Hæreditaria. Vide d. Alex. de imo in cõſ. 3. in ul. col. in 3. parte. ubi quid de bonis feudalibus. & quid de bonis emphiteuticis.

¶ Dominiũ Vide d. Pe. phi. cor. 1a conſi. 311. nu. 9. in iiii. parte.

S V M M A R I A.

1 Feudi noui inueſtitura ſi plures comprehendat inueſtitos, an ualeat pactum quòd alter alteri ſuccedat, etiam ſi non ſunt fratres.

2 Pactum an fiat in acquiſitione feudi, an e an poſtea, quid differat.

CONSILIVM CCXLV.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ † In caſu præ-
ſenti parum eſt
curandum de prima inueſtitura facta in perſonam Al
berti recipientis pro ſe & Mario filio ſuo naturali; ac
ẽt de ſecunda facta in perſonam Marij recipientis pro ſe & Nico
lao filio pupillo legitimo & naturali d. Alberti, poſtquam adeſt
tertia facta in perſonas dictorũ quatuor. ſ. Dominici, & Bonagiũ
tæ filiorum, Marij, & Bartholomei Machabrini, & alterius Bona-
giuntæ Alberti præſentium & petentium tanquam de feudo aper
to & deuoluto ad epm̃ propter inueſtituram non petitam a præ-
deceſſore, & ſic tanq̃ de feudo nouo; qm̃ ab ipſis incepit inueſtitu
ra ex qua ueniebant, non ab alijs, cùm illorum inueſtitura eſſet fi-
nita propter deuolutionem ad epm̃ ex cã prædicta; quæ inueſtitu
ra fuit ualida ẽt ſi primæ non fuiſſent ualidæ, quia d. Dñicus & Bo
nagiunta deſcendentes ex Mario erant habiles ad recipiendum di
ctam tertiam & nouam inueſtituram, licet non fuiſſent habiles ad
ſuccedendum patri in inueſtitura, in qua ipſe non fuiſſet noĩatus.
c. naturales. ſi de feu. fuerit controuer. Nec dico eam fuiſſe ſurre-
ptitiam ex eo ꝙ tacuerunt tunc inueſtienti ſe fore uel fuiſſe inha-
biles ad ſuccedendum patri pp exceptionẽ prædictã, cùm ipſi nõ
fuerint inueſtiti tanquam habiles ad ſuccedendũ pr̃i; eo quia & ſi ha
biles fuiſſent, ſuccedere nõ potuiſſent, ſi pr̃ eorum pp inueſtiturã
nõ petitã ceciderat a iure ſuo. Et dicitur in tertia inueſtitura cui
eſt ſtandum inter partes, & eos qui a partibus cãm habuerunt. l.
optimam. C. de contrah. emptio. Fuerunt ergo inueſtiti tanquam
habiles ad recipiendũ hanc nouã inueſtituram, & ita erat ꝙ erant
habiles; vñ nihil fuit tacitum, quod ſi fuiſſet expreſſum, inueſtitu-
rã p̃dictã non habuiſſent. Cum.n. res eſſet conſueta infeudari ſi nõ
inueſtiſſet illos, inueſtiſſet alios, pòſtquã erat ad ſe reuerſum. ext.
de feu. c. ex parte. Cùm aũt in prædictis nulla eẽt maſcula, pp quã
redderentur inhabiles ad feudum, non ſubeſt rõ quare inueſtiſſet
iſtos, ſicut inueſtiſſet alios, ẽt ſi illud nõ tacuiſſent. Et ſic non põt
dici fuiſſe ſurreptitia dicta inueſtitura, argu. c. ſuper literis. de re-
ſcrip. Valuit etiam pactum, ꝙ ſuccederent adinuicem eo modo,
quo factum fuit, licèt factum fuerit etiam inter non fratres; quia
nihil ad rumbum de hoc, cùm iſta differentia inter fratres & non
fratres non reperiatur; & ẽt licet ſit præter naturã noui feudi, qm̃
tenor inueſtituræ, qui conſiſtit in talibus pactis, præfertur omni

feudorum naturæ. de duobus fratribus a capi. inueſti. cap. j. & ibi Bal. no. illum tex. ſolenniter ad hoc. & ēt patet in c. j. de duobus fratribus de nouo bene. inueſti. in uſi. feu. Nec de læſione eccleſiæ pōt allegari per alium, ꝗ per ipſam eccleſiam. ff. fami. ercis. l. his
2 ꝯſiter, in princ. & ibi not. in gl. † Ex quibus infero ad dictū, de quo quæritur, ꝙ cùm dicta pars cū dimidia de quatuor partibus, quā habebat d. Bonagiunta Alberti, peruentura eſſet poſt illius mortem ad d. Franciſcum uirtute dicti pacti, non potuit d. Bonagiunta refutare in manu domini epiſcopi, ut alij inueſtirent quàm d. Franciſcus. imo ipſo Bonagiunta mortuo ille Franciſcus de ipſa inueſtiendus eſt, non obſtante inueſtitura facta de alijs per refutationem dicti Bonagiuntæ, quæ non potuit in præiudicium Franciſci durare, ultra uitam Bonagiuntæ. arg. l. peto. in §. prædium. ff. de leg. 2. l. ſtatius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. Et hæc patent ex his, quæ plenè notan. per Bal. poſt alios in tit. de alie. feu. pater. c. j. Ex concludo dictam partem cum dimidia, de qua quæritur, pertinere ſolum ad Franciſcum, & ipſum fore de ea inueſtiendum, non dictum Baptiſtam uel Benedictū. Nec obſtat, ꝙ condō ſub qua debeat ad Frāciſcum deuenire, extitit tpe præſentis epiſcopi. Et ſic cùm inueſtitura non receperit perfectionem tpe prædeceſſorum qui eam uel fecerunt, uel ratam habuerunt, non tenetur præſens epiſcopus eam ratam habere; ut in titul. qui ſucce. tene. in uſibus feud. quia illud habet locum, qn̄ facta fuiſſet de feudo alterius, q poſt mortem illius eſſet ſortitura effectum, quod hic non fuit, qa nullius alterius fuit tpe quo facta fuit dicta tertia inueſtitura, cū iam eſſet ad epm̄ deuoluta. Et ſi dicatur ſaltem pactum, quod deuenirent ad Franciſcum poſt mortem dicti Bonagiuntæ Alberti, fuit de feudo alterius ſcilicet dicti Bonagiuntæ. Et ꝙ poſt mortē eius ſortiretur effectum in perſonam Franciſci; ergo &c. Reſpondetur tripliciter. Primò, ꝙ ibi loquitur de inueſtitura facta in perſonam vnius de feudo alterius, poſt mortem cuius eſt ſortitura effectum, quæ uidetur quodammodo odioſa, cum præbeat uotum captandæ mortis. l. fi. C. de pact. Hic verò non fuit inueſtitura facta in perſonam Franciſci de feudo Bonagiuntæ, ſed fuit quodāmodo pactum ordinatum ad futuram inueſtituram fiendam cum Bonagiunta, ꝙ poſt eius mortem perueniat ad Franciſcum, quod poteſt fieri per donantem. l. quotiens. C. de dona. quæ ſub modo; inueſtitura uero uenit fienda poſt mortem Bonagiuntæ. Sed in ꝯriū facta fuit illo viuente cuius erat & collata poſt illius mortē. quod eſt magis improbatum. ar. in c. 2. ext. de conceſ. præb. Item illud pactum fuit appoſitum ab ipſo initio, tempore quo Bonagiunta inueſtiebatur. Et ſic non erat ius adhuc perfectè quæſitū,
ſed erat in actu acquirendi. Sed in ꝯrio qn̄ poſt ius erat perfectè quæſitum alteri, quod eſt magis odioſum. Et illa differentia probatur ex his, quæ habētur in l. ſinautem dñicam. ff. de pact. in tex. & gl. & per doct. Item contrarium loquitur, quando præter volūtatem illius, cuius eſt feudum; ſecus ſi de eius voluntate, vt ibi. & arg. in l. fi. C. de pac. hic autem affuit uoluntas dicti Bonagiuntæ, & ſic ceſſat dicta oppoſitio. Ideo concluditur ut s̄.

SVMMARIA.

1 *Aquas colligentes ſe & intrantes per unam bucham qui emit, an uideatur emiſſe aquam, quæ poſt bucham uenditam immiſcetur.*

2 *Aqua ſi oritur in fundo meo, & deducatur ad alium fundum meum, hoc uendito cenſetur & aqua uendita.*

CONSILIVM CCXLVI.

1 IN *Christi nomine Amen.* ¶ † Viſis ſupraſcriptis allegationibus & teſtibus hincinde examinatis, & toto proceſſu, dico ꝙ ſi aqua, de qua contenditur, tempore dictæ uenditionis feciſſet diſcurſum ſuum per bucham uenditam, res iſta nullum haberet dubium; quoniam ſicut aliæ aquæ per dictam buchā intrantes & diſcurrentes cenſentur uenditæ, ita & iſta, cùm non ſit inter eas dare rationem diuerſitatis. argu. eorum quæ in ſimili habentur. & no. in tex. & gloſſ. in l. ſi ita relictum. in princip. ff. de lega. 2. Nam dum dicit teſtis examinatus pro dicto Azino, qui fuit præſens venditioni, fuit vendita bucha cum omnibus aquis, quæ per eam diſcurrebant. Sed ut mihi dicitur, & ex inſpectione deſignamenti mihi tranſmiſſi apparet, quòd dicta aqua non faciebat curſum ſuum per dictam bucham inferiorem, nec p eā intrabat. Sed habebat tempore uenditionis quendam meatum, & curſum de per ſe, & ea parte ſuperiori, ita ꝙ nō coniungebatꝰ cū alijs aquis in introitu dictæ buchæ, ſed poſt dictam bucham per aliquod ſpatium intrabat ſcolatorium aquarum exiēs a dicta bucha, & coniungebatur cū dictis aquis, q̄ iā exierant buchā. Et vna cū eis tranſibat ad vezolā ſeu ſeriolā Azini. ita ꝙ dic. Azinus d dicta aqua habebat vtilitatē in oībus & per oīa, ſicut de alijs aquis intrātibus per dictā Buchā. Vnde poſito ꝙ non fuiſſet expreſſè vēdita, ceſſit tn̄ rei vel aquis vēditis. Et hoc nititur ꝓbare dñs allegans ſupraſcriptus per bonas leges ad hoc factū, ꝓp quod dr̄ præfatum Ioan. venditorē nō potuiſſe diuertere curſum dictæ aquæ, nec vtilitatē eius auferre dicto emptori. Ad qđ vltra iura per ipſum allegata allego bonā. l. C. de ſeruit. & aqua. l. ſi. manifeſtè. ff. de aqua plu. arcē. l. ſi. Sed per alterā partē dicuntur duo in ꝯriū in effectu. Primū eſt, ꝙ dic. Azinus emptor a tpe dictæ emptionis nunq̄ habuit per dictū ſcolatoriū maiorē curſum aquarū, q̄ nunc habeat. Et ꝙ dicta aqua, de qua ꝯtendit, nunq̄ venit ad vtilitatem Azini, ſed ſp eā deriuauit ad ſuā propriā vtilitatē dic. Ioan. cuius tn̄ ꝯriū probant teſtes Azini, quibus in hoc magis eſt credendum, cū deponant de affirmatiua; teſtes vero vēditoris negatiuā. Vnde ſi eſſent cētū nō tn̄ valeret, quantū vnus vel duo de affirmatiua. vt no. in l. dic̄ proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. Secundò dicit dic. Io. venditor, & iſtud vr̄ habere colorē in ſe iuris, ꝙ poſito ꝙ ea q̄ dicunt per Azinū emptorē, eſſent vera, vcȝ ꝙ ex curſu dictæ aquæ de qua ꝯtendit habuit dic. Azinus vtilitatē per tpa ꝓterita; tn̄ attēto ꝙ dicta aqua nō fuit vendita, ſed ſolū illæ q̄ tranſibāt p buchā, licuit dicto Ioāni nihil faciēdo in alieno, ſed dūtaxat in ſuo ſolo, dictā aquē auertere a dicto ſolito curſu, & auferre dicto emptori vtilitatē ꝓdictā, q̄ ſibi proueniebat ex ſuo ſolo ipſius vēditoris, dūmodo nō fecerit vt emptori noceat, ſed vt ſibi vēditori ꝓficiat; ꝓut hic fecit. ff. de dam. infec. l. proculus. ff. de aqua plu. arcē. l. 1. §. deniq; marcellus. & l. ſi in meo fundo. C. de ſerui. & aqua. & l. ſi tibi. in fi. Iſta. n. aqua vel naſcit̄ in ſolo dicti Ioā. & eſt ſua, nec cogitur ipſam cū aliquo cōicare, ſi eā non vendidit. eo. tit. l. aquā & l. ꝓſet. Vel orit̄ in ſolo cuiuſdā tertij, ſeu publico, & poſtea ſuo curſu eſt ingreſſa, & tūc ſecus. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. illud in fi. & no. gl. in d. l. aquā. in fi. primæ gl. & oīa laboreria, q̄ per ipſum Ioā. facta ſunt ad diuertendū curſum dictæ aquæ ad ſua ꝓdia, & ad auferendū eā emptori ꝓdicto, facta ſunt ſup ſolo ipſius Io. vt dicūt teſtes eius ſuper 8. c. Et ſic vr̄ ꝙ dic. Azinus nō habeat ius petēdi quod petijt. ¶ Sed ꝯriū eſt verius, & ad iſta rn̄detur ꝙ ꝓcedere poſſent duobus concurrentibus. ſ. ꝙ dic. Azinus nō habuiſſet cām cōſequendi dictam vtilitatem a dicto Ioan. vnde ſi aqua naſcens in meo decurrit naturaliter ad fundū tuū, quē tu a me nō habuiſti ſed ab alio, poſſum eā tibi auferre faciendo quid in meo,
non in tuo, & ita loquuntur iura prædicta. † Sed ſi de vno fundo meo, in quo naſcitur aqua, deriuatur ad aliū fundū meum, & hūc ſm tibi vendo, vr̄ actum inter nos in dubio, vt ita ſit apud te, ſicut erat apud me, & cū illa qualitate & actu ſeruitutis quæ apparebat & cām continuam vel quaſi habebat, vt patet ex plenè not. per Bar. ff. de ſerui. lega. l. 1. vbi hoc tenet per illam legē. & per l. quod conclaue. ff. de dam. infec. dicens non eſſe fiendam drām, an perueniat ex ꝯctu, vel ex vltima voluntate, qn̄ talis actus haberet cauſam permanentē, licet ſecus qn̄ non habet. Et hoc faciunt iura ſupra per dñm conſultorē alle. Sed hoc tpe venditionis dicta aqua deriuabatur a ſolo venditoris ad riuū ſeu ſcolatoriū eiuſdē venditoris ſeu vezolā, licèt non per buchā, p quā aliæ aquæ, ꝓut patet ex depoſitione vigeſimi teſtis, qui fuit præſens tēpore vēditionis. Et ex diſpoſitione ſecundi teſtis, qui deponit de annis quadraginta. Et ſic vendendo dictas aquas, cū quibus iſta cōmiſcebatur, cenſetur & iſtam voluiſſe vendere, cū deriuaretur a ſuo. ſ. ipſius vēditoris, & ſic erat in ptāte ſua facere ꝙ perſeueraret. Nam tunc non cenſeretur hoc promiſiſſe ꝙ perſeuerabit, niſi hoc dixiſſet expreſſā; ita loquitur lex in vendēdo. ff. de ꝯhē. empt. in ver. q̄dam, in verbo aquæductū præſtituū rei &c. Quod aūt illa fuerit intentio dicti Ioan. vēditoris ab ipſo initio, quod ꝓfatus emptor gauderet ēt aqua de qua contenditur, patet ex patientia ſubſecuta, quia paſſus eſt ipſum gaudere per plura tēpora. Et qn̄ ipſe eā diuertebat ad deſoſum caſtri tēpore guerræ, pro eius ſecuritate ne dictus emptor conquereretur, faciebat ibi vnam buchā, per q̄ aqua redibat ad vezolā & ſeriolā dicti D. Azini. Et ita rn̄debat illis, qui mittebantur ad eum pro parte D. Azini ad conquerendū de diuerſione aquæ, ꝙ irent ad illum deſoſſum, & exturarent bucham, vt aqua liberetur ad commodum dicti Azini, vt dicunt primi teſtes dicti Azini. qui fuerunt per eum aliquando miſſi. Nam ex his quæ poſtea facta ſunt, declaratur quis & qualis fuerit animus præcedens. ff. rerū amo. l. ſi concubinam. §. res amotas.

C. de

C.de natu.liber.l.cum quis.circa fi.ibi.neq;.n.&c. & no. 18.diſt,
c.per nenit.Ad prædicta, ꝙ d.patientia ſubſecuta proſit emptori,
bene facit.l.ſi a te.ff. ſi ſerui, uendi.Secundo dico,ꝙ requiritur ad
hoc , ut procedant in ꝯrium allegata,quod ille ad quem decurrit
aqua ex meo,non habeat hoc ex iure acquiſitæ ſeruitutis . & tunc
poſſet ſibi auferre faciendo opus in meo , alias ſecus . ff. de aqua
plu.arc.l.ſi in meo.in fi.C.de ſerui, & aqua.l.ſi tibi.Sed hic poſito
ꝙ tempore factæ uenditionis dicta aqua non immiſceretur cum
aquis emptis , ſaltem poſtea incepit miſceri, & d.Azinus eam te-
nuit longo tempore ut ſuam,& ſic acquiſiuit hanc ſeruitutē aquæ
ductus ſciente & patiente uenditore.l.j.§.fi.& l.2.in princip.ff.de
aqua plu.arc.Et ſic concluditur d. Ioannem non potuiſſe diuerte
re,& ipſum condemnari debere ad reponendum.C. de ſeruitu. &
aqua.l.ſi quid para.& l.ſi in ædibus.ff.ſi ſerui,uendi.l.ſi eo loco .

S V M M A R I A.

1 *Molendina noua ne in flumine fierent,qui pactus eſt cum Domino , an poſſint fie ri in riuis eiſdem fluminis .*

2 *Molendina uetera an poſſint refici & ampliari,non obſtante pacto de non facien- dis molendinis .*

CONSILIVM CCXLVIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ Notādū eſt† ꝙ
dictum pactū hēt
nim legia inter ſubditos.l.dñationis, cùm factum fue-
rit cum commiſſario ſuo habente ad hoc mandatum
ab ea.Et ſic cum ea factum vř, quæ pōt inter ſuos ſubditos legem
condere.ff.de publi.l.Cæſar.& no.Bart.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet. &
l.4.§.ſi actor.ff.de re iud.Si ergo d.molendinum nouiter factum,
de quo quæritur,reperiatur factum ꝯ tenorem dicti pacti tanq̄ fa
ctum ꝯ legem,& ſic illicitè debet dirui.ff.de leg.3.l.fideicommiſ-
ſa.§.ſi quis illicitè.Videndum eſt ergo,an ſit factum ꝯ tenorem d,
pacti.Et vř ꝙ nō, triplici rōne. ¶ Prima,quia pactum prædictum
vř loqui de eo,quod fieret de nouo; ut patet ex uerbo , innouari,
& ſic non comprehendit opus quod fieret ad refectionem uete-
ris.ff.de oper.no.nun.l.j.§.ſi quis ædificium . Sed hoc vř huiuſce-
modi , poſtq̄ ante dictam emptionem conſueuerat eſſe molendi-
num in eodem loco.Sed certè non pōt dici refectio,ſed noua con
ſtructio cum ampliatur & dilatatur forma uetus , & ei adijcitur ,
ſed ſolum cùm vetus in ſuo ſtatu conſeruatur.ff.de itinere actuq;
prius.l.3.§.reficere.ff.de riuis.l.j.§.fi.ff.de iuſt.& iure.l.ius ciuile,
ſed hic adijcitur ad ueterem formam quarta rota , cùm in primo
non eſſent niſi tres adijcitur etiam ſeca, quæ non erat in prima .
Præterea refectio diceretur, ſi primum ædificium non eſſet ex to
to dirutum,ſed in aliquo maculatum. Sed ex quo fuit incauatum,
ꝙ nulla ſigna apparent ut dicitur de veteri,imo aqua curſum ſuū
naturalem qui erat,anteq̄ aliquod molēdinum ibi factum foret ,
recepit.Non dř iſta refectio ſed noua ꝯſtructio.ff.de uer.obliga.l.
inter ſtipulantem.§.ſacram.circa fi.Cum perinde uideatur eſſe, ac
ſi nunq̄ aliquod molendinum ibi fuiſſet.ff.de acq.rer. domi.l.qđ
in littore.ff.de vſucap.l.fi.& plenè nota.Bart.in l. quominus ff.de
flumi.in 15.q.art.3.¶ Secunda rōne vř,ꝙ non ſit ꝯ pactum ; quia
præfatum factum vř intelligendum de eo, quod fieret in præiudi
cium emptorum dictorum molendinorum . Tunc aūt uideretur
facere præiudicium , qñ ædificia molendinorum empta incom-
modare uiderentur,puta pp reſtagnationem aquæ, quia tunc in-
ferret damnum. Secus ſi ædificia prædicta non incommodantur,
ſed ſolum auſertur lucrum, quia pauciores uadunt illuc ad maci
nandum;quia tale præiudicium non vř conſiderandum.arg.ff.de
iure patro.l.quæro.ff.de obſequija.l.fi.ff.de ope.lib. l.medicus.&
per Bar.in d.l.quominus.in 6.q.in fi.Sed uidetur, ꝙ quicquid ſit
de iure cōi non interueniente pacto prædicto,ut tñ dictum pactū
aliquid operetur , debet intelligi ēt de tali præiudicio , per quod
lucrum perderetur; imo principaliter pp hoc cenſetur fuiſſe ap-
poſitum,cùm de alio non timeret emptor,ad hæc.de lega.j. ſi quū.
ff.de leg.præſtan.l.j.§.gñaliter. ¶ Tertia rō in ꝯrium eſt,quia pa-
ctum dicit ꝙ non fiat in illo flumine, nec in vicino.ſ.flumine.Sed
hoc non eſt factum in illo,nec in vicino flumine,ſed in riuo illius
fluminis; ergo non eſt factum ꝯ tenorem pacti , ſed hoc faciliter
tollit ex verbis pacti.Dicit.n.ꝙ nō poſſit fieri ſup flumine, ſuper
quo ꝯſtructa ſunt molendina;ſed cùm molēdina nō ſint cōſtructa
a in alueo magno & principali fluminis,ᵃſed in duobus riuis exeun
tibus ex illo,manifeſtè cōprehenditur ꝙ uerbū iſtud,ſuper flumi
ne,ſumitur pro riuis illius fluminis, quæ ſunt eius pars.Et ſic po
nitur totum pro parte;& eſt ſenſus,ꝙ nec ſuper illis riuis, nec ſu
per uicino riuo.Cum autem non ſit dare alium uicinum,cenſetur
de iſto ſenſiſſe.arg.ff.de fund.inſtr.l.fundū.ff.de auro & ar. leg.l.
peculij.§.itē cū quæreretur. ¶ Cōcluditur ergo dictū nouū molē
dinū dirui debere,tanq̄ factū ꝯ tenorem dicti pacti & ſic legis.

S V M M A R I A.

1 *Alienatio facta per prodigum ante interdictum bonorum ualet , & ſi petitur reſtitutio in integrum, quando detur,nu.4.& 5.*

2 *Interdictio qualiter fieri debeat cum exactiſſima cauſæ cognitione .*

3 *Sententia lata ſine cauſa cognitione eſt nulla, & ex breuitate temporis præſumi tur non adhibita cauſa cognitio.*

4 *Testibus dicentibus ꝙ alicui ſit interdictum bonis, an ſit credendum.*

5 *Concluſio apta requiritur in cauſa, alias libellus dicitur ineptus .*

CONSILIVM CCXLVIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Viſis & pon-
deratis omnibus,
de quibus.ſ̃.quòd dic.D.Tadeus nō poſſit obtinere in
iſta cauſa,ſic oſtēditur. Ipſe.n.in ſuo libello petit in ef
fectu alterū de duobus.ſ.ꝙ vel pronuncietur venditionem fuiſſe
nullā,tanq̄ factā poſt interdictionē bonorū,& in conſequentiam
declaretur bona prædicta vēdita pertinere ad ſe iure dñij vel qua
ſi,& aduerſariſ condemnari & cōpelli ad reſtōnem bonorū , vel
ꝙ ſi dicta vendirio reperiatur aliqua , petit ſe in integrū reſtitui
ex clauſula gñali,ſi qua mihi iuſta cā &c.per ea q̄ no.per gl. in l.2,
C.de cura.furio. & per Bar.in l.marcellus.ff. de fideiuſ. & l. ſi in-
fanti.C.de iure delib.& Bal.in l.ſi curatorē habens.C.de in integ.
reſti.qui dicunt prodigū qñ læditur poſſe petere reſtōnem ex di-
cta clauſula,ſicut pōt minor ex edicto.de mino.l.pater pro filio,
in fi.principij.ff.de mino.quod eſt intelligendū, qñ læditur in ꝯ-
ctu v:lido , alias non indigeret reſti.l.in cauſæ.la 2.in princ.ff. de
mino.vel in pſcriptione,vt not.in addi.Spec.in tit.de pſcri. ſuper
rub. Allegat aūt pro cā læſionis,quia pretium ſibi ſolutū non hēt
ſaluū,ſed ipſum perdidit & diſſipauit , & tñ nō petit ſe reſtitui ad
pretiū tanq̄ male ſolutū. Sed ad ipſa bona tanq̄ malè vendita, qđ
eſt ponderandū,quia hic eſt error libellantis.vt.ĩ.dicā. Vř autem
procedere dicta forma libelli per c.conſtitutus.de reſti.in integ.
¶ Ex prima verò parte libelli non pōt obtinere,quia nō eſt verū,
ꝙ dicta venditio fuerit vel non ſit nulla. ¶ Nā propter ſolā prodi
galitatē ſine interdictione facta a iudice,ēt ſi ſit notoria, non per
b dit adminiſtrationē,nec pñtem alienandiᵇ,vt no.gl. quæ*cōiter
* tenetur in l.1.in prin.ff.de cura.furi.licet ꝯrium teneat in l.is cui.
* ff.de teſt. quæ*cōiter reprobatur per l.iul.ff. de cura. furio, quia
notorietas facti nō plna pōt operari , q̄ notorietas quæ fieret per
ſententiam declaratoriam, quæ non ſufficeret ſine interdictio-
ne,vt dicta l.iul.ſm Bar.qui ita no.ff.de verbo,obl. l. ia cui bonis.
quicquid dicat Bal.in d.l.1.de cura.furio.cui ſtandū non eſt, quia
2 nec in bona ratione fundatur,& alij tenēt cū Bar. † Item propter
interdictionem expreſsè factam & dationem curatoris ſimiliter
non eſt nulla;quia non valuerunt, cùm eis nō fuerit adhibita cau
ſæ cognitio,quæ requiritur pleniſſima.ff.de cura.furio. l. obſer-
uare.quæ loquitur ēt qñ ad inſtantiam & requiſitionem ipſius p
digi facta fuit,vt colligitur ibi , dum dicit ꝙ multi fingunt demē
tiā quo magis curatore accepto onera ciuilia detractent; imo ma
ior reſultat pſumptio,ꝙ velit alios fraudare arg.l.quæ oĩa. ff. de
procura. Statim.n.dñs poteſtas nullo ſpacio interpoſito poſt pe
titionē dedit curatores,& interdixit bonis poſt ſecutam petitio-
3 nē illius,& ſic non valuit.l.cū hi.§.prætor.ff.de tranſac.ſicut†non
valeret ſnīa diffinitiua lata ſine cauſæ cognitione , quæ requiri-
c turᶜ.l.iudices.ff.de indi.vt no.Bar.in l.prolatam.ante fi. C.de ſen.
per l. ex ſtipulatione.co.tit.& per l.2.de ſen.ex peri. reci.facie.C.
de ap.ne cauſas ibi.qm̄ verecundū &c. Et quod no.Inno.de ap. c.
præterea.in vlt.col.ibi & hæc vera. & ex breuitate temporis hoc
colligitur,ꝙ nō fuerit adhibita cāæ cognitio ſm Bar.in d.l.prola
tā. circa fi.& d.l.ex ſtipulatione.in fi.& eſt tex.in c. cū ex literis.đ
in integ.reſt.ad.fi.& gl.in l.ſed & ſi per prætorē.§.quotiens.ff.qui
ex cau.maio.pnſt prīac.& quod not.in Spe.appel.§.breuiter.ver.
4 item iuſta.† Debebāt.n.requiri cognati & attinētes vicini & ami-
ci;& explorari ab oĩs veritas , ne ex fictione & cā decipiendi alios
præfatus tūc Tadeus illud peteret,quod petebat.l.fi.ff.vbi pupil.
edu.debe.ff.quib.ex cau.maio.l.ergo & quod not.in l. ſi tutor.ff.
de bo.poſ.iuncta l.obſeruare.in fi.de cura.furio. & ne ꝯhentes cū
eo poſtea deciperētur.ff.qđ fal.tut.l.1.in prin.debebat ſtatim præ
conizari per ciuitatē & ante hoc factum talis interdictio , & cura
toris datio,quo ad præiudiciū contrahentiū cū eo , pro non facta
habebat.ff.de inſtito.l.ſed & ſi pup.2.ff.de ſol.q hominē.§.ſi titiū.

a ¶ Flumēis. Ex quo aūt flumine licitē aqua ad molēdina trahi poſſit,uide d.Cor. in ꝯſil.268. nu. 14. & 15. la 2.in 4.parte. & uide ad materiā ꝗ habētur per Bal. in conſ.62. in 3. parte.

b ¶ Alienā.ſi. uide Bal.in conſ. 149.ſ 2. parte. & in cōſi.191. in 5.pte. & conſil.287. ea. parte.

c ¶ Requirit. Adde idē p d.Bar.So zi.in conſi. 155.uerſic. 1.quia tale iuramentū in 2. parte. & d.Mari. Soz conſ.1ſ d.Bar gen: torē in con ſi.12.uerſi quantū. r ad primū 2.parte.

Hic aũt talis præconizatio facta fuit dudũ poſt factã venditionẽ.
Et ſic poſito ſine præiudicio veritatis, ꝙ valida fuiſſet talis inter
dictio & curatoris datio, non potuit infringere venditionẽ ꝑce-
dentẽ legitimè factã.c.factum legitimæ.de reg.iur.lib.6. nec pòt
præiudicare emptori, cui quæſitum erat ius perfectè, cùm retro nõ
trahatur quo ad hoc, vt no.ff.rem ratã habe.l.ſi indebitũ.§.fin. in
gl.pe.& no.in Spe.de ſol.§.1.ver.item pone. & ver. quid ſi p. rẽm
motã.in ver.quis.de reſcrt.li.6. Nec obſtat dum dr̃, ꝙ iſte ſciebat
dictã interdictionẽ & dationem curatoris. Et ſic non erat quo ad
eũ alia notificatio.l.1.§.fi.ff.de actio.empt.quia de iſta ſciẽtia fuit
articulatum per alterã partẽ & per emptorẽ negatum, nec ad hoc
probandum inducitur niſi conuerſatio, quã inuicẽ habebant, quę
non eſt ſufficiens, nec cõcludens; quia cõuerſatio nõ erat conti-
nua, ſed habebat actus interpollatos.arg.ff.de ſeruit.l. ſeruitutes.
la grande. ver, nemo.n. & ſic potuerunt illa fieri tpe quo nõ erat
ſimul, vt in ſimi.nu.per doc.in l.1.§.1.đ itine.actuq; priua. Et po
ſito ꝙ aliter probaretur hoc, tñ non fuiſſet niſi per auditũ ab illis,
ad quos negociũ non pertinebat, quibus iuſtè potuit nõ credere.
ff.quod fal.tut.auto.l.2.nec ſibi pòt imputari cur illis non credi-
dit.ff.de eo per quẽ factũ eſt l.1.§.1.depo.l.ſi quis inficiatus.ff.de
mino.l.tutor vrgentibus, niſi oñdiſſent ſibi inſtr̃m interdictionis
& dationis.C.q res pigno.obl.poſ.l.noĩe.in verbo certior factus.
& vtrobiq; per Bar.& plenius per eundẽ in l.ſi non ſolũ.§.fi.ff.de
ope.no.nun.in 2.q.prin.de proteſtatione inhibitoria maxime in
tertio articulo, ibi ſecundo caſu qñ cauſa eſt de ꝑterito &c. Hoc
aũt quòd ſibi fuerit oſtenſum inſtr̃m, non poſſe probari, quia nec
eſt verũ. Sed ſi fuiſſet ei facta notificatio per iudicẽ ad quem hoc
pertinebat, & ſi inſtr̃m nõ oſtendiſſet, debuiſſet illi credere.iuxta
165.ut dr̃.de quibus deductis 120. remanſerunt 40. pro ſorte, q̃
16.annis citra non fuerunt ſoluta nec petita,utrum poſſint nunc
4 peti cum uſuris currentibus a dicto tpe citra. ¶ † Et quantum ad
ſortem.ſ.dicta 40.vr̃ clarum,quod iudæus poſſit ea petere ꝑ cer-
ti cōdictionem ex mutuo, qa ſibi non præiudicauit retinendo pi
gnora minoris ualoris tpe ſaldi, & reſtituēdo reliqua pignora ſi-
cut ſi ab ipſo principio ſic accepiſſet.ff.ſi cer.pe.l.creditor q ſi;ido
neū.cū concor. ¶ De uſuris uero eſt maius dubiū,quia ꝓ illis nul
la cōpetit actio , cū nulla fuerit orta obl̃o ciuilis uel naturalis oī
iure tam diuino q̃ humano,tam canonico q̃ ciuili.ff.de condi. in-
de.l.ſi non ſortē. in prin. iūctis his q̄ no.per gl.& doc. in l.1.C.de
ſumma trini.& in auth.ad hæc.C.de uſur. Nec dicta conuentio fa
cta cū cōitate,q̃ habet uim legis uel ſtatuti.ff. de publi.l.Cæſar.C.
de do.inter uirū.l.donationes . potuit hoc inducere, ſicut ſi ꝑ niā
ſtatuti fuiſſet hoc factum; qa nō ualeret,imo facientes eſſent excōi
cati,ut in cle. 1.de uſur.licet pignora poſſent retineri uirtute dictæ
cōuentionis,q̃ facilius potuit inducere retētionē & exceptionē,q̃
ꝯcedere actionē.ar.ff.de pac.l. iuriſgen.§.igit̃ nuda.& l.reſcripto.
§.ſi.iuncta.l.1.C.per quas pſo.nob.acq. ¶ Sed in ɜriū facit,qa ſm
hoc dicta cōuētio fuiſſet ludibrioſa, & nullius ualoris. Et ſic dicti
iudæi remanerent decepti ex eis, ꝙ nō p̄ſumit̃ uoluiſſe cōitas . ar.
C.de pac.l.ſi qs in conſcribendo. circa medium. Si.n.nō potuit fa
cere ut ꝓ uſuris ſoluendis naſceretur obl̃o & actio, ſilr nō potuit
facere ut ꝓ eis poſſent pignora retineri,qa ſi pſona debitoris non
eſt obligata,ſilr nec res datæ pignori ſunt obligatæ,cū hypotheca
ria q̃ eſt acceſſoria, ſine principali non poſſit a principio ɜſi, licèt
ex poſtfacto poſſit remanere.C.de luitione pi.l. intelligere.& qđ
no.in l.ſi hæres pecuniā.ff.ad treb. Cū ergo dicta ꝯuētio det facul

tatē d. Iudæis p̄ſtandi ad vſuras tā ſup pignoribus q̃ ſuper inſtrīs
ſine pignore, vr̃ voluiſſe ꝯcedere tā retentionem pignorum, q̃ ēt
actionem.ar.ff.de acq.re.do.l.ſtatuas. Et poſito ꝙ ſtricto iure nō
potuerit hoc facere, tñ vr̃ voluiſſe qđ de facto ſeruet̃,& quod de
hoc ſi poſſit in iudicio opponi, & ſic tñ erit q̃tū eſſet ſi de iure ua
leret.ff.de ma.teſta.l.q habebat.in fi.in tex. & glo.ext.de excep.c.
cū eccleſiaſticæ.& qđ no.gl.ff.ſi cer. pe.l.lecta.q̃ incipit ī.mēſem
& Bar.C.de trāſac.l.ubi pactum in pe.col.de iud. l.properādum.
in prin. Parum.n. fuiſſet d. iudæis potuiſſe mutuare ad vſuras , ſi
eas nec ꝑ viā agendi , nec ꝑ viā excipiendi , uel retinendi poſſent
ꝯſeq.ſicut in ſimili dicit̃.ff.de orig.iur.l.2.§.poſt originem. Bre-
uiter dici pōt,ꝙ cum d.ꝯuētio p̄ter oēm diſpoſitionem iuris,imo
ɜ oēm ut ſ.dixi,toleret̃ ꝑꝑ hoim neceſſitates , & ſic facta potius
q̃ de iure ſit reſtringenda,ut quanto minus poſſit ius offendat̃,&
ſic quatenus imminet neceſſitas, tñ ꝙ aliquid operet̃ & nō ſit ſu-
perflua, obſeruetur.ar.ff.de leg.l.quod ɜ.de re. in.l.q̄ ꝑꝑ neceſſi
tatē.de oſ.pſi.l.ſenatus.ff.de in.l.ſed & ſi reſtituat̃.§.ſed & ſi dies.
C.de inof.teſt.l.ſi qñ.in prin.cū multis ſimilibus.Hoc aūt fiet ſi dica
mus,ꝙ ꝑ viā tñ retētionis pignoris poſſint eas ꝯſeq.qñ data ſunt
pignora,& per uiā exceptionis, ſi non ſunt data , & vſuræ fuerint
ſpontè ſolutæ, & ſic nō cogant̃ eas reſtituere nec pignora niſi eis
ſoluantur,qđ tñ de iure cōi non eſt,imo poſſent compelli ad re-
ſtituendū tā vſuras q̃ pignora ſine ſolutione uſurarū.c. poſt miſe
rabilem.ext.de vſur.& ſic d. ꝯuentio non erit iudæis inutilis cum
d.caſibus operetur ſatis.potuit aūt cōitas denegari facere audiē-
tiam volentibus iudæos moleſtare,& repetere vſuras ſolutas , vel
pignora,& tollere ſuis iudicibus iuriſdictionē,vel eius exercitiū
iuxta no.in auth.ſtatuimus.C.de epi. & cle. ꝑ Bald. & iuxta illud
meū nō tuū tibi denego auxiliū.vt no.ī l. aſſiduis. C.q po. in pi.
hab.vñ nō tolleretur ſubditis auxilium,qđ aliunde haberēt; pu- a
ta ī curia eccleſiaſtica maximè romana, ſi dictos iudæos ibi repe
rirent,ſed magiſtratus ipſius cōitatis habent iuriſditionē ab ipſa
cōitate,quā cōitas ſine iniuria cuiuſcunq; pōt eis auferre vel exer
citiū ſuſpēdere,vel tollere,nō ſic pōt cōitas ſuis magiſtratibus da
re iuriſditio.in reddēdo ius iudæis vſuras petētibus,cū illā de iu
re ō poſſint habere,& ſic nec cōitas pōt eis dare ſine iniuria ſubie
ctorū ēt ꝯſentiētiū; qa nō pñt in hoc ꝯſentire,cū ēt ſi velint ñ poſ
ſint ſe ad vſuras obligare ſine iuramento.c.debitores.& c.ad no-
ſtrā.de iureiu. Caueāt ergo iudæi ꝙ vel mutuēt cū bonis pignori b
b bus vel talibus pſonis de qbus cōfidant,ꝙ ſponte ſoluāt nec ſpe-
rēt poſſe ꝯſeq iuſtitiā ſup vſuris [b] ſoluēdis virtute dictæ cōuētio-
nis;q nec iſtud cōtinet expſsè,nec ſic debet interp̄tari,vt cōtineat
id qđ de iure facere nō potuit cōitas.ar.l.ſi pater.ff q in frau.cre.
l.q̃q̃.de titu nup.l.ſi qs ſub conditione.ff.de cōdi.inſtit.cū ibi no.
ꝑ Bar.de ope.lib.l.hoc demū.& no.in c.1.de cōſti.lib.vi.ī nouel.
ſup verbo noſcunt̃.de immu.ecc.c.eos.e.li.poſtq̃ talis cōuētio nō
eſt eis penitus inutilis, ſed aliqd pt operari, qđ ſine ea nō poſſent
habere ut ſ.oſtenſum eſt.Et hoc quātum ad vſuras.Quātum verò
ad ſortē,q reſtat ſoluenda vr̃ ꝙ ſicut pignora ēt ſi multò plus va-
leāt trāſacto tpe ſunt ipſius iudæi, qđ tñ a iure improbatū eſt. C.
de pig.l.ſi. ita ſi minus valeāt dānū ſit ipſius,& ſic nō habeat locū
illa l.creditor. ff. ſi cer.pet. per titulum quod quiſq; iuris , & ut c
cōtrariorum ſit eadem diſciplina.l.& ſi contra.ff.de uulg.& pup.
Eiuſdem Thematis cum ſuperiore conſilio , nam ſupra conſuluit
Paulus pater,hic uerò Angelus filius .

a ¶ Neceſſitatem. Quid autem hoc uerbū,poſſit., ſignificet. Vide Bal. in conſil. 381. in 3.parte.

b ¶ Super uſuris. Vide Bal. in conſi.395. in 5 parte. Et annquid chriſtianus a iudæo re exigere poſſit uſuras a iure ciuili permiſſas. uide per eū in conſilio 449. in iij. parte.

c ¶ Deteſtat. Adde Bal. in conſilio 395. in 5. parte.

S V M M A R I A.

1 *Fœnerandi licentia aut priuilegium iudæis a Principe uel communitate conceſſum de iure non tenet.*
2 *Iudæus ex priuilegio fœnerandi ſibi conceſſi actio ad uſuras non oritur, quamuis pignorum retentione pro eis uti poſſint.*
3 *Vſuras & capitale an iudæus conſequi poſſit, ſi pignus minus ualet.*

CONSILIVM CCXCVI.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Caſus pñs
quātū ad uſuras
ꝙ illæ peti nō poſſint de iure cōi,nullā aut modicā
habet dubitationem nā uſuras hodie peti poſſe utri
c uſq; teſtī pagina deteſtatur [c], nec ſi ꝓmittant̃ aliqua
naſcit̃ obligatio.de uſur.c.3.cū ſeq.& adeo ſūt īdebitæ, ut ēt ſciē
ter ſolutæ repeti poſſint.de cōdi.inde.l.ſi nō ſortē.in prin. & §. ſi
falſo .& ibi ꝑ Bar. & dñs meus ēt.ī.aliunde hoc tetigit. Attento
ēt priuilegio & facultate fœnerādi iudæis ꝑ dñm conceſſa, ſilr di
cēdum eſt iudæum uſuras iſtas petere nō poſſe;nā licet & fœnerā
di & ꝯſequēter uſuras petēdi uideat̃ cōceſſa facultas,qñ ſup char
tis & inſtrīs fœnerant̃.ut in illo.c.iſtrī ſiue priuilegij; qa tūc ex pi

gnoribus iudæi nihil lucrari pñt, qñ tñ fœnerant̃ ſub pignoribus
dicẽdũ eſt, dñm actionẽ ſup uſuris nõ ꝯceſſiſſe, ſed tãtũmõ pigno
rũ retẽtionẽ ꝓ illis; talis.n. ꝯceſſio cũ oĩno exorbitet ab utroque
iure, licet inſtãte dño per ſuos ſubditos eẽt ſeruanda, ut lex vel ſta
tutum. iuxta no. per Bar. in. l. ciuitas. ff. ſi certũ petatur. poſt princ.
data tñ licentia loquẽdi & poſtulata venia concludendũ eẽt nullã
fore, nã ſi ẽt iudæi cõpellendi ſunt ad reſtituẽdas vſuras p dños ſe
culares, vt in c. poſt miſerabilẽ. iuncto eo qđ no. Archi. 14. q. 4. c.
alio. ergo non pñt dñi tpales eis concedere ut poſſint illas extor-
quere, ſi ſerui, vẽ. l. altius. l. ibi. qa qđ aliũ facientẽ &c. de admi. tut.
l. cũ hẽditas. de elec. c. dudũ il 2. Nã & lex ĩperialis ſup uſuris exi
gendis hodie facta non teneret, cũ in cõcernentibus aiæ ꝑiudiciũ
ꝫ canones leges latæ nõ tenent. iuxta no. in c. 2. de re. iu. li. 6. & qđ
2 plene legit̃ p Io. An. in merc. in reg. iuris. peccatũ. † lõ talis cõceſ-
ſio dñi reſtringẽda eſt ex mẽte dñi vt actionẽ ꝓ uſuris ꝯcedere uo
luerit, ubi iudæi ſine pignoribus fœnerantur p iura p. do. meũ in
hoc allegata. Nec is intellectus extraneus uideri dẽt ea rõe; quod
nec retentio potuerit cõcedi ſicut nec actio, cũ nulla ſubſit obliga
tio vſurarũ rõne cuius pignora retineri poſſint, nã & alibi ꝯtingit
in ſimili vt pignora retineri poſſint ꝓ eo ad qđ nõ ſunt obligata,
ſi occaſioue crediti apud creditorẽ ſunt. l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi centũ. de
cõd. inde. l. 1. & 2. C. ẽt ob cyrogra. pecu. & multis iuribus ꝓbat̃ ꝗ
retẽtio ꝓ eo ꝯſequẽdo ꝯcedit̃, ꝓ quo actio nõ ꝯpeteret. de le. 2. l.
codicillis. in prin. l. ſi in area. de ꝯdi. ind. cũ ſi. l. ſi qs ſciẽs. & l. ſi do
mũ. C. de rei ven. cũ ibi not. Cũ igit̃ in caſu pñti data fuerint pigno
ra, p ſupradicta defendi põt, vt ẽt quatenus ſors eſt maior pignorũ
æſtimatione, vſuræ illius pluris peti nõ pñt, ẽt ſi pignus extaret; qa
ad hunc finẽ iudæus cõſeruaſſet vt tãti tpis vſuras ꝯſequeret̃, quia
hoc unicuiq; ſanæ mentis abſurdiſſimũ vr̃. de ꝓbẽ. c. dudũ ver. cõ-
ſiderãtes. l. nã abſurdũ. de bo. lib. l. põp. ſcribit. de neg. geſt. Sed ẽt
conceſſo ſine ꝑiudicio veritatis, ꝗ ꝓ vſuris cõſequẽdis indiſtinctè
dñs voluerit actionẽ ꝯcedere, nõ ſolũ vbi nõ ſunt data pignora ſed
ẽt vbi data ſunt, & illa nõ forte ſufficiãt ꝓ oĩm annorũ vſuris. Ad-
huc idẽ in pñti caſu concludẽdũ eſt, vt debitor hodie nec ad ſo tẽ.
165. ducatorũ, nec ad eius vſuras tenet̃. Nã cũ dñs ſuis ſubditis p
hunc modũ in dñio ſuorũ pignorũ ꝑiudicare potuerit, concedẽdo
ꝗ poſt annũ efficiant̃ creditoris. C. de iu. domi. impe. l. fi. Nec tran
ſlatio dñij in creditorẽ impediat̃ ex ꝓhibitione. l. cõmiſſoriæ in pi
gnoribus; qa ꝓhibitio illa locũ non hẽt, qñ cũ alio q̃ cũ debitore
fit talis cõuẽtio. l. fi. in prin. de ꝯhen. emp. & l. calippus. & ibi no. de
ſol. dicẽdũ eſt iſta pignora poſt annũ effecta fuiſſe iudæi, & ꝯſequẽ
ter vſurarũ curſum fuiſſe impeditũ. ff. de vſur. l. in cũ. & dñs meus
in prin. conſilij tetigit ẽt ſi ſolẽnitas citationũ nõ fuerit obſeruata.
Illa. n. req̃rit̃, vt dep̃hendat̃ volũtas debitoris, q ſi fuerit negligẽs;
ꝑſumit̃ voluiſſe cedere pignori, & ꝗ illud remaneat hebreo inſo-
lutũ ꝓ ſorte & vſuris decurſis, & amplius vſuræ non currant, q̃ vo
luntas debitoris multomagis dep̃hendit̃ ex taciturnitate tot anno
rũ, q̃ ex bina vocatione, cũ ſepius nõ ſolũ bis pp curſum meſtruũ
3 vel annuũ vſurarũ interpellatus intelligat̃ ad pignus luẽdum. † Et
ſicut facta illa citatione & debitore nõ luente videret̃ vſurarũ cur-
ſus impeditus, nec poſſet hebreus nolle dñium rei, ſed velle ꝗ vſu
ræ continuò currant inuito enim creditore ſatisfierit poteſt ne
currant vſuræ, ẽt ſi tpſ reſtõni eſſet appoſitum, & añ tempus de-
bitor ſatisfacere vellet. iuxta no. poſt gl. in l. q reme. i prin. de ver.
obli. ſicut debitor inuitus cõpelli poſſet ad reſtõnẽ ſortis ẽt ſi vel-
let vſuras ſoluere. l. fi. in fi. de iure dot. Ita & multomagis clare cõ
ſtat de hac volũtate debitoris volẽtis dimittere pignus, ſi tãto tpe
neglexit ꝗ pignus nõ plus valeat, q̃ ſors & vſura. d. l. qoi debebat.
de leg. 3. & qđ no. in. l. ſi tibi hõ. in prin. de leg. 1. Ita ꝗ ex hac taci-
ta voluntate ẽt volẽs poſt annos recuperare pignus, ſi extaret inui
to iudæo non audiret̃. Licet. n. iudæus nõ cõpellãtur ſolennitatem
ipſam citãdi obſeruare cũ ex facto ſuo depẽdeat, ſicut nec cõpelle
ret̃ vẽdere, licet vendendi facultatẽ haberet. l. q̃uis. de pig. act. reti
nere tñ pignus in cãm ſortis & vſurarũ bene cõpellit, ſicut cõpelle
ret̃ debitore expſſẽ ſatisfacere volẽte. Quinimmo ſi pignus ab ini
tio minus valeret, q̃ ipſa ſors, licet in eo qđ minus ex pignore redi
gi põt de iure non videat̃ ꝑiudicatũ, ẽt vbi pignus ſibi eẽt adiudica
tũ, vt eſt te. in l. fi. §. ſed ſi qdẽ. C. de iure do. inpe. Dicit tñ gl. in. l.
creditor. ſi cer. pe. qđ Venetijs nõ ſeruat̃, ſed ibi ſeruat̃ ꝗ credito
ri in illo ad qđ pignus nõ ſufficit, ſibi ꝑiudicauerit, & ſic de vſuris
illius pluris qđ eẽt in ſortẽ quàm in valore pignoris fruſtra dubi-
taret̃; ſed & ſi illud plus ſortis petere poſſet, illius vſuras cõſeq nõ
põt, nec retẽtione, cùm pignus ſufficiens non habeat; nec actione

2 ¶Probatũ. Vide Bal. in conſil. 486. in parte. & do. Alex. de imo. in cõſil. 4. in 4. col. uer. uerum quia. in 2. parte.

ex quo ab initio cum pignore mutuauit, ſm ea q̃ ſupradicta ſunt.
¶ Idẽ ergo qđ dñs meus ſ. cõſuluit dico & cõſulo ego eius natus
Ang. de caſt. vtriuſq; iuris doc. & ad fidẽ me ſubſcripſi & ſigillaui.

¶ Caſus.

¶ Quidã magiſter Ioan. accepit Beatricẽ uxorẽ, quæ inter alia bo
na habebat domũ q̃dã, quã ipſa Beatrix & ſui anteceſſoris. lxxx.
annis & pluribus ſemper poſſederunt ut ꝓpriam, & d. domum ip
ſe magiſter Ioannes vt dotalem tenebat, licèt expreſſè in dotem
ſibi data non fuerit. Et cum eã reficere vellet, qdam pone. A. pro
hibuit eum ne reficeret aſſerens domum eſſe ſuam. Cuius verbis
aliter non diſcuſſa, nec inq̃ſita veritate d. magiſter Ioannes credi
dit & d. domum conduxit ad liuellum a b. A. per publicũ inſtr̃m
ad ſolutionem perpetui liuelli ſe obligando. Sed poſt talem ꝯctũ
factum iam ſunt. xv. anni & plures d. magiſter Ioan. nunq̃ aliquid
ſoluit. Et deceſſit poſtea ẽt eius vxor Beatrix. Relicto ex hoc mr̃i
monio magiſtro Iacobo filio, q ẽt nunq̃ poſt mortem parentum
aliquid ſoluit. Mõ A. ꝑdictus volens ſibi ſatiſfieri de pẽſionibus ꝑ
teritis, & ẽt ad futuras declarari d. magiſtrũ Iac. obligatũ eſſe in iu
dicio produxit inſtr̃m ſuũ liuelli. Et qa pro tũc dicto inſtr̃o nihil
obiectum fuit, & nihil habebat vñ ſolueret d. magiſter Iac. miſſus
fuit in carcerẽ. Et cũ qdã ſibi in cacere exiſtẽdi ſuaderent, ꝗ boni
eſſet ſi vellet exire carceres, vt iuribus ſuis q̃ habebat in dicta do-
mo renũciaret. Ipſe ſimil̃r ductus his verbis general̃r renũciauit
oĩ iuri qđ habebat in iſta domo, quã renunciationem ipſe A. admi
ſit licet de iure non fuiſſet coactus, inquantum renunciabat liuel-
lo; iuxta no. in l. is cum quo. de aqua plu. arc. & exiuit de carcere, &
ipſe. A. in poſſeſſionẽ. d. domus ſe induxit. & ſtetit aliq̃bus annis
ipſam locãdo & penſionem exigẽdo. Mõ magiſter Ia. experiri vel
let de iuribus ſuis, & vendicare dictã domũ de manibus tutij. Di-
cens illam p matrẽ ſuã & anteceſſores eius longiſſimo tpe fuiſſe
poſſeſſam; aliter dñiũ ſuũ nõ vr̃ poſſe ꝓbare. Et dicit ꝗ ꝯctus liuel
li p magiſtrũ Io. eius patrẽ fact⁹ ei nullo mõ hẽt ꝑiudicare, nec eius
matri ꝑiudicauit cũ dom⁹ ipſa nõ eẽt dicti ei⁹ patris, ſed matris. Nec
ẽt renunciatio per eũ facta ſibi vr̃ nocere. ¶ Mõ q̃ritur quid iuris.

S V M M A R I A.

1 *Maritus ſi recognoſcat rem uxoris ab aliquo in liuellum, non nocet uxori, nec eius hæredi. 2.*

3 *Confeſſio quòd res mea ſit tua, non eſt donatio.*

4 *Ex præſcriptione longiſſimi temporis cum bona fide paritur rei uendi. etiam aduerſus uerum dominium.*

CONSILIVM CCXCVII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Certè ſi dict⁹
magiſter Iaco-
bus probat de longa poſſeſſione matris & ſuorũ ante
ceſſorũ, ẽt ſi aliũ titulũ nõ oſtendat, qa nec forte ex
antiq̃tate mortalitatis teſtiũ vel aliter nõ poſſit oſtẽ-
dere, ſatis vr̃ ad eius dñium ẽt directè in iudiciũ deductũ, proba-
2 tum [2]; vt dicit Bald. in l. iudicia. C. de rei vendi. in. vj. qõ. † Et ꝯctus
1 liuelli per magiſtrũ Ioannem eius patrẽ facti de dicta domo eius
matri, & per ꝯñs nec ſibi potuit ꝑiudicare, cũ nõ eẽt ſua dicta do-
mus. §. añ oĩa. de pac. & in regula iuris. nõ dẽt. & ſi ẽt fuiſſet ꝓpria
conducendo ea ignorãter, & ẽt ſoluendo pẽſionẽ ſibi nõ ꝑiudicaſ
ſet, qñcunq; de dominio poſtea doceri poſſet. iuxta no. in l. ſi rem
aliquam. ff. de acq. poſſ. Sic debet intelligi quod habet̃ in l. litibus.
C. de agri. & cenſi. Multominus ꝑiudicat, ſi non fuerit ipſius magi-
ſtri Ioannis, ſed vxoris, ẽt ſi fuiſſet dotalis, quia alienare nõ potuiſ
ſet, facit quod no. in l. doce ancillam. ff. de rei ven. & longe minus
in caſu ꝓpoſito, vbi non erat dotalis, ſed parafernalis potius dictæ
vxoris. Renunciatio ẽt propria dicti magiſtri Iacobi non vr̃ ſibi
ꝑiudicare; qa facta ab eo exiſtente in carcere & ad cõmodum eius
qui eum ibi detrudi fecerat & doloſe vt iſtam renun. conſequere-
tur. ff. qđ met. cau. l. qui in carcerem. Nec ipſe intẽdebat renũciare
niſi vtili dñio, qđ credebat habere ex ꝯctu liuelli in dicta domo, di
recto aũt cũ illud ignoraret, nõ voluit renũciare. iuxta no. i §. duo
fratres. Et dato quod in directo renunciare voluerit, non tñ illud
ꝑdidit, quia nõ abdicauit niſi abdicetur. Sed non potuit abdicari
dicto. A vtpote nulla cã ſubſiſtente. &c. l. nunquam nuda. Nec eſt
dicendum ſaltem ſub fuiſſe cauſam donatam. Facit quod not. Bal.
2 in l. cum falſa. de iur. & fac. igno. † vbi ſi confiteor rem meam eſſe
tuam in iſta confeſſione non eſt donatio, licèt Barto. ibi contra, ſed
duntaxat reſultat probatio, quòd res iſta ſit tua, ꝫ quam admitti-
tur probatio ipſius confitentis; vnde quæritur ſanum conſilium
pro hac parte. ¶ Ponitur etiã in facto, ꝗ dictus magiſter Iacobus
antequam dictam renunciationẽ faceret, duxit vxorẽ, cui pro re-
ſtitutione

ſtitutione dotis obligauit bona ſua,ꝙ mortua fuit in mr̃imonio re-
licto ex eo gregorio cõi filio. Qui grego.in iſta domo p̃tendit ius,
hypothecæ ꝓ ſecuritate dotis maternæ, cũ aliũde eius pater magi
1 ſter Iacobus nõ habeat vñ dicta dotes reſtituere poſsit. †Si iſte ma
giſter Iac.põt ꝓbare de poſſeſsione longiſsimi t͞pis matris ſuæ &
ſuorũ anteceſſorũ,p̃ſumit̃ bona fides in eis;licet de titulo nõ oſtẽ-
dat,nec põt mala fides ꝯ eos p̃ſũpta ꝑ ꝑ defectũ tituli allegari poſt
lapsũ lõgiſsimi t͞pis,etiã ꝑ illũ q̃ p̃tẽderet & ꝓbare vellet ſe dñm,
ꝓut ſing.no.Bar.in.l.cũ q̃rebat.i fi.C.vñ vi. Ex quo ſequit̃,ꝙ etiã
ſi dictus.A.qui p̃tendebat ſe dñm re vera fuiſſet ante lapſum dicti
t͞pis longiſsimi,tñ ꝯ fuit præſcriptũ ſaltẽ utile dñiũ,rõne cuius p̃-
ſcriptionis non ſolũ dicta dña acquiſiuerat exceptionẽ,& ẽt hæres
ante quouſq; poſſederunt,ſed ẽt actionẽ & utilẽ rei uendicationẽ
etiã ꝯ dictum.A.veterum dominũ,ut eſt caſus in.l.ſi quis emptio
nis.§.1.ver.vt ſi quidẽ bona fide.C.de præſcri.30.an.cui dñæ uel
hæredi eius nõ præiudicauit recognitio ſacta ꝑ maritũ.l.ſumus.§.
ante oĩa.ff.de pac.nec ꝓpria renũciatio dicti eius Iacobi,ſi fuit fa
cta per errorem C.de tranſac.ſub prætextu.la ſecunda.in fi.

¶ Caſus talis eſt.

¶Ser Franciſcus torus de Eſte,& ẽt ſui p̃deceſſores ſoluerunt ma
gno t͞pe.20.an.& ultra ſer Antonio papino & ſuis anteceſſoribus
affictũ certarũ terrarũ poſitarũ in comitatu Eſte. Cũ aũt iã ſunt.
20.anni & ultra dictus ſer Anto. interpellaret dictũ ſer Fran.ſup
dicto affictu,ſer Fran.recuſauit eum ſoluere dicens ſe non teneri,
& male in p̃teritum ſoluiſſe,quia dicit ſe dñm iſtarũ terrarũ oſtẽ-
dẽs inſtrm̃ publicũ,ubi cauetur ſer Bartholomeũ Torum dicti ſer
Frãciſci patruũ emiſſe a ſer Iac.papino dicti ſer Anto.patre dictas
terras,& ꝓ illis p̃ciũ ſoluiſſe,& ſibi traditas fuiſſe,qđ uidẽs ſer An
ton.prædictus a dicta ſua petitione albictus ſe retraxit, et ut.ſ.di-
xi iã ſunt.20.anni & ultra dictus ſer Frãciſcus nihil unquã ſoluit,
prout ipſe aſſerit. Deceſsit poſtea ſer Anto. eius filia & hæres, &
nũc uxor cuiuſdã do.Philippi del cortiuo de Padua &.d.do.Phi-
lippus cui ĩ dotẽ obuenerũt eius bona petunt & uẽdicãt dictas ter
ras,dicentes earũ dñium ad ſe ſpectare occaſione lõgæ ſolutionis
dicti affictus factæ ſer Antonio & p̃deceſſoribus. Ex hoc.n.dicũt
ſer Frã.ſibi in ſuo dñio p̃iudicaſſe,& p̃ſumit̃ ꝙ a dicto ſer Ant.uel
ſuis dictas terras cõduxerint,uel rectius ex hac ſolutione dicũt ip
ſi eorũ dñium p̃ſumi ꝑ no.in.c.inter dilectos. de fide inſtru. qđ ſi
eſt uerũ, ad reſtitutionẽ dictarũ terrarũ uidet̃ qđ ante oĩa dictus
ſer Fran.teneatur per condi.ex.l.ſi q̃s cõditcionia. C.locati.nõ ob
ſtãte exceptione ꝓprij; quinimo dictũ ſer Frãciſcũ nullũ dñiũ in
eis habere,quia terræ quas ipſi petũt, & quas ſer Frãciſcus poſsi-
det, nõ ſunt illæ q̃ ſunt uenditæ,quia nõ habẽt cõfines ĩ inſtrõ ap
poſitos,ſed alios uñ dicunt ꝙ põt eſſe ꝙ dictus ſer Bartholomeus
emerit alias terras cũ cõfinibus in hoc inſtrõ deſcriptis,& illas for
te alienauerit,illæ aũt,quas petunt,ſũt diuerſæ,& nunq̃ fuerũt em
ptæ ꝑ dictũ ſer Bartholomeũ.Et poſtremo dicũt,ꝙ ẽt ſi occaſio-
ne dictæ uẽditionis in iſtis terris ſer Franciſcus haberet dñiũ, non
põt illud allegare uigore ſtatuti uigẽtis Paduæ,ubi cauet̃ ꝙ ſi quis
poſſederit ꝑ ſe uel per ſuos autores poſſeſsiones aliquas pacificè
&c.ꝑ.20.intelligat̃ dñs,& nõ poſsit moleſtari,cũ itaq; 20.annis &
pluribus poſſederint iſtas terras;poſſederint dico ꝑ iſtũ colonũ.ſ.
ſer Frãciſcũ qui ex dicta longa ſolutione colonus p̃ſumit̃; dicũt ſe
eſſe dños ex forma dicti ſtatuti, & nõ poſſe ĩ eorũ dñio moleſtari;
moleſtarent aũt,ſi de ꝓprio dñio ſer Franciſc⁹ excipere poſſet,nã
& excipiẽdo re⁹ dr̃ actorẽ moleſtare,ut no.gl.i.l.ñ ſolũ.§.ſi ſtat⁹.
de procu.nec iſtud eorũ dñiũ dictus ſer Frãciſcus vr̃ potuiſſe præ
ſcribere,etiã ſi magno tẽpore affictum ſeu penſionẽ nõ ſoluiſſet.l.
malè agitur.cũ ibi not.per Cy.in.3.q.ff. de præſcript.30.annorũ.
¶ Ser Franciſcus aũt econtra dicit ſe eſſe dñm tã rõne uẽditionis.
q̃ uigore iſtius ſtatuti ꝑ partẽ aduerſã allegati. Dicit.n. dictas ter
ras, q̃ petunt̃ eſſe illas q̃ in dicto inſtrõ uenduntur, licet nõ oẽs cõ
fines in inſtrõ appoſiti ueri ſint;ſunt.n. aliqui ex illis mutati, aliq
aũt ẽt ueri ſunt,& non mutati,& ſe nullas alias terras ibidẽ poſsi-
dere.Et ꝙ licet ipſe ſer Fran. uel ſui aliqñ ſoluerint ꝓ iſtis terris
affictum malè fecerunt, cũ eſſent dñi, ignorãtes forte uenditionẽ
factã ſer Bartholomeo toro eius paruo. Ex quo ẽt a. 20.annis ci-
tra nihil ſoluit ipſe dicto t͞pe uidetur pacifice poſſediſſe, & ſic in-
telligit̃ dñs ex forma ſtatuti, nec põt ĩ dñio moleſtari.Et breuiter
ſuꝑ hac lite cõpromiſerũt dictæ partes in aliquos iſto caſtro Eſte.
uidelicet dictus dñs Philippus & ſer Fran.ex. ſ. dictis dubitatur
de duobus principaliter, licet plura dubia formari poſſent.¶ Pri
mum, quæ iſtarum partium in iſtis terris ius potius habeat bñ põ
deratis ſupraſcriptis. Scd̃o,q̃a dictus dñs Philippus eſt filiuſfa.&
eius pater eſt in ciuitate Paduæ, & nullũ habet patris uel uxoris cõ
ſenſum.¶ Vtrum iſtud compromiſſum ualeat, poſito ꝙ in eo fue
rit pœna promiſſa,ſi non fuerit paritum,& datus fideiuſſor quòd
& pater & oxori ratum habebunt.

S V M M A R I A.

1 *Penſionem qui longo tempore recepit, an ſi agas, debeas probare ſe de nouo eſſe in poſſeſsionem percipiendi.*
Et eſt idem caſus cum eo de quo Paulus conſuluit ſupra conſ. 293. hic autem cõſuluit Angelus filius.nu.2.
2 *Confines quando uariantur, cautela traditur.*
3 *Compromiſsio pœnali an debeat filiuſfa. parere,etiam ſi pater non conſenſerit.*

CONSILIVM. CCXCVIII.

IN Chriſti nomine Amen ¶ † Ad primum
quæſitum. Dicen
1 dum uidetur dictum Franciſcum in dñio dictarum
terrarum uideri potiorẽ;ſatis enim docet de ſuo do-
minio, per ea de quibus in pũcto pro eo fit mentio;illa tamen me
lius extendendo,licet non multum expediat,dico eum ſatis de do
mino ſuo oſtendere, oſtendendo ꝙ emerit iſtas terras, & ſoluerit
pretium, & ꝙ ei traditæ fuerint l. cum res. cum ibi no.C.de pro-
ba.Nec ubſtat qđ dicit pars aduerſa, ꝙ iſtæ terræ petitæ non ſunt
illæ,quæ uenduntur;quia habent alios confines &c.licet enim iſtis
terris hodiè non conueniant oẽs confines inſtri; ſi tantum aliqui
conueniunt,& nõ poſsidet alias cui oẽs conueniẽt; creduntur eſſe
2 illæ, quæ uenditæ dicuntur;[a] ff. de leg.3.l.patronus.§.ſempronio.
&.l.his uerbis.§.paterfa.eo.tit.& qđ not.Bar.in l.ſi quis ſeruũ.§.ſi
inter duos.in fin.de lega.2.&.l.demonſtratio. de cõdi. & demõ.in
8.qõ.&.l.1.in fi.de do. p̃le.in quibus dicit ſufficere,quòd duo cõfi
nes conueniant,ſi non appareat alius cui conueniant oẽs.Et ſi hoc
eſt,ſolutio facta ante emptionem non p̃iudicaret cõuento; quia ef
fectus eius fuit finitus per acquiſitionẽ dñij.l.neq; pignus.de reg.
iur.nec facta poſt;quia ſi facta fuerit ab ignorante ſe dñm,nõ ꝑdi-
dit dñium,ꝑ ea quæ plenè not. ꝑ Bar.in.l.ſi rem aliquã. ff.de acq.
poſſ.Et ſic ceſſat fundamẽtũ agentis,ꝙ conſiſtit in ſolutione facta
longo t͞pe;nam ꝓcederet,ſi nõ appareat de dñio cõuẽti. l. litibus.
de agrico.& cenſi.& not.Cy.in l.cõperit.in fi.de p̃ſcri.30.ann.Sed
ex quo apparet,ceſſat p̃ſumptio reſultans ex ſolutione, cũ non ſit
iuris & de iure; ſed iuris tm̃,q̃ recipit ꝓbationẽ in contrarium. l.
cũ de indebito.C.de proba.&.ff.eo. ti.l.ſiue poſsidetis. & ſic etiã ſi
cõtinuè ſoluiſſet uſq; in hodiernũ diem,apparet nunc de dñio ſol
uentis,& de errore qui p̃ſumit̃,ſi ꝑ aliũ quã per ſe fuerit acquſitum
l.qui alterius.ff.de reg.iur.& qđ no.bar.i.l.nõ fatet̃. ff.de cõfeſ. nõ
prodeſt agẽti dicta ſolutio,nec nocet cõuento & ſoluenti per iam
dicta;ſed ſi nõ apperet de dñio,tũc eſt uidẽdũ,an ꝑ ceſſationẽ ſolu
tionis a.20.annis citra ſit derogatũ ſolutioni prius factæ ꝑ lõgum
ſeu lõgiſsimũ t͞ps,& p̃ſũptioni reſultãti ex ea,ꝑ.d.l.litibus. Et ſi fa
cta fuiſſet minori t͞pe nõ ſufficiẽti ad p̃ſcrip.clarũ eſt,ꝙ nõ per iu-
ra p̃dicta:ſed ex quo ꝑ lõgũ t͞ps, vr̃ ſufficere tã ex forma ſtatuti,q̃
de iure cõi,cũ ꝓducat̃ inſtrm̃ emptionis,qđ vr̃ dediſſe iuſtã cãm p̃
ſcribendi,poſito ꝙ nõ eſſet ſufficiẽs ad ꝓba. dñij ꝓpter diuerſita
tẽ cõfiniũ,nã potuit ſaltẽ cauſare iuſtũ errorẽ & credulitatẽ,q̃ & q̃
ſufficiũt ad cauſandum titulũ putatiuũ,qui ſufficit, l. celſus. ff.de
vſuca.&.ff.pro ſuo.ꝑ totũ.† Dant ẽt iura cautelã, ſi mutati ſũt cõ
2 fines,ꝙ fiat articulus, ꝙ talis poſſeſsio q̃ nunc habet tales confi-
nes,eſt eadẽ cum illa quæ t͞pe inſtrumenti habebat tales & tales in
inſtrumẽto contẽtos,ut plenè legitur in.l.demõſtratio.ff.de.con-
di.& demõ. Sed qñ non ſunt oẽs mutati,nõ expedit. In caſu autem
noſtro terris poſſeſsis per Franciſcũ conueniunt aliqui ex deſcri-
ptis in inſtrõ;ergo ſunt illæ,q̃ uenditæ ſibi fuerunt & traditæ;vnde
ſatis per predicta docet de dñio ſuo;vel ſi non doceret ſe dñm ex
hoc capite, ſatis docet ſe dñm factum ex diſpoſitione ſtatuti; ut
infra oſtendetur.Nec obſt. ſibi, ꝙ pro dictis terris longo tempo
re affictum ſoluerit per quod uidet̃ præſumi dñium partis aduer-
ſæ,ꝓut in puncto tactum eſt tam de iure cõi, per no.in.d.c. inter
dilectos, q̃ ex forma ſtatuti, de quo ſimiliter in puncto fit men-
tio,nam dicendum uidetur, ꝙ etiam ſi uerè pars aduerſa domi-
nium probaret, & uerè ſer Franciſcus colonus eſſet, ipſum domi
nium partis aduerſæ præſcripſiſſet ex forma dicti ſtatuti,cùm tam
20. annis affictum non ſoluerit. nam ſtatim quod interpella-
tus a ſer Antonio, ut ſolueret,recuſauit, licet primò ut colonus
ſer Antonio poſsideret,nunc ſibi incepit poſsidere, ut eius poſ-
ſeſsionẽ intrauerit. iuxta no.in.l.quamuis.§.primo.ff.de acquir.
poſ.unde per lapſum.30.annorum ex forma ſtatuti præſcri. cõ-

[a] Dicuntur. Sed non qđ per inſtrumenta ob aliud facta incidenter de confinibus mẽtionem faciẽtis ꝓbẽtur cõfi. ma. uide bal. in con ſi.136. l.a. parte.

pleuit;& ſic in iſto ſtatuto vř caſus ꝓ dicto ſer Frã. nã licet ex pri‑ma lõga ſolutione affictus ſer Antonius forte intelligeretꝰ dñs,eiꝰ dñium ſublatũ eſt per ſequẽtẽ poſſeſsionẽ ſer Franciſci, quæ incepit ex quo recuſauit,uel etiã ante; ſi aũt cõſtituit ex noua cã illum nõ ſoluere, & affictũ ſolueret, cõtinuata eſt pacifice ſi ſine lite per annos.20.dixi ſine lite,quia licet adhuc:ĩ.iſtos 20.annos fuerit extra iudiciũ requiſitus ut affictũ ſolueret, nõ ideo minus uř habuiſſe pacificã poſſeſsionẽ;q̃a p tp̃s ſtatuti vř habuiſſe pacificã poſſeſsionẽ,q infra illud tp̃s ſine lite poſſedit,ut vř tenere gl. in alijs terminis in c.licet canon. de elec.in.6.Per illã ẽt extraiudi.interpellationẽ nõ vř ĩterrupta p̃ſcriptio ſtatutaria, cũ nec executor miſſua nec citatio emanauerit,iuxta no.in.l.ſicut.C.de p̃ſcri.30.an.p Cy. &.l.alienã.quæ eſt.l.pen.ff.ꝓ empto. ubi caſus, imo requirit cõteſtatio litis ad interrũpẽdũ p̃ſcri. lõgi tpis.C.de rei uen.l.morte litis p̃ſcriptio tñ.20.annorũ;quæ ex forma ſtatuti ſupra ſine titulo ſuccedit loco præſcri.30.anno.de iure cõi; ideo ſufficeret miſsio nũcij ſecũdã bar.in.l.2.§.fi.ff.pro emptore.ubi uide. Dictus ergo ſer Frãciſcus eſt ille, qui p tp̃s ſtatuti pacificè poſſedit,non debet ergo moleſtari a dictis aduerſarijs, qui extruſi ſunt; hoc aũt clarũ vř,ꝙ licet colonus nõ præſcribat quouſq; ſoluat affictũ uel ẽt ſi nõ ſoluat,ſi tñ nõ fuit a dño requiſitus nec ẽt in aĩo ſuo ex noua cauſa cõſtituit nolle ſoluere.d.l.malè agit.de p̃ſcri.30.anno.qñ tñ requiſitus ut ſoluat,recuſat uel ſupuenit noua cã q̃a poſſeſsionẽ intrauerat,q̃a nõ gerit amplius imaginẽ dñi,ex tũc ſibi poſsidere incipit,& ꝑ ꝯñs p̃ſcribere;ita debet intelligi opi. Mar. ibi relata per Cy.q dixit colonũ nõ ſoluentẽ p̃ſcribere,debet. n.intelligi,qñ dñi poſſeſsionẽ ĩtrauerit;qđ qñ ſit,ſatis dixi.Per p̃dicta in caſu noſtro reſpondetur ad illud de lõga ſolutione.30.an. facta p ſer Anto. & ſuos.nã ſi uera locatio non noceret, ut dixi, minus nocet illa quæ reſultat ex lõga ſolutione; qđ patet,q̃a colonus de cuius locatione nõ cõſtat niſi p̃ſumptiue ex longa ſolutione, p̃ſcribit ꝯ dñm nõ ſoluẽdo affictũ,ẽt ſi nunq̃ fuerit petitus;q̃a p̃ſumptio locati tolliť p̃ ꝯriã p̃ſumptionẽ non lactæ ſolutionis.Sic põt intelligi.C.de fidoiuſtrum.l.plures ap oeis.Sed qñ cõſtat de uera locatione, colonus non ſoluendo non p̃ſcriberet,niſi ſup mercede interpellatus recuſaſſet, p ſupradicta ꝓut eſt de mente modernorũ in.d.l.male agit. Per hæc ẽt rñdeť ad illud de.l.ſi quis cõdactionis. nã dicti non poſſeſſorium ſed petitorium proponunt, & ſi etiã ex illa. l.poſſeſſorium proponerent,adhũc non ob.quia ſer Frãciſcus habet dñium uigore p̃ſcriptionis, ſuper quo ex forma ſtatuti nec poſſeſſorio nec petitorio põt moleſtari;procederet autẽ illa lex, ſi ſer Frã.conueniretur ex illa.l.& ipſe repelleret agentẽ,dicens ſe dñm ex cã vẽditionis; nã non debet audiri,ſed ante oĩa dẽt reſtituere, & poſtea ſup dñio experiri ut ibi hř. Rñdetur etiã ſi diceretꝰ initiũ poſſeſsionis dicti ſer Frãciſci fuerit uitioſũ, quia ſpoliauit ſer Antonium ei denegando affictum; quia ſtatutum ex hoc non uidetur curare. ¶Et q̃a iuſtã cãm credulitatis habuit ꝑp inſtrm̃ emptionis, ẽt ſi de iuris ſtricti rigore non ſufficeret ad ꝓbationẽ dñij, q̃a ſaltẽ excuſat a mala fide poſito ꝙ eſſet error iuris.l.ſed ſi lege & ſcire.ff.đ peti.hær.& hoc ſufficit ad p̃ſcrip.ſtatutariã nõ ob.iur.cano. ſed de iure cõi,ſm qđ requiriť titulus ad p̃ſcrip.lõgi tpis.C.rei uen.l.nulla.nõ ſufficerit error iuris.l.ſi unq̃.de uſu. ſed facti ſic.l.2.§.qđ vulgo.ꝓ emptore.& .l.celſus.ĩ.allegatis.ſed ſimplr ꝙ.20.annis pacificè poſſederit,odiẽs illũ q tãto tpe negligit rẽ ſuã maximè a uitioſo poſſeſſore recuperare. Et iſta cã. ſ.emp. dictũ ſer Franciſcũ forte a tali uitio excuſat.arg.in.l.1.ff.ſi qs ius dic.nõ obtẽ.in fi.gl.mag.Super iſto articulo facit dubiũ regula,quã tradunt doc.ꝙ ille quẽ cõſtat ſemel poſſediſſe,ſi aſſerit ſe hodie poſsidere, p̃ſumitur ẽt hodie poſsidere,ut no.Cy.C.ad exhiben.l.non ignorat.&.l.ſiue poſsidetis.de ꝓba.& bart.in l. celſus. ff.de uſu. vñ cũ iſte agẽs ꝓbet ſe poſſediſſe ante.20.annos p ſolutiones tũc factas, ſi aſſerit ſe hodie poſsidere,licet nõ ꝓbet ſolutiones factas a.20. annis citra, vř ꝙ p̃ſumatꝰ hodie poſsidere, & ſic p ſolutiones cõtinuè factas apparet ꝯriũ.Sed certè hoc procederet, ſi eſſet reus & conuẽtus, ita loquũtur doc.cũ tradũt illã regulam; nõ ſic ,cùm ille qui ſe aſſerit hodie poſsidere,agit;q̃a tũc non ſufficit ꝓbatio præteritæ poſ.ad probãdũ præſentẽ, alias male diceretꝰ.l.litibus.C.de agri. & cẽſi.quæ requirit ſolutionẽ lõgi tpis ad cõuincẽdũ colonũ ne poſsit ꝯdicere , nã imo ſufficeret ꝓbare,ꝙ aliquãdo ſoluit, & allegare ꝙ cõtinuè poſtea ſoluit;licet ñ probaretur;præſumeretur ſm hoc cuius ꝯ. vult illa lex. Et ad iſtam diſtinctio.an ſit actor,uel reus iure fac.doctrina docto.quam ponit Bar.in l.ſi is qui.in fi.ff. de iure fiſ.& ꝙ præterita poſſeſsio non ſufficiat agenti ad probandum præſentem,ſa‑

a Litigare. Adde Bal. in cõſ 193. lſra. 3. parte.

ciunt no.p Bart.in.l.penul.ff.de condi.inſti. oportet ergo iſtũ agẽtẽ oſtẽdere,ꝙ.ſ.a. 20. annis citra ad interrũpẽdum præſcri.ſtatuti. ¶Vlterius dubitetur,quia dici ſer Fran.iam.20.annis non ſoluiſſe, pars aduerſa dicit & retro & citra.20.annos eum ſoluiſſe; quia in hoc ſtat ius utriuſque præſuppoſito dicto ſtatuto , ut ex ſupradictis patet. Quæritur cui incumbat probatio , an ſer Franciſco quòd non ſoluerit a. 20. annis citra. An parti aduerſæ quòd imo ſoluerit. Et uidetur, quòd utrique,quia alleganti præſcrip. incũbit probatio ex.de teſt.c.ueniens.&.c.cum olim.de cã poſ. c.cũ eccleſia.uterque autem allegat præſcrip.unde uidetur,ꝙ pars aduerſa debet ꝓbare a.20.annis ſupra ſer Franciſcũ continuò ſoluiſſe p tempus ſtatuti.Item quòd ſer Franciſcus probare debeat a. 20. annis citra ſe non ſoluiſſe,ſed certè dura uidetur probatio iſtius negatiuæ , cùm ſingulis annis ſuper non ſolutione non conuocauerit teſtes,& fauorabilius uidetur quòd imo etiam iſto caſu probatio incumbat parti aduerſæ , quòd imo a.20.annis citra ſoluerit; quia facilius per libros uel aliter affirmatiuam probabit , maximè cùm ipſa tractet de dñio quærendo , & a dicto ſer Fran. auferendo mediante præſcrip.ſtatutaria.Sed ſer Franciſcus uerò tractat de dominio,quod habebat ex cã onceroſa perdito p p̃ſcrip. recuperãdo; & pro hoc facit,quia cũ iſta negatiua ſer Frãciſci, ꝙ non ſoluit,cõcurrere uidetur iuſta cã,quare nõ ſoluerit , ut interrogatus quare non ſoluiſti ut ſolebas . Reſpondeat, quia credebam me dñm uigore iſtius uenditionis , vnde iſta negatiua iuncto iuſto titulo uidetur transferre onus probandi in alteram partẽ, ut uidetur determinare Io. and. in merc. in regula iuris ſine poſſeſsione in. q. ibi diſputata circa determinationẽ.q. in uer. aut proprio. & tunc aut allegat p̃ſcrip.40.annorũ &c.licet ibi loquatur de alio titulo, & ſi p p̃dicta dictæ parti aduerſæ incũberet ꝓbatio,intelligo ꝙ verè ꝓbet ſer Franc.infra iſtos. 20. annos ſoluiſſe:nõ autem ſufficiat iſta ꝓbatio, uidelicet ꝙ ꝓbet eum aliqñ ſoluiſſe, ex hoc infert ẽt.ĩ.annos.20.cum ſoluiſſe, ꝓut de iure uidetur poſſe inferri. ut no.in.l. de iure emph.& in p̃alle.regula iur.ſine. per Io.an.in merc.& quia paſſus eſt ſatis dubius pro parte ſer Frãciſci,petitur circa hoc plenior declaratio.
3 ¶Ad ultimum dubiũ uidetur dicendũ,†ꝙ cũ pater dicti do.Philippi ſit Paduæ,& ſic ꝓpè, facilius.n.eius cõſenſus haberi põt,& ſic ꝓ p̃ſẽte habendus ſit.l.pũs.cũ ibi no.ff.de ꝓcu. & exercitiũ iurium concernentium iſtam dotem per ipſum filium receptam ſit ipſius patris, ſi ſuſtinet onera matrimonij.l.ſi cum dotem.§.trãſgrediamur.cum ibi not.ff. ſol.ma. Sine eius aſſenſu nec
a coram ordinario nec coram arbitris uidetur poſſe litigare [a] .l.ſi longius.§.1.de iudi.l.fi.§.2.de bo. quæ libe. cum ibi not. per Cy. in 6.q.poſt glo.Nec ob.ꝙ ꝓpria ac patris ſine eius mandato deducere poſſet in iudicio, cum ſit coniuncta perſona, multomagis iſtam quæ non eſt patris; quia illud ꝓcederet ſi pater abeſſet, nec haberetur pro præſente, ſed ſi eſt, uel habetur pro præſente , nec propriam actionem patris,nec iſtam poteſt deducere.l.ſi longius. & quo dicitur de eo,de cuius mandato dubitatur, qui non admittitur,etiã cũ cautione rati,qñ dñs eſt præſens,uel habetꝰ ꝓ p̃ſente. ut no.pulchre ang.in.l. mutus.§.1.ff.de ꝓcu.unde uidetur ſi litigare non põt ſine patris cõſenſu ut dixi, etiam compromiſſum nõ ualeat.arg.de ſpon.l.oratio.Eſt.n. compromiſſum de requirentibus ſpãle mandatum.vt no.in.c. qui ad agendum. de ꝓcura. in.6. in.c.p tuas.de arbi.vnde etiã cõiuncta pſona illa non poteſt vt no. Cy.in l.exigẽdi.de ꝓcu.quia tñ pœna ꝓmiſſa eſt, ſi non fuerit paritum, & datus etiam ſit fideiuſſor, ꝙ pater & vxor ratum habebunt,ſi nõ parebitur uel non ratificabitur, cõmittetur contradictum filium & fideiuſſorem pœna.ĩ.allegato. c. per tuas.facit. ff. cõ.l. ſed ſi pupillus . Sed ſecuta ratihabitione etiam patri & uxori noceret ſnĩa,q̃ alias nõ noceret. l.ſed ſi forte.§.1. ff.iudic. ſol.& quod no.Cy.in.l.dote.C.de rei uẽ. hoc autem certum eſt ad pœnã filiumfa.potuiſſe ſe per onaliter obligare.l.filiusfa. ff.de act.& ob. ¶Angelus de caſtro utriuſque iuris doc. filius. d. Pauli de ca.ſ in caſtro eſtenſi.die.7.M.438.

¶Caſus talis eſt.

¶Hæc eſt quædã inquiſitio quã faciunt & facere intẽdũt magnificus & generoſus miles dñs Andreas donatus digniſsimus põtas Paduæ & diſtric.& egregius iuris ꝑitus dñs Nicolaus de Idrontocius iudex maleficiorũ ex eorũ mero & puro officio & bailia,& cũ deliberatione totius ſuæ curiæ cõtra & aduerſus. ¶Dominã Corteſiam filiã quondã dñi Rigi de trapolinis uxorẽ Vinciguerræ de armãno de Venetijs.¶Vinciguerram de armano de Vene. eiꝰ maritũ, hoĩes ueneficos,homicidas, adulteros,ac male cõdi & famæ.

¶Iseco

¶ In eo de eo & ſuper eo, quod fama publica referēte & clamoſa inſinuatione ſubſequente, non quidem a maliuolis perſonis nec ſuſpectis, ſed ab honeſtis & fide dignis, ad aures & noticiam ipſorū domini poteſtatis & iudicis auditu peruenit. Quod viuente q. Frāciſco de forliuio olim marito dictæ dñæ Corteſiæ, & ēt poſt mortem ipſa dña Corteſia Deum pōculis nō habendo, ſed potius inimicum humanæ naturæ ꝯxit inhoneſtam familiaritatem & cōſuetudinem improbatam cum dicto Vinciguerra de armano mediante quadam Catherina vxore Ariani blauaroli vicina d. dñæ Corteſiæ poſtea ſe carnalr inuiuſcendo & cognoſcendo. Quæ dñæ Corteſia non cōtenta de prædictis, ſed potius mala malis addēdo tanquam immemor ſalutis æternæ doloſè & penſatè animo & intentione infraſcripta maleficia committendi machinata eſt mortē prædicto q. Franciſco de forliuio eius q. viru, eum toſſicando, & malo veneno venenando pluribus vicibus, & tꝑibus tam in ciuitate Paduæ, quam in villa de Caſali in domo habitationis ipſorum q. Frāciſci de Forliuio & dñæ Corteſiæ. Et maxime de anno. 1434. de menſe Maij ipſa dña Corteſia doloſè & penſatè toſſicauit & venenauit dictum q. Franciſcum de Forliuio tunc eius maritum in certis faſiolis, quos ſibi. d. domina Corteſia miſit ex villa de Caſali Paduani per quendam Nicolaum famulum tunc dicti q. Franc. de forli. quos faſiolos cum comediſſet dictus q. Franciſcus de forli. ipſe cū duobus eius famulis videlicet Chriſtophoro theutonico & Nicolao pdicto ſubdito ceperunt maxime pati & vomere, & niſi medicinis & remedijs ſe iuuaſſent, forte tunc mortui fuiſſent. Et etiam non contenta de prædictis prædicta dña Corteſia; ſed mala prioribus aggrauando de dicto milleſimo & menſe Septē. illo die quo mortuus fuit. d. q. Fran. de for. ēt doloſè & penſatè venenauit & toſſicauit ipſum q. Franciſcum tunc eius virum in piſto ſeu in brodeto, quod ipſa dña Corteſia tūc fecerat, & dederat ipſi q. Frā. de Forli. ad comedendum. Ex quo piſto ſiue brodeto ſic toſſicato & venenato cum guſtaſſet, & comediſſet, cœpit vomere ſanguinem de naribus, & ſic adeo quod poſt aliquas horas mortuus fuit & eſt. Itē ēt ipſa do. Corteſia, tꝑe quo morabatur in villā de Caſali, tenebat in eius domum venenum malum. Et prædicta fecit & perpetrauit ipſa do. Corteſia cum d. Vinciguerra de armano nunc eius viro, & tunc eius adultero, & ipſius q. Fran. de For. improbo thori violatore dante & præſtante ipſi do. Corteſiæ auxilium, conſilium, & fauorem ad prædicta maleficia venenationes, & toſſicationes, committēdas tam in ciuitate Paduæ, quam in villa de Caſali in domibus habitationis ipſius q. Frā. de Forliuio & do. Corteſiæ; dando ipſi do. Corteſiæ malum venenum pluribus vicibus, & maximè ſemel in quadam petia ingropata, vbi erant certa ſcarnutia intus habentia ipm toſſicum & malum venenum, quo dictus Franciſcus venenatus & toſſicatus fuit per ipſam do. Corteſiam; & hoc in villa de Caſali in quadam camera domus ſeu turris ipſius q. Fran. de Forliuio de anno & menſe Maij prædictis, & coheret domui poſitæ Paduæ in contrata S. Leonardi ab intra. ab vna parte ſer Siccus no. a parte anteriori uia. a parte poſteriori heredes q. Chriſtophori de Brauis coheret domui ſiue turri de Caſali a duabus partibus via cōis. ſuper quibus omnibus & ſingulis, connexis, & dependentibus ab eiſdem ꝓrſus extraneis dicti dominus poteſtas & eius iudex intēdunt inquirere, & procedere, & condemnare, & punire ipſam dominam Corteſiam & Vinciguerram repertos culpabiles ſecūdum formam iuris & ſtatutorum communis Paduæ.

SVMMARIA.

1 *Indicia quæ dicantur urgentia ad pœnam corporalem infligendam. nu. 3. & 4.*
Venenum malum ſi qua tenuiſſe conuincatur, an præſumatur occidiſſe maritum, de quo ſit venenationis ſuſpicio. nu. 2. & 3.
3 *Fama non facit probationē plenā vel ſemiplenā, ſed coadiuuat probationē factā.*
4 *Iudex debet iudicare ſecundum acta & probata, non ſecundum conſcientiam.*
5 *Tortus an dicatur purgaſſe oīa indicia etiam urgentia.*
In tortura debet iudex moderate procedere.

CONSILIVM CCXCIX.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſa inquiſitione ſuprāſcripta, ac ēt teſtibus examinatis ſuper ea quærit an ex eis ſit fundata intentio curiæ ſuper condemnatiōe dictorum inquiſitorū de venenatione d. Fran. vel retentiōe mali veneni cā ipſum venenandi. Et circa hoc reiecta multitudine verborum, quæ habet obfuſcare mentem iudicare debentis,
1 Breuiter & clare vr̄ dicendum, ꝙ non, tali rōne. † Nam ad hoc vt inquiſitus vel accuſatus de crimine poſſit diffinitiuè condemnari, requiritur alterum de tribus. ſ. Vel ꝙ ſit ſpōte confeſſus. Vel ꝙ ſit teſtibus neceſſariò vel præſumptiuè concludentibus conuictus præſumptione iuris. i. a iure approbata. Vel ꝙ cōuictus ſit indicijs a & indubitatis, quæ faciunt præſumptionem iuris & de iure, cōtra quam non admittitur probatio in contrarium, vt hæc habentur & colliguntur ex. l. qui ſniam. C. de pœnis. quorum appe. non recipi. l. 2. de proba. l. fi. ff. de cuſto. reorum. l. ſi confeſſus. Sed hic nullum iſtorum eſt, imo deficiunt oīa, licet a ſint quædam vehemētes præſumptiones, quæ non poſſunt dici præſumptiones iuris, cùm non reperiantur a iure approbatæ; ſed poſſunt potius dici ſuſpitiones hominis, quæ non ſufficiunt ad condemnationem. ff. de pœnis. l. abſentem. ſeu indicia quæ ſufficiunt & requiruntur ad torturā. l. j. circa prin. & l. fi. cum ibi plene no. ff. de quæſt. Ecce. n. hic deficit primum, quia non adeſt aliqua confeſſio dictorum inquiſitorum, b non ſolum ſpontanea, ſed nec per torturam extorta cum perſeueratione, & nō ſolum iudicialis, ſed nec extraiudicialis, quæ etiam ſi adeſſet non ſufficeret in criminali ad condemnationem, ſed ad torturam. iuxta no. in. l. capite quinto. ff. de adult. & de exceſ. prælat. c. quam ſit. cū ibi no. licet ſecus in ciuili. C. de nō nu. pec. l. generaliter. Itē deficit ſm, quia non adſunt teſtes neceſſariò concludentes, qđ vr̄ requiri ad perfectam probationem. C. vnde cogna. l. non hoc. de probat. l. neque. maximè in criminali, vbi requiruntur proba-
a tiones luce meridiana clariores. a eod. tit. l. ſciant cuncti. maximè ēt vbi agitur de vita hominis, & non ſolum vnius ſed duorum, quia ubi maius periculum cautius eſt agendum. l. j. §. pomponius. ff. ad carbo. de ele. vbi maius. li. 6. Dicta nanq; oīm teſtium, ſi bene inſpiciantur, verſantur circa quatuor uel. 5. quorum nullum per ſe ſufficit, ſed nec oīa ſimul iuncta. l. ſpadonē. §. q multa iura. ff. de excu. tut. quidam. n. eorum deponunt de fama uel audire dici, & hoc nō
2 ſufficit; † quia fama non facit probationē plenam uel ſemiplenā,
b ſed probationem factam coadiuuat b. l. 3. §. tu magis. ff. de teſt. & no. expreſſe per gl. in. c. pterea. de teſti. & per Bart. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſ. in vlt. col. vbi tractat de effectu famæ, & quia teſtimonium debet reddi de his quæ percipiunt ſenſu corporeo, non de auditu alieno. l. teſtium. cum ibi no. C. de teſti. quidā verò & quam plures deponunt de confeſſione d. Franc. qui pluries dixit ꝙ vxor ſua ipm̄ venenauerat. & iſti ēt nihil probant, quia non eſt ſtādum dicto illius, prout eſt tex. expreſſè. & ibi per doc. in. l. ſi qs in graui. §. j. ff. ad ſil. non ergo creditur teſtibus, quorum autor repellerei. c. fraternitatis. de here. 3. q. 4. c. nullus. & qđ Bar. in. l. admonēdi. ff. de iureiu. in articulo de priuata ſcriptura an fidem faciat pro ſcribente. Quidam uerò deponunt de illis faſiolis miſſis de villa paduana, qui nocuerunt d. Frā. & duobus famulis eius. Et ſimlr nihil ꝓbant, quia nullus eorum dicit, ꝙ viderit in eis aliquid venenoſum poni per do. Corteſiā, quod erat neceſſarium ad perfectā & cōcludentem depoſitionem, alˢ non ꝓbat hoc eſſe &c. d. l. nō hoc. po
1 tuit. n. hoc accidere ꝑꝑ aliam cām, quam ꝑꝑ dolum & malitiā do. Corteſiæ; vñ licèt ſit ſuſpitio ꝯ ꝑꝑ id quod dicit vna teſtis videlicet, ꝙ clauſit hoſtium quñ ipſos fecit, & quod cum vna recepiſſet duos & poſuiſſet ꝯ. ignem, ipſa do. Corteſia accepit eos & ſub pedibus ei poſuit & triuit, attñ quia poſſibile eſt quod alio reſpectu hoc fecit, non reſultat concludens probatio, vel depoſitio, maximè ad pœnā corporalem. Nā & poſt aſſumptionem illorum ſtetit ſanus & hilaris per plures menſes, quod veriſilr nō fuiſſet ſi venenati fuiſſent.

¶ Quidā verò deponūt de illo brodeto; quod ſibi dedit vxor ſua, propter quod euomuit, & dixit ſe fore venenatum. Et illi etiā non probant eadem rōne; quia non dñt ſe vidiſſe in d. Brodeto poni aliquid venenoſum per d. dñam, & quod cognoſcerent eſſe venenoſum; quod vt dixi, erat neceſſarium ad cōcludentem & neceſſariā probationem ſeu depoſitionem; potuit. n. ille vomitus prouenire ex alia cā, quam ex veneno, videlicet infirmitatis colericæ quā patiebatur, quæ inducit ſimul vomitum, & ſeceſſum, vt dicunt duo ſolennes medici, quorum dictis tanquam expertis eſt ſtādum. C. de re mil. l. ſi ſemel. lib. 12. & quod no. Bar. i. l. fi. cir. fi. ff. ad leg. cor. de ſic. Nā eorum depoſitio purgat omnem ſuſpitionem reſultātem ex dictis aliorum teſtium; quia dñt, ꝙ nullum ſignum venenationis cognouerunt, nec aliquod remedium ꝯ venenum adhibuerunt, ſed ſolū ꝯ dictam infirmitatem. Item purgat dicta ſuſpitio ex diſpoſitione mulierum examinatarum ꝓ parte do. Corteſiæ, quæ dñt ſe vidiſſe cadauer, in quo nullum ſignum venenationis cognouerunt, ſicut ſolet apparere in venenatis, vt ipſe alˢ viderunt. Itē purgat ex eo ꝙ d. do. Corteſia ſicut & ipſe Fran. mādauit reſeruari bacile cum materia euomita, & oſtenderet medicis, quod veriſilr non feciſſet ſi ſenſiſſet ſe culpabilem. Itē aliqua deponunt de certis pulueribus,

¶ Clariores Adde d. … Maria Sozi. in conſi. 8. uerſi. nec obſtat ibi item poterat cū uer. ſe. in fi. & d. Bar. Soz. in cōſ. 101. circa prin. 2. col. in 1. parte.

¶ Coadiuuat. Adde Bal. in conſi. 447. in 5. parte. ꝙ fama ſufficiat ad inquirēdum nō ad probādum.

¶ Aduerte tu ꝙ licet regulariter fama ſola non faciat indiciū ad torturā cōtra aliquē ut not. Io. An. in ad. Spe. in tit. de prob. §. uidendum. uer. 13. iuxta hn ad. di. Bald. in l. milites. C. de quæſt. Illud tamē fallit in fama vehemēti, quia talis uehemens fama eſt ſufficiēs indiciū ad torturā, ita ſingu. dicit Bar. in cōſi. ſuo. 191. inci. domino paci de burgo ſancti ſep. Item fallit, niſi obſtet ꝙ ipſa fama habuerit originē ab honeſtis perſonis, nam tunc bene facit indiciū ad torturam, ita uidetur tenere Bald. in c. 1. § tē ſi uaſallus de contro. inueſti. in uſi. feu. in ulti. col idē ēt uoluit Salyc. in l. ea quidē poſt Bald. ibi in materia ſa. me. C. de accu. H. P.

quas vid erãt eam tenere,& qđ viderunt per d. dñam de ipſis pluribus vicibus poni in ſerculo d. Fran. iſte ẽt non probant; qa non dñt, ꝙ cognouerunt illas pulueres fuiſſe venenoſas nec hnc pręſumit ex quo pluries & infinitis uicibus dicit vna ſe uidiſſe,& tñ nec ex d. eius nec aliorum apparet, ꝙ ex ꝓſumptione talium ciborum læſionẽ aſſumpſerit aliquam; q̃ ſi aliqñ aſſumpſiſſet, veriſilr ꝑcauiſſet ab altera; ſolum.n. de raſtiolis & de illo ultimo brodeto, ꝙ nocuerint, dñt teſtes,& non de alio uel alijs iuribus.

3 †Conſtat ēt q̄d ille Begne-tus primus emptor, ſicut non trāſtulit in ſecundū emptorē ipſum tunc iſtius agentis, q̄a ipſum non habebat. ff. de acq. re. domi. l. traditio. de reg. iu. l. nemo. ita nec tranſtulit ius pignoris; q̄a hoc non p̄ſumitur voluiſſe, ſi nō dixit expreſſè, q̄a nō vendidit vt cre-ditor, q̄d ſi feciſſet ſeruatis ſeruandis, trāſferre potuiſſet ex pnte ſibi a iure data. l. ſi conuenerit. ff. de pig. actio. ſed vēdidit vt dñs, & dñs nō erat, & ſic q̄d potuit noluit &c. l. multum. C. ſi q̄s alteri vel ſibi. Et ꝓbat expreſſè q̄d nō tranſtulit ius pignoris, licet ipſū hēt. ff. de euictio. l. ſi cū debitor. in fi. prin. dū ibi dr̄, & probat q̄d ille q̄ emit a creditore nō vt creditore vendēte, nō hēt ſeruianam, .i. hypothecariā ſuo noie, licet hēat directā vel vtilem rei vendica tionem, aut publicianā; ſed ſi fuiſſet trāſlatum ius pignoris, falſū eſſet, q̄ emptor nō habet ſeruianā. ff. de pig. l. ſi ab eo. Et ſi primus emptor ius pignoris nō trāſtulit in ſecundū, nec ſecundus in ter-tiū, nec tertius in quartū. Et ſic iſte reus & poſſeſſor ex iure pigno ris q̄d hēbat in dictis bonis non pōt ea defendere aduerſus iſtam agentē, licet primus emptor bene potuiſſet, nec tenet̄ agens offer re huic pecuniā quā pater ſuus recepit a primo emptore, & ꝓ qua eccuſetur dicta bona pignoraſſe vel obligaſſe, niſi in inſtr̄is vendi-tionis cōtineat̄ ceſsio actionū & iuriū cōpetentiū in illis bonis & eorū occaſione. ff. de euic. l. ſi rē quā a Titio. ¶ Et ſi dicatur ſaltē tranſtulerant vſucapiendi & p̄ſcribendi condōnem vēditionis pdi ctæ. per l. clauibus. ff. de ꝯhen. emp. Et p̄ſcriptio eſt cōpleta, quia tranſiuit longū tps 20. ann. & vltra coniunctis tēporibus hominū poſſeſſorū, quorū acceſsione pōt reus vti. l. pōpo. §. cum quis ff. de acqui. poſ. Rndetur, q̄ prima venditio, quam fecit D. Luchinus, ſicut non tranſtulit dñium, licèt ipſe habet, quia fuit ſimulata & noluit vendere ſed pignorare, ita nec vſucapiendi condōnē, aliæ vero venditionis factæ fuerūt poſt mortem D Luchini, vnde po-ſito q̄ fuiſſent de ſe habiles ad transferendum vſucapiendi condō nem, nō potuit vſucapio vel p̄ſcriptio niſi ꝯ hæredē incipere. Sed in caſu nr̄o non potuit hoc eſſe; quia iſte hæres erat minor tēpore inchoandæ præſcriptionis quod fuit in 1416. prout colligitur ex aſpectu, quia vt dr̄ nunc eſt ætatis 26 vel 28. anno. Et ſic tempore ſecundæ venditionis & poſteriorum conſtat, q̄ non poterat eſſe niſi minor, contra quā p̄ſcriptio longi tēporis non potuit incipe-re. l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. ſecus ſi incepiſ-ſet contra Luchinum, quia continuaretur contra hæredem mino rē, & daretur reſtitutio. ff. de mino. l. ei qui. C. ſi aduerſus vſucap. cū ibi no. Cōcludit̄ ergo ꝓnunciandū ꝓ actrice ſm petita per eā, non obſtantibus exceptionibus in contrarium allegatis.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Præſuppoſitis ſupraſcriptis compromiſſo & proceſſu ſuperin de facto, ac ſnīa ſiue laudo arbitrorum & arbitratorū, vt. ſ. ac ēt præſuppoſitis ſupraſcriptis ſtatutis cōmunis Vincentiæ coram arbitris vigore prædicti cōpromiſsi petitum eſt per Leonardum

de Parellis q̧ annulleẗ permutatio facta inter partes in d. compromiſſo cōprehenſas,& pars debita de poſſeſſionibus aſſignatis Dorotheæ virtute legati facti dotis relictæ p̄dictæ Doro. in teſtō q. D.Nicolai de Parellis ꝓnuncieẗ cōpetere dicto Leonardo petitori,& ſubſequenter ꝓnuncieẗ ēt ſibi cōpetere tertia pars hæreditatis Guidonis de Parellis virtute fideicōmiſſi relicti in teſtō q.D. Nicolai de Parellis &c. ſuper q̄bus tribus principaliter petitis,ac ſuper oībus alijs pronunciatum eſt per arbitros,& a dicta ꝓnunciatione appellatum eſt,ſine ad arbitriū boni viri deductio impetrata eſt cum aſſertione cauſarū certarū,& non facta ꝓſecutione appľonis vigore ſtatutorū ſupraſcriptorū, facta ēt ē executio ſententiæ arbitrorum autoritate ſtatutorū ſupraſcriptorū; demū ab executione p̄dicta appellatum eſt ad magnificos dn̄os auditores ſn̄iarum &c. Et q̄q̄ in hac vltima appľone diſputandum ſit de ipſa executione, tn̄ q̄a dubitatur vtrum arbitri exceſſerint & egreſſi ſint fines cōpromiſſi, ac ꝓnunciauerint ſuper eo qd̄ in cōpromiſſum deductum non ſit;an ne. Nā ꝓ parte appellante dr̄, q̧ cōpromiſit ſe ſolum ſuper legatos dotis Dorotheæ, ac dependentib' ca dicto legato,& verba gn̄alia cōpromiſſi ad dictā intētionem referri debent. Pars aūt appellata dicit, q̧ verba cōpromiſſi ſpecialiter & gn̄aliter extenduntẗ,& ꝯprehendunt dictū legatum dotis Dorotheæ,& gn̄aliter ēt capiunt quālibet aliam rōnem vel cām vt in dicto compromiſſo patet ibi,& qualibet alia rōne vel cā; alioquin dicta verba eſſent ſuperflua. Præterea ꝓſecutio partiū ſuper petitis hoc confirmat & declarat;& q̄a huius cā inſerta nō fuit in appellatione ſiue reductione,qd̄ neceſſario fieri debuit vigore ſtatutorū ſupraſcriptorum; itaq; conſulitur ſuper dicto puncto q̄d iuris.

S V M M A R I A.

1 *Compromiſſi verba ſi ſunt generalia, non debet reſtringi poteſtas arbitrorum ad unam cauſam principaliter inductam in compromiſſum.*
2 *Generalitas quando reſtringi poſſit.*
3 *Argumentum a ſolitis procedit.*
4 *Occaſione unius litis fit tranſactio multarum etiam non motarum.*

CONSILIVM CCCXXXIII.

IN Chriſti nomine Amen ¶ Dubium vr̄ facere prima facie
1 in prædictis.l.cū dies.§.plenum.ff.de arbi.†vbi verba gn̄alia cōpromiſit reſtringuntur ad cām ſpecificatā de qua erat q̄ō. Et idem dr̄ in l.ſi de certa.C. de trāſactio.in verbis gn̄alibus tranſactionis, ſed hic ſpecificata fuit cā legati facti Dorotheæ ꝓ dote cum nuberet, & de alimentis quouſq; nuberet; de aſſignatione vero certorum bonorum facta pro vtroq; legato,& de permutatione cābio ſeu barato facto per dictos coheredes cum dicto Leonardo,& de certa parte hæreditatis Guidonis quam Leonardus prætendit ad ſe pertinere,nulla mentio ſpecialiter & ſpecifice facta fuit in dicto compromiſſo. Et ſic ad illa non videbatur extendi. Et per conſequens videbatur, q̧ nō potuerit Leonardus petere ſuper illis pronunciari ſicut petijt,& conſequenter quod arbitri non potuerunt ſuper illis pronunciare, cum omnis eorum poteſtas ex compromiſſo dependeat.l.non diſtinguemus.§.de officio.ff de arbi. Sed certè non eſt dicendū, q̧ tales & tanti viri doctoresq; legum egregij, ac etiam practici, qui detegunt alienos errores,in hoc errassent, quòd extra poteſtatem eis datam in compromiſſo ꝓnunciaſſent. Cum eſſet eis no
2 tum, & etiam importantia verborum eius.†Reſpondetur ergo ad dictas duas leges in contrarium allega.quód dicta reſtrictio tunc eſt fienda,qn̄ poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis.l.ſi ex pluribus.ff.de ſolutio.ſecus ſi fieri ſic non poteſt. l. pluribus. ff. de acceptila.ſm̄ Bar.qui ita no.in d.l.ſi de certa.C.de tranſactio.& Cy. C. de exceptio. l. ſi ea maiore. qui dicit ibi ſecundum Pet. quod
a tunc generalitas poteſt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, quando eſt prolata per verba indefinita quæ æquiparantur vniuerſalibus, quando eſt eadem ratio in omnibus ſub indefinita cōprehenſis, l. ſi pluribus, in princip. cum l. præcedenti, in principio.ff.de lega.2. & plene not. in c.vt circa.de electio. lib.6. quando ergo non eſt eadem ratio in omnibus fit reſtrictio ſecundum propriū ſignificatum, & ſic ſalua ratione recti ſermonis.l.legatorum.§.qui plures. cum ibi no.eo.titu.ff.de lega.2.Si verò eſt prolata generalitas per verba vel ſigna vniuerſalia, nō ſic poteſt fieri reſtrictione, ideo generaliter & vniuerſaliter debent intelligi & operari. ff.de acceptil. l. pluribus. Et eſt text.expreſſus cum glo. in l.emptor.§. Lucius.ff.de pactis. ibi d um dicit cuiuſcunq; ſummæ ex quacūq; cauſa &c. cum glo. quæ incipit,minus apertè &c. Sed in caſu noſtro fuit huiuſmodi. Quia dicitur in compro-

a ¶Fieri reſtrictio. ui de Andreā Bar.in cōſ. 23.incip.ſapientiſſim' dixit in 2. col. uer. & ſi quiſpiam opponat in 2.no & Pe. Phi.Cor.in conſ.4.inc. diu.poſt cō ſi.in 1. col. uerſ. inſup & ſi eſſet in 3.uol.H.F.

miſſo poſt ſpecificationem factā de legato. Et ēt de & ſup oībus alijs q̄ōnib' & dn̄ijs &c.deinde ſubijcit occaſiōe dicti legati &c. Sed oīa de q̄bus dixi.ſ̄.q̧ non fuerunt ſpecificata, veniebāt i q̄ōnem occaſione dicti legati,qd̄ patet; q̄a ſi legatū erat extinctum ꝑ mortem Dorotheæ,ſiľr aſſignatio dictorum bonorum q̄ facta fuit ꝓ dicto legato,in quod debebat cōuerti ſi nupſiſſet. Et ſi hoc erat,dicta bona aſſignata redierunt ad omnes hr̄des,a q̄bus ꝓceſſerant ꝓ hr̄ditarijs portionibus.C.de leg.l.fin.in fin.ff.de lega.2. titia cum teſtō.§.fi.Et ſi ita eſt, cambiū ſeu ꝑmutatio facta inter Leonardum & cohr̄des effectum eſt irritum vel irrita;q̄a Leonardus accepit illa bona tanquā totaliter aliena,ſ.dictorum cohr̄dū, cum ꝓ parte eſſent ſua;& in talibus ſi in aliquo eſt erratum,totus ꝯtus nullus reddiẗ.iuxta no.per Bar.in l.ſi non ſortē.§.ſi centū circa fin. ff.de condi.inde. & l.ſi q̄s aliā.ff.de ſolutio.facit.l.2.ff. de rerum permu.& ſi ita eſt remāſit ſaluum ius petēdi partē, quā ꝑtendit ſe hr̄e in hr̄ditate dicti Guidonis,q̄a reſciſſo dicto ꝯtu ꝑmutationis,q̄ vim habuit trāſactionis,partes reponunẗ in priſtino ſtatu,& in priſtinis terminis l.1.& 2.C.de trāſactioni. ſic ergo vnum vel alterum de p̄dictis uenit in ꝯn̄tiam alterius. Et oīa vīr eſſe de appenditijs,dependentibus, & connexis dicti legati.ff.de acq.r.hr̄d.l.ſi q̄s hæres.extra de conſti.c.tranſlato.C.de neg. geſt. ſi cognati.ff.de ſepa.l.1.§.p̄terea.de admin.tut.l.ita autem.§.ſi tutor.de iudi.c.fi.lib.6.tum q̄a hoc fuit expreſsè dictum in cōpromiſſo,quod cōpromittebāt de oībus q̄ōnibus & dn̄ijs, q̄ erāt uel eſſe poſſent inter dictas partes occaſione dicti legati. Et iſtæ erant hm̄ōi vt ſ̄.oſtenſum eſt. Nā occaſio ſignificat ēt cām remotam. c. ſolitæ.cū ibi no.de maio.& obed. Et poſito quod hoc nō fuiſſet expreſsè dictum in compromiſſo,attn̄ extendebaẗ ad oīa cōnexa & dependentia.gl.eſt ordina.in c.accuſatus.de hæret.lib.6. ſuper uerbo indicari.plus dico,q̧ verba dicti compromiſſi ſunt larga, q̧ comprehendunt omnes alias dn̄ias & q̄ōnes, q̄ forent vel eſſe poſſent inter dictas partes,ēt non occaſione dicti legati, & ſic nō dependentes nec connexas ꝑ p gn̄alia uerba q̄ ſubijciunẗ poſt dicta verba occaſione dicti legati videlicet & qualibet alia rōne vel cā &c. Nā uerba illa poſita vīr ad augendum ſuperiora, ideo debent ea augere.l.ea tn̄ adiectio.ff.de lega.3. l.ſi ſeruus ſeruum.§. inquit lex.in fi.ff.ad l.aquil.ſi quis cau.ſed & ſi quis.§.q̄ſitum. cū ibi not.ſed augere non pn̄t, niſi illas q̄ eſſent occaſione dicti legati,nec pn̄t reſtringi dicta verba ſalua rōne recti ſermonis;q̄a tunc nihil importarent,quod non eſt dicendum.l.ſi qn̄.ff.de leg.1. Sæpe autem contingit, q̧ occaſione unius litis fit compromiſſum generale tàm de ipſa,quàm de omnibus alijs inter partes. Et hoc videmus quotidie fieri, ut ſemper compromiſſa generaliter con
3 cipiant.† licitum eſt autem arguere a ſolitis.ff.ſi cert. peta.l.certi conditio.§.ſi nummos.C.de arbi.l.1.& ibi not. ſic & occaſione vnius litis motæ dantur fideiuſſores de euictione tàm pro illis q̄ pro alijs.ff.de reſcin.ven.l.fi.§.fi.& ibi not.in l.pen.§.fi.de peric.
4 & commo.rei vendi. † ſic etiam occaſione unius litis, ſuper qua tranſigitur, contingit interdum quòd actor modico recepto a reo liberat ipſum non ſolum ab actione intentata dubia, ſed etiā a cæteris quibuſcunque & quantumcunque liquidis, vt inquit Bar.in d.l.ſi de certa.C.de trāſac.facit in ratiōe ſui.l.4.§.ſi ex die. in fin.ff.de fideicom.lib. ¶ Concluditur viſis omnibus de quibus ſ̄.nihil fuiſſe coram dictis arbitris petitum, & cōſequenter nihil fuiſſe pronunciatum extra tenorem compromiſſi vel poteſtatem eis datam. Nec pronunciauerunt partem aliquam dicto Leonardo competere in hæreditate Guidonis, ſed q̧ ſi qua pars ſibi competebat, ius eam petendi ſaluum erat, nec erat peremptum occaſione dictæ pronunciationis & cambij, poſtquam erat nulla vel nullum; potuerunt tn̄ illud pronunciare, ſi de illo cognouerunt,licèt non eſſet de dependentijs a dicto legato; ſed quod tale ius remaneret ſaluum non obſtante permutatione vel cambio,bene erat de dependentijs,vt patet ex ſuperioribus.

S V M M A R I A.

1 *Paries unius qualiter cognoſcatur communis, & qualiter non præſumatur ſ.*
2 *Dominium præſumitur ex poſſeſſione,quando poſſeſſio eſt de præſenti,& quando deducatur in iudicium.*

CONSILIVM CCCXXXIIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Incipiēdo a ſecūdo q̄ſito,a quo alia dependent. ¶ Videtur dicendum ex his quæ in
1 facto proponuntur. ¶ † Quòd dictus paries debeat in dubio cenſeri fore filiorum & hæredum dicti domini Iacobi de luchis

de luchis poſtq̃ ipſi ſoli vtuntur inſolidum, tum in oneribus ferendis, vt ſupra pſupponitur; ex quo vſu, mõ, & qualitate vtendi dep̃henditur, an ſit iudicandus cõis pro diuiſo, vel pro indiuiſo, qñ ambo vtuntur, vt no. Bar. in. l. inter quos. ff. de dã. infec. ergo quãdo vnus tñ, debet illius ſolus cenſeri; quia vſus in talibus per traditionẽ debet haberi. ff. de ſerui. l. pe. ex qua traditione quærit̃ dñiũ. C. de pac. l. traditionibus. vel quaſi dñium. ff. de publ. l. traditionẽ. tã ẽt ratione dictæ feneſtræ perforantis totum parietem, ex qua redditur lumẽ ex domo dicti Ioannis ſtabulo prædictorũ filiorũ, & ſic ipſi ſoli cõſequũtur vtilitatẽ ex eo; ſed ſi eſſet dicti Ioannis, aut cõis cũ eo, nõ licuiſſet alteri parti talem feneſtrarũ facere. ff. de ſerui. vrba. l. pe. Ex quo ergo facta fuit, & tanto tpe ſic ſtetit ſciente & patiẽte dicto Ioãne & ſuis autoribus, credẽdũ eſt, q licitẽ facta fuerit, uel qa paries erat pprius dicti d. Iacobi & ſuorũ anteceſſorũ, & ſic nõ potuerunt phiberi eã facere & lumẽ recipere de domo Ioãnis ſine ipſius Ioãnis nocumento. ff. de acqua plu. arcẽ. l. 1. §. idẽ aiũt aquã pluuiã. vel ex eo licitẽ facta fuit, qa dictus Io. vel ſui autores pmiſerant, & ſic ẽt ſi paries foret Ioannis, vel cõis cũ eo, nõ poſſet nũc eã claudere, & auferre qđ ſemel cõceſſerũt. ff.

2 de aqua plu. arcen. l. in diẽ. † Itẽ ex poſſeſſione præſumitur dñiũ, qñ poſſeſſio eſt de præſenti. l. fi. C. de rei ven. & deducitur in iudiciũ per modum excipiendi; vel ẽt per modum agendi non principaliter propter ſe, ſed in conſequentiam propter aliud. l. ſicuti. §. ſi quæratur. & ibi no. ff. ſi ſerui. ven. l. vti frui. ff. ſi vſu. fru. pet. in §. 1. & no. Bar. in. l. 1. ff. de condi. inſti. Sed hic filij dicti d. Iacobi poſſidẽt dictũ parietẽ inſolidũ; quia ipſi ſoli vtunt retinẽdo in eo tigna & dictã feneſtram tanq̃ domini totius parietis, cũ altera cõmoditas ex eo non percipiatur. l. titia. ff. de ſol. ergo præſumuntur domini, maximè quia nõ deducunt in iudiciũ principaliter dominium dicti parietis propter ſe, ſed pp aliud. ſ. vt defendant lumen quod percipiunt ex dicta feneſtra, & vt defendant parietem ſeruitute oneri ferendi & ſupædificandi. vt. d. l. vti frui. §. 1. ſi vſuſfru. peta. Similiter ex detentione facti præſumitur poſſeſſio, quæ eſt iuris, vt no. gl. in. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. ff. de ver. ob. Et Innoc. de priui. c. cum olim. §. iſte portarius. Ex quibus infertur q inuitis dictis filijs & hæredibus d. Iacobi non poteſt dictus Ioannes claudere vel obturare dictam feneſtram, qa immittent in alieno, quod facere non poteſt. l. ſicuti. §. ariſto. ff. ſi ſerui. ven. nec ſuper dicto pariete poteſt ædificare, etiam ſi paries eſſet cõis inuitis ſocijs, fortius vel multominus, ſi eſt illorum proprius; imo propria autoritate prædicti q ſũt ĩ poſſeſſione parietis, deſtruere & remouere poſſunt quicquid per Ioannem præter vel ↄ ipſorum uoluntatem factum foret. ff. de ſerui. vrba. prædio. l. ſed ſi inter me. in princ. & §. fi. cõi diui. l. ſabinus. vel p interdictum q vi aut clam. ff. q vi aut clam. in prin. & l. ſi vitem. §. ſi ad ianuã ad legẽ aq. l. quẽadmodum. §. ſi prutectũ. Et ſic patet reſponſio ad omnia tria prima quæſita, de quibus ſ. Nec ob. qđ dicitur de dicta parua feneſtra non trauſcendente ab utroq; latere, quã habet dictus Ioannes ex latere ſuo in dicto pariete; quia potuit habere clam & ignorante dicto domino Iacobo & ſuis autoribus, vnde non probatur ex hoc dictum parietẽ eſſe cõem; maxime qa in illo non ſtat vſus parietis, ſed in ſuſtentatione onerũ ferẽdorũ & tignorũ immittendorũ. l. ſicuti. §. 1. ſi ſerui. vẽ. Et poſito q ex hoc probaretur paries cõis, attamen adhuc nõ liceret ſocio ſine volũtate ſocij ſup eo ædificare; qm̃ ad hoc dictus paries non fuit inuentus cũ tanto tpe ſtete rint in eo ſtatu ĩ quo ſtat. d. l. ſabinus. & d. l. ſed ſi inter me. ſ. allegatis. debet ergo dictus paries dimitti ſtare in eo ſtatu in quo tanto tpe ſtetit. ff. de ſerui. vrb. præ. l. luminibus. C. de ſerui. & aqua. l. ſi manifeſte. in fi. Et hæc de primis tribus dubijs. Quantum ad aliud dubiũ ſeu quæſitũ dico, q ſi iuxta parietẽ propriũ dictorũ heredũ erat ſpatiũ. 10. pedum vel vltra liberi aeris, recurrẽdũ eſt ad. l. meuianã. C. de ædifi. priua. quę vult q ſpaciũ. 10. pedũ liberi aeris dẽt dimitti, & loquit̃ in ędificijs vrbanis, ñ in p̃dijs ruſticis; vt ſic ñ obſtẽt ea q̃ allegant̃ in ↄriũ dc. l. fi. ff. fini. regũdo. q̃ loquũ̃ in p̃dijs ruſticis, & ſic ad illã ñ habemus neceſſe recurrere, Si verò ñ erat ſpaciũ liberi aeris; vt qa dictus paries pprius intermediat domũ ipſorũ, & domũ Io. quam ñ eſt liberũ p̃dictis intrare illo ĩuito. ff. de iniurijs. l. qui in domũ. tunc recurrẽdũ. ad. l. fiſtulã. de ſerui. vrb. p̃di. videlicet q ſi tria ↄcurrũt. ſ. q ædificatio dicti muri nihil nocet dictis heredibus vł eorũ parieti, & q poſſit p ſe ſtare ẽt remoto dicto pariete, & q ñ impediat refectionẽ dicti parietis pprij, potuerit p illũ fieri altero deficiẽte ñ p illã. l. & l. quidam hiberus. co. ti.

S V M M A R I V M.

1 Plures ſi congregantur ad aliquid faciendum & illic totum, & eorum unus commiſſus homicidium, non tenentur reliqui propter ſolam exiſtentiam tanquam auxiliantes & fauentes.

CONSILIVM CCCXXXV.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ † Viſa & põderata ſuprascripta accuſatione quæritur, an concludat ↄ Barto. & Blaſium ad pœnam homicidij, cùm ex tenore ipſius appareat q neuter ipſorum tetigerit Andream interfectum, licet Blaſius tetigerit Vendraminum qui nõ fuit interfectus. Cæterum Andream ſolus Symon rubeus percuſſit cum lapide & interfecit. Ad quod breuiter rñdetur, q contra eos tãq̃ homicidas, & q ipſi interfecerint, clarũ eſt q non concludit, poſtquam conſtat de alio percuſſore & occiſore. ff. ad l. cor. de ſicca. l. fi. xxiij. q. ul. c. fi. ſed ſi non conſtaret, cuius ictu periſſet, eſſet dubium; qa gl. ibi. ſ. in d. l. fi. tenet q tunc oẽs tenerent̃ de homicidio per. l. item mella. §. ſi plures. ff. ad l. aqui. pro qua tex. in c. ſignificaſti. de homi. uer. quod ſi diſcerni. ſed gl. in d. §. ſi plures. tenet nullum teneri de homicidio inclinãs in benigniorem partem. & idẽ Gan. in trac. de homicidarijs ſub rubr. xj. Cęterum in caſu noſtro; qñ conſtat q alterius ictu periſt, alij non tenentur, ẽt ſi arma ſuppreſſerit ob hoc, attenta diſpoſitione ſtatutorum, quæ non conſiderant aĩm occidendi cum aſſumptione armorum, ſed conſiderat effectum vna cum aĩo. ſ. q homicidium commiſerint, licet de iure cõi ſit ſecus hoc caſu. l. ſi quis cum telo. C. ad l. cor. de ſicca. & per Bar. in d. l. fi. ſed ſi quærit̃ an concludat contra prædictos, tãq̃ præſtiterint auxilium & fauorem cooperatiuum præfato Rubeo, ut ſic licet non ſint homicidæ, tñ eadem pœna qua homicida debeant puniri tam ex forma ſtatuti ſub rubrica de homicidijs, q̃ ẽt de iure cõi. ff. ad l. cor. de ſicc. l. nihil. vr̃ q ſic, prout vr̃ expreſsè determinare Bar. in d. l. fi. de ſicca. poſt med. in uer. ſi uerò percuſſerunt prius illi qui intulerunt uulnera non mortalia &c. Ibi tũ aduerte, quia ille qui primò percuſſit &c. Sed certe d. Bar. non facit contra prædictos, qa ipſe loqtur qñ oẽs percuſſerunt occiſum, ſed uulnera primò percutientium de ſe non erant mortalia, ſed vltimò percutiens interfecit; qa prima coadiuuant ultimũ; ſed hic neuter prædictorum duorũ percuſſit Andr. ſed ſolus Rubeus; vñ non põt dici q eorũ uulnera coadiuuauerint ultimum. Item Bar. loquitur ſi bene inſpiciatur progreſſus verborum ſuorum, qñ plures fuerunt ſimul congregati ad hunc finem ut homicidium committerent, & ſic ut alter alterum adiuuarent ẽt ex ſola ſocietate & aſſiſtentia; quo caſu ſi unus tñ interfecit alijs aſſiſtẽtibus, ex iſta ſola aſſiſtentia facta ex propoſito & deliberatione tenentur tanq̃ opem & auxilium præſtantes, non tanq̃ homicidę, licet quidam dixerint contrarium pp malum aĩm a prin. ſed Bar. dicit, q aĩus ſolus non conſideratur ex forma ſtatutorum, licet ſecus de iure cõi; tñ conſiderabitur in hoc q punientur tanq̃ opẽ præſtantes pp aſſiſtentiam vñ proderit hoc, ſi ex forma ſtatuti minor pœna imponeret̃ opẽ præſtantibus. Cæterum ſi non ob hoc fuerunt congregati ut interficerent, ſed pp aliud ẽt illicitum puta vt uiolentiam committerent ſine homicidio, & unus eorũ præter propoſitum primum homicidium commiſit, ipſe ſolus tenet̃, & ẽt q congregationem fecit; alij uerò non, ẽt ut opem uel auxilium præſtantes pp ſolam aſſiſtentiam; qa illa non fuit principaliter ob hoc facta, ſed pp aliud, & ſic occaſionaliter, vñ dẽt attendi l. 2. ff. de riuis. ut hæc patent ex no. p gl. in l. ij. §. item ſi quis. ff. ui bono. rap. quæ loquit̃ de comite Alberto. cũ ibi no. per Bart. & l. qm̃ multa. C. ad l. iuliam. de ui. & ibi expreſsè p Ang. multominus qñ congregati fuerunt nõ ad malum finem, ſed ad bonum ut fuit in caſu nr̃o p iã d. & p optimũ tex. in c. fi. in fi. 14. q. ul. & p id qđ expreſsẽ no. Bal. C. de accu. l. nõ quominus: in vl. uel pe. col. cuius uerba formalia hæc ſunt; vñ qñ plures ſunt in aliquo loco cõgregati, q̃libet tenet̃ de eo qđ facit, non de eo qđ alij faciunt, niſi probetur clare qualiter unus impendiſſet auxilium alteri; ut no. ff. ui bo. rap. l. ij. §. ſi quis. hic aũt nõ apparet ex tenore accuſationis, q alij miniſtrauerint d. Rubeo lapidem, cũ quo ille percuſſit, nec q alio mõ niſi pp ſolam aſſiſtentiam, q̃ cum facta fuit principaliter pp aliud, non attenditur, ut dixi p ea q̃ habentur & not. in l. ſi qs nec cãm. ff. ſi cer. pe. Item ad prædicta benè & optimè facit qđ no. Bal. C. de ſer. fugi. l. j. in iiij. col. q dicit iſta uerba. Item q rixã prohibere non potuit, non vr̃ dediſſe fauorem nec opem, qđ eſt intelligendum. ſ. pp aſſiſtentiam, & ita fuit. Ad allegandum uerò p̃dicta non expedit, q d. accuſati compareant perſonaliter; qa cũ iſta colligantur ex tenore accuſationis, q̃libet admittitur ad hoc

allegandum,& iudicem excitandum.ꝑ glo.q̃ eſt in l.2.§.ꝙ ſi ac-
cor.C.de iura.cal.& per id qđ not. Bar.poſt glo.& ſuper ea.C.de
tranſac.l.vbi pactum.pe.col.in ver.& ideo iam de facto dixi.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum ſi ſit generale cum obligatione omnium bonorum de habendo ratum & gratum quicquid fecit procurator, etiam ſi non ſit ſeruata penitus forma mandati, tenetur dominus attendere promiſſa.*

2 *Clauſula in fine inſtrumentorum apponi conſueta. Promiſit ratum & gratum habere ſub obligatione &c. quid importet.*

C O N S I L I V M   C C C X X X V I.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †Dubiũ fa-
cit in iſto ne-
gocio non paruum, quia licet mutuum receptum ꝑ
d.Philippinum procuratorem ſuo proprio noīe nõ
fuerit receptũ,ad utilitatẽ,tñ dñi quod pater qui in
dñi utilitatem conuertit pecuniã,ꝑꝑ quod vr̃ eo aīo a prin.acce-
piſſe.ar.ff.ad maced.l.ſed uel.§.proinde. Et ſic dñs ſibi tenebatur
actione mandati contraria ad cõſeruandum ipſum indemnem ab
obligatione, quam pro eo contraxerat in ſuam perſonã, recipien
do & ꝑcipiendo pecuniam mutuò ſuo noīe proprio,& ſic vr̃ pro
eo intercesſiſſe.ff.ad velle.l.q̃uis.§.ſi cũ eſſet.C.eo.l.ſenatus.uer.
ſiue cum alius &c. Quia licet non ſeruauerit ex toto formam mã
dati,non tñ ex toto omiſit,quia dñs nil aliud quærebat, niſi ut pe
cunia mutuò reciperetur pro eo,' & in ſui utilitatẽ cõuerteretur,
quod factum fuit licet non ſm formam traditam;tñ iuxta eam ut
alibi dicit tex.nec fecit condõnem dñi deteriorem ſed meliorem;
q̃a dñm & eius bona non obligauit mutuanti, ſed ſe ſolum,ꝑꝑ
quod dici põt ipſum expleuiſſe mandatum ad quæ tendunt iura
& rões tactæ per ſuprāſcriptos dños conſulentes, quæ conclu-
dunt dñm fuiſſe obligatum ad conſeruandum ipſum indemnem
tanq̃ mandatum vtiliter & perfectè impleuerit.l.iij. cum l.ſeq.ff.
man. Et econuerſo ipſe tenebať pecuniam receptam tradere dño,
q̃a ꝓ eo videbať eam recepiſſe.ff.de acq.rer.domi.l.res ex manda
to.ff.de verb.obli.l.ſi ita quis.§.ſeya. ſuper quibus oĩbus non eſt
q̃õ.ſed an bona dñi virtute dicti mandati fuerint ſibi obligata ſu-
per quo eſt ius q̃õnis,& conſultum eſt ꝙ ſic. Attũ non reperio in
inſtrõ mandati,ꝙ ipſe dñs ſe uel bona ſua obligauerit eidem pro
curatori pro prædictis. Cũ oẽs promisſiones & obligationes ibi
contentæ uideantur concernere perſonam illius,cum quo d.pro
curator noīe procuratorio ꝯheret: dedit.n.ei mandatum de reci-
piendo pecuniam mutuò a quodam tertio procuratorio noīe, &
de obligando illi dñm & bona ſua eodem noīe, & ẽt ipſe dñs ſe
illi obligabat & bona ſua, promittẽdo notario tanq̃ publicæ per
ſonæ pro illo recipienti,& promiſit ratum & gratũ habere quic-
quid cum illo procuratore prædictus faceret, & hoc ad cõmodũ
& vtilitatẽ & ſecuritatẽ illius, & ut ille poſſet ipm̃ dñm ex facto
ꝓcuratoris noīe ꝓcuratorio celebrato ꝯuenire, nõ aũt in aliqua
parte vr̃ ſe uel bona ſua d.ꝓcuratori pro eo quod fecerit obliga-
re. Et licet hoc nõ obſtãte reſultet obligatio ꝯria ex natura man-
dati,tñ nõ hẽr tacitã hypothecã, q̃a nõ eſt de caſibus expresſis in
iure. Cũ ergo d.procurator cũ nullo ꝯxerit ꝓcuratorio noīe, ni
deni ceſſare ꝓmisſiones & obligationes ꝯictæ in inſtrõ; imo cũ
ſuo ꝓprio noīe mutuã pecuniã receperit, & ipſam poſtea in dñi
utilitatẽ conuerterit,vr̃ ipſemet ꝓcurator mutuaſſe d. pecuniam
dño,& ſic ipm̃ obligaſſe ex mutuo potius,q̃ ex mãdato.ff. man.l.
idemq;.§.ſi q̃s titio. pro quo non hẽr tacitã hypothecam a iure.
2 ¶ His† non obſtantibus æquitas ſuggerit ꝯrium,ꝙ ipſe ꝓcurator
& hẽdes eius habuerint bona d.dñi obligata. primò ex eo ꝙ pro-
misſio facta in fine inſtrĩ eſt ita gñalis,ꝙ põt uideri facta ipſi pro
curatori ꝓ eo quod ipſe occaſione mandati impenderit in nego-
ciis dñi;promiſit.n. gratũ & ratũ habiturum ſub obligatione bo
norũ ſuorũ q̃cq̃d ꝑ d.procuratorẽ geſtũ fuerit ꝓ d.dño; quorũ
verborũ ſenſus eſt ꝙ ipſe obligat bona ſua ꝓ eo qđ ꝑ d. procura
torẽ fuerit geſtũ in ipſius dñi utilitatẽ. Nã hoc importãt illa uer
ba,ſub obligatione &c.iux.no.ꝑ Bar.in l.ad diẽ in fi.ff.de uer.ob.
ff.de pac.l.reſcriptũ.§.ſi pacto.de le.2.l.codicillus.§.inſtituto. ff.
de an.leg.l.ſi fundus. Sed inter alia,q̃ iſte ꝓcurator fecit occaſio-
ne iſtius mandati, fuit hoc ꝙ pecuniã quã ſuo ꝓprio noīe rece-
pit,& ſic erat ſua, uertit in utilitatẽ dñi, ꝑꝑ qđ ꝓ illa noluit dñs
ſua bona obligare & obligauit.ſ.illi ad quẽ ea res ꝑtinebat,& iſte
erat ipſe ꝓcurator,cui debebat reſtitui. Præterea ſi recepiſſet pe-
cuniã mutuò & a iij. ꝓcuratorio noīe dñi,& ẽt ꝓ eo fidẽ ſuã aſtrĩ
xiſſet.l.ꝓcura.q ꝓ euic.ff.đ ꝓc.qđ fuiſſet q̃dã ceſſio ꝑcipiptiua
obligationis dñi.l.ſenatus. C.ad velle.& poſtea pro domino ſoluiſ
ſet fuiſſet ſibi cedenda actio tam perſonalis q̃ hypothecaria cõtra
dñm per creditorem.ff.de fideiuſ.l.ſi fideiuſſoribus. imo & ſibi tra-
denda pignora.ff.de nego.geſt.l.fideiuſſor.ergo & nunc, licet in
perſonam dñi non contraxerit obligationẽ,ſed in ſuam perſonam
principaliter inſtituit ſuo proprio nomine recipiẽdo, pro vtilita-
te in dñi nõ dẽt eſſe deterioris cõditionis,vt ſic ne remaneat in dã-
no recta via. Et vt euiteť circuitus habeat hypothecã bonorũ. arg.
l.cũ fundus.§. ſeruũ tuũ.in prin. ff. ſi cer.pet. præterea nil vr̃ repu-
gnare ꝙ ſub illis gñalibus uerbis,ꝙ poſsit recipere pecuniam mu
tuo a quocũq;, cõprehẽdať ẽt perſona procuratoris, vt ipſe tãq̃ ꝓ
curator recipiat a ſeipſo tãquã a Philippo dictam pecuniam, cum
dublicẽ perſonam poſsit repræſentare, ſed hoc feciſſe uidetur re-
cipiendo pnĩam mutuã ſuo noīe ꝓprio, & ipſam poſtea uertendo
ĩ utilitatẽ dñi,ſicut ſi cũ ipſe pnĩam ocioſã habuiſſet hoc feciſſet. Et
hoc ꝑſuppoſito ſuccedit obľo quã fecit dñs đ ſe & bonis ſuis illi, a
quo pecunia mutuo reciperet ꝓmittendo neceſſario tanq̃ publice
perſonæ ꝓ illo & illis quorũ intereſt recipiẽti. Et ſic non habet ob
ſtare, ſi diceret ꝙ ipſe tãq̃ procu. nõ obligauit ſibiipſi tãq̃ Philip-
po bona dñi,cũ tñ hoc feciſſet, ſi ab alio recepiſſet; ſed dicendũ ꝙ
ſufficit ꝙ ipſe dñs obligauerit cuicunq; a quo reciperetur,& hic ſ
ſeipſo recepit; unde quod iuris futurũ erat in pſonã alterius ſi cũ
alio ꝯxiſſet, eſſe debet in ſua pſona ſi a ſeipſo recepit.arg.ff.de ꝯdi.
indeb.&.l.frater a fratre.uer.porro. Et ſic cõcludit dictũ Philippũ
uel eius hæredes ꝑferendũ in bonis dñi alij creditoribus hypote-
cã nõ habentibus, uel habentibus poſteriorẽ in tꝑe; ut in regula q
prior.tanq̃ habentes bona hypothecata.ff.de tribu.l.procuratio-
nis.§.ſi plures.verſi.plane.ſi in eadẽ. ibi niſi fuerint pignorate &c.
C.de bo.auto.iudic.poſsi.l.4.quæ hypotheca non extinguit ꝑ re-
ceptionẽ bonorũ inſolutũ quantũ ad alios creditores & chyrogra
pharios uel poſteriores uolẽtes dictos hæredes moleſtare. l.1.cũ
ibi not.C.ſi antiquior creditor. illud autẽ poſtremò dicendũ eſt ꝙ
cũ dicti hæredes dicta bona habuerint inſolutũ iã ſũt anni.10.& ul
tra.ꝑꝑ titulũ poſsint opponere ꝑſcriptionẽ longi tꝑis ꝯ poſterio
rẽ creditorẽ agentẽ hypo.ẽt ſi nullã hypothec.haberẽt, ſi fuit præ-
ſens dictus creditor nunc agens hypotecaria. per.l.fi.C.ſi aduer.
credi.de ac.& oblig.l.fi.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio non poteſt præiudicare donatario per ſuam confeſſionem quod aliis ante bona ſua obligaſſet.*

C O N S I L I V M   C C C X X X V I I.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Si prima dno
ſtatuta nõ eſſent,
nõ expediret oſtendere ſimulationẽ dicti ſaldi & cõ
feſsionis debiti facti & factæ, ut dr̃ de menſe, Aprilis
ante dictã donationẽ per modos de quibus.ſ̃.q̃s ẽt
ſuprāſcripta ceſſarent, cũ originalis ſcriptura dicti ſaldi ſit ſcripta
manu priuata & per donatorem approbata, vt dicitur, & non ſub-
ſcripta a tribus teſtibus non poſſet nocere dicto donatario, q̃a ꝑſu
meretur falsò fabricata præfato dic. ff.de fide inſtrumẽ.l.repetita.
1 & ſic ẽt ſi contineret dicta ſcriptura hypotechã bonorũ† quia non
debet cõfeſsio unius alteri nocere.l.ſeya mãcipia.ff.ad vell.in aut.
de æquali.do.§. primum quidẽ.& no.in Specu. de inſtrumen. edi.
§.poſtremo.uerſi.ſed nun quid.& qđ no.Cy.C.de iure do.l.ubi ad
huc.in.12.q.niſi appareat ꝙ ille habuit cauſã a cõfitẽte poſt ꝯfeſ-
ſionẽ.ff.de pig.l.ſi ſuperatus.§.fi.C.eo.l.ꝑſens. cũ ibi no.de quo ſi
ſtatur cõfeſsioni illius, a quo q̃s cauſam habuit, ne ſit in poteſtate
illius auferre qđ alteri cõceſsit.argum.l.ne in poteſtate.ff.de ar-
bi. Nã facile eſſet alicui reuocare donõnẽ quã alteri feciſſet.ſ. cõfi-
tẽdo ſe ꝑ prius alteri donaſſe uel rẽ donatã obligaſſe, ſi ſuæ ꝯfeſsio
ni ſtaret, qđ eſſe ñ debet.C.de reuoca.don.l.poſt perfectã.& ſic fa-
cile eſſet poſt donationem conficere ſcripturam priuatam manu
2 ſua continentem diem anteriorem, † vnde malicijs eſt obuiandũ.
ff.de rei vẽdi.l.in fundo.ne alteri ꝑ alterũ iniqua ꝯdirio inſeratur.
de re.iur.l.ñ dẽt.facit auth.ſed iam neceſſe.cũ ibi no.C.de don.añ.
nup.C.de teſt.l.uerba.& debi.ven.pi.impe.nõ poſ.l.1.&.l.ſi q̃s in
graui.§.1.ff.ad ſilleia.&.l.uxori.§.fi.ff.de leg.3.cũ ibi no. Et idẽ eſ
ſet dicẽdũ de inſtrõ publico facto poſt dictã donationẽ cõtinẽte
hypothecariã bonorũ, cũ ſe referat ad dictũ ſaldũ & confeſsionẽ
cõprehenſam in dicta ſcripta priuata cõtinentem diem anteriorẽ;
3 †& ſic ñ põt plus ĩportare, q̃ dicta ſcriptura priuata ad quã refert
l.aſſe toto. ff. de hæredi.inſti.argu.de.hæreti.cap.fraternitatis. in
ratione ſui cum ſimi. Sed dubium facit primum ſtatutum ſu-

pra

præ relatum, quod vult donationem alicui factam non præiudicare creditoribus,& poſtea contrahentibus, ſi tria concurrant. ſ. ꝙ creditoribus prædictis bona fuerint obligata. Et ꝙ tpe cõtractus facti cum creditoribus prædictis donator hẽt integram poſſeſſionem rei donatæ, uel habere uideretur. Et ꝙ d. donatio non fuerit inſinuata in maiori conſilio ciuitatis, quæ oĩa concurrebant tpe dicti inſtr̃i confecti die. xxj. Iunij. 1436. Nam illud inſtr̃m continet ſaltem debitum contractum poſt donationem prædictam factam de menſe Maij. Et continet hypothecam bonorum, & tunc donator uidebatur habere integram poſſeſſionem bonorum rei donatæ, licet retinuiſſet ſibi uſumfructum in uita ſua, pp quod uidebatur tranſtuliſſe ciuilem poſſeſſionem in donatarium. C. de dona. l. quiſquis, tñ quia iſtud non vr̃ ad oculum cum conſiſtat in iuris diſpoſitione, non conſideratur ſm intentionem ſtatuti. Sed ſimplex detentatio facti quæ erat apud donatorem & ad oculum uidebatur, rõne cuius uidebatur integra poſſeſſio ciuilis & naturalis ſaltem apparenter fore penes eum, argu. eorum quæ no. in l. ſtipulatio. iſta. §. hi qui. ff. de uerb. obli. & per Inn. in c. olim. in gl. iſte portarius. extra de priuilegijs. Item tpe dicti inſtr̃i confecti dicta donatio non erat inſinuata in conſilio, prout ſtatutum requirit licet fuerit inſinuata poſt annum ſequentem. 1427. de menſe Ianuarij. vr̃ ergo, ꝙ non habeat nocere d. Ioanni q. Petri, licet poſtea contraxerit cum dicto donatore, & ſic ꝙ ſuper dicta re donata potuerit ſibi concedi tenuta, ac ſi foret in bonis dicti donatoris, ſicut & in alijs bonis ſuis. Sed aduertendum eſt diligenter, ꝙ dictum ſtatutum non requirit, ꝙ donatio fuerit inſinuata tpe cõtractus celebrati cum poſteriore creditor, ſed bene dicit ꝙ nullũ gerentur præiudicium creditori poſtea contrahenti, niſi donatatarius fecerit eam inſinuari; nec dicit qñ vñ vr̃ ſufficere ꝙ ante tenutam conceſſam creditori, uel ante inchoatum iudicium cõtra donatarium reperiatur inſinuata. argu. ff. ſi cer. pet. l. fi. ibi: eo tpe quo iudicium &c. & hic fuit hmõi, prout continetur in facti narratione. in uerſi. poſt hæc impetrata eſt tenuta &c. Et iſtud ſolum vr̃ clariſſimè ſufficere ad infringendum dictam tenutam quo ad domum donatam, tanq̃ non comprehenſam in gñali tenuta de bonis donatoris; qa iam exiuerat p̃rimonium eius quo ad proprietatem. l. ij. ff. de pig. acti. & idem ſi ſpecialiter fuiſſet conceſſa in d. domo. per d. l. ij. qa ſicut donator nõ poterat ipſam obligare poſtquam dñium a ſe abdicauerat ut ibi, ita nec in ea potuit cõcedi pignus prætorium per iudicem, cuius factum reputatur factũ partis. l. ſi ob cãm. C. de euic. Sed ultra hoc ẽt ſi non foret inſinuata, adhuc ſtatutum prædictum non præiudicat donatario prædicto; qa dẽt intelligi de veris creditoribus & ueris creditis, non de fictis & ſimulatis, quæ non ſunt credita. ff. de reg. iur. l. imaginaria. de contrah. emp. l. nuda. iuncta. l. non putauit. §. non quæ uis. ff. de contratab. de re iu. l. iiij. §. condemnatũ. Simulatio verò qa continet fraudẽ, ꝓbatur ex coniecturis: vt no. Bal. C. plus ual. qđ agi. l. emptione. ſicut & dolus. l. dolus. C. de dolo. & leuiores ſufficiunt ꝓbationes, qa occultè cõmittunt̃. l. non oẽs. §. a barbaris. ff. de re mil. ſed ex hiſq̃ ĩ. narrant̃, ſatis euidẽtes reſultãt coniecturæ; qa d. p̃tẽnſum debitũ qđ d. donator dixit ſe habere cum d. Ioanne, nõ eſt uerum ſed fictum & ſimulatũ, cũ ex actibus factis añ & poſt d. ſcripturam & inſtr̃m appareat, d. donatorẽ fuiſſe creditorẽ nõ debitorem d. Ioan. qđ aliter non expedit deducere, cũ in puncto & narrõne facti ſatis clare deducitur. Et dico ꝙ cũ ipſo non conſtet niſi ꝑ cõfeſſionẽ d. donatoris cõtentã in ſcriptura priuata uel publica, non eſt ei ſtandũ in p̃iudiciũ d. donatarii. d. l. ſeya. mancipia. ff. ad vell. cũ aliis. ĩ. all. & l. ſi qs. poſt Bar. C. de bo. dã. maximè, qn eſt ſuſpecta, cũ voluerit d. donationẽ reuocare expreſſè & directè ſed vidẽs hoc facere nõ poſſe maliciã excogitauit & tẽtauit reuocare per indirectũ. c. cũ qđ una. de reg. iu. lib. 6. Et ſic dies p̄cedẽs d. donationẽ p̃ſumitur appoſitus falsò in d. ſcriptura priuata. d. l. repetita. ff. de fide inſtru. ita & tota d. confeſſio p̃ſumit̃ falsò facta facta quo ad præiudiciũ alterius, q̃ confitentis, licet quo ad præiudiciũ ſuũ ſtandũ ſit confeſſioni, prout dñt doc. in materia. l. per diuerſas. C. man. cũ cedens confitet̃ ſe recepiſſe pretiũ ceſſionis factæ ex cã venditionis; qa talis confeſſio p̃ſumitur ſimulata quo ad p̃iudiciũ illius, ꝯ quẽ ceſſio facta eſt, nõ quo ad p̃iudiciũ confitentis; alias eſſet apta uia fraudibus, & eſſet in p̃tãte cuilibet reuocare donationẽ & alios contractus quos feciſſet. Et iſta ſunt clariſſima penes habentes iuris notitiam, iõ me ulterius non extendo.

S V M M A R I A.

1 *Emphyteuſis ſi concedatur in tertiam generationem inueſtiti, an ipſe inueſtitus computetur, an verò etiam pronepotes comprehendantur.*

2 *Clauſula, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus quomodo intelligatur.*

3 *Inueſtitus aſinita prima, quis debeat ex conſanguineis inueſtiri.*

CONSILIVM. CCCXXVIII.

1 IN Christi nomine Amen. ¶ † Ad primum quæſitum Reſpondetur, ꝙ dicta Ludouica non includitur in dictis conceſſionibus, cum factæ fuerint pro ſe, filijs, & neptibus; & de pronepotibus non fuit facta mentio, & ſic non comprehenduntur in iſtis diſpoſitionibus quæ ſunt ſtricti iuris. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matri. licet in diſpoſitione legali ſit aliud. iuxta no. per Bar. poſt alios. in l. gallus. §. vt inſtituens. ff. de lib. & poſtbu. Sed in emphiteuſi eccleſiaſtica eſt hoc expreſſe ſtatutum, ꝙ tranſeat in filios & nepotes, & vltra nõ progrediatur, cùm illi faciãt tertiam generationem computato ſtipite recipiẽte. in auth. de alie. & emphi. §. emphiteuſim. Et verba cõceſſionum ſi fieri poteſt, debẽt intelligi ſm ſubiectam materiam. l. ſi vno. in prin. ff. loca. de iure iur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi rerum. Nec obſtã. ꝙ poſt dicta uerba ſubijciuntur alia verba. ſ. vſq; in ipſius tertiam generationem &c. propter qđ verbum ipſius dicitur. Bar. conſuluiſſe, ꝙ comprehendantur pronepotes, & ꝙ recipiens non comprehendatur; vt refert Bal. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. Nam primò mirandum de dicta Bar. determinatione: cum etiã ſi tale verbũ nõ fuiſſet appoſitum, ſubintelligeretur; quia de nullius alterius generatione poteſt intelligi niſi ipſius recipientis, & tñ ipſe recipiens comprehenderetur, & non tranſiret vltra nepotes recipientis. vt. d. §. emphiteuſim. ergo & idem dicẽdum eſt, ſi dictum uerbum ipſius fuit appoſitum. Cum expreſſio eorũ, quæ tacite inſunt, nihil
2 operetur. C. de fideiuſ. l. non recte. † ſicut in ſimili dicunt doc. in illa conditione, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus; quia non refert, an addantur illa uerba de ſuo corpore deſcendentibus &c. vel nõ addant, nec propterea plus vel minus importat conditio, qñ ſubintelligerentur, etiam ſi appoſita non fuiſſent. & no. per doc. C. ad treb. auth. niſi rogati. Præterea Bar. loquit̃, qñ de filijs & nepotibus non fuit facta ſpecifica & ſpecialis mentio, ſed ſimpliciter fuit facta conceſſio titio vſq; in ipſius tertiam gñationẽ, vel titio & ſuis deſcendentibus vſq; in ipſius tertiã gñationem.
a Sed cũ in caſu noſtro[a] fuerint ſpecificati filij & nepotes, ſequentia uerba poſita ſine copula. ſ. vſq; in ipſius tertiã generationem cenſentur potius facere demonſtrationẽ. ſ. ꝙ facta dicat̃ in ipſius tertiam gñationem, ex quo facta fuit pro filijs & nepotibus, q̃ importare ampliationẽ, & vt includantur ẽt vlteriores; ſi. n. ampliare voluiſſet, & vt comprehenderentur pronepotes, appoſuiſſet copulã, &, dicendo & vſq; in ipſius tertiã gñationem; ſecus ex quo non appoſuit copulã. ff. de leg. 3. l. ea tñ adiectio. iũcta. l. ſed ſi adiiciatur: ff. ꝓ ſocio. Qñ. n. aliqđ verbũ põt ĩtelligi appoſitũ demõſtratiuè, & nõ diſpoſitiuè. l. fi. §. titia. ff. de lib. leg. & no. Bar. in. l. centurio. ff. de vulg. & pup. in pe. col. ver. quæro iuxta prædicta: Et ſic concludo verba prædicta non importare ampliationẽ. vltra perſonas filiorum & nepotum, poſtq̃ fuerunt appoſita ſine copula; ſed demonſtrationem tñ faciunt; & hoc ſignificat videlicet ꝙ in nepotibus finiebat̃ tertia gñatio; & ꝙ conceſſio p̃dicta dicebat̃ facta in ipſius tertiam gñationẽ ex quo facta pro filiis & nepotibus, & ſi cõcordet cõceſſio cũ diſpoſitione iuris. d. §. emphiteuſim. & quod
3 no. in. l. fi. §. licentia. C. de iure delibe. in fine magnæ glo. ¶ † Ex his apparet reſponſio ad ſcđm quæſitũ, uidelicet ꝙ renouatio debet fieri in perſonam Franciſcæ, & non in perſonã Ludouicæ, tum propter ea quæ dicta ſunt, qa prima. ſ. d. Franciſca includit̃ in ꝯceſſionibus, qa eſt de tertia gñationẽ cõputato ſtipite, ſicut debet ꝯputari in talibus, altera verò ñ, qa de quarta cõputato fr̃ ſtipite, tũ ꝑ tenorẽ iueſtiturarũ receptarũ a dicto ſer Bartolo, qa tenor dẽt attẽdi, ut in. c. 1. de duo. fra. a capi. inueſti. in vſi. feu. & ar. ff. de ver. oblig. l. ſi qs ſtipulatus ſit ſtichũ. ibi reſpiciẽdus eſt ſermo &c. & l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. circa fi. de iure immu. l. ſemper. §. legẽ. Sed vt de themate & facti narratione tenor inueſtiturarũ receptarum per dictum ſer Bartolum erat, quia recipiebat pro ſe & filiis ſuis, & nepotibus maſculis, & eis deficientibus pro dicta domina Franciſca nominatim, & expreſſe ſpecificando eam, quæ conditio euenit, quia tam filii maſculi, q̃ nepotes deficiunt, quæ ergo dubitatio probabilis poteſt hic cadere, quominus dicta domina Franciſca ſit admittenda, poſtq̃ ſpecificè nominata fuit, non video, nec videtur ꝙ dicta Ludouica non nominata debeat præferri ſibi. ff. de leg. 2. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. in verbo quæ

[a] In caſu noſtro Vide ad materiam quod eleganter conſuluit Phil cor. ĩ conſil. 19. inci. ex duplici capite in 2. uo. & Mari. Sozi. in conſ. 25. inci. d. Franciſcus ſindicus in 2. col. uer. quare aſſumo aliam ſecundam q. H. Fer.

noīati ſunt &c. vbi in relicto ſacto familiæ præferunẽ noīati a teſtatore; plus dicendum eſt, ꝙ ẽt ſi ſpecificè non fuiſſet noīata, & ẽt ſi dicta Ludouica comprehenderet in inueſtituras, vt qa receꝑiſſet ꝑ ſe & filijs ſuis nepotib⁹ & ꝓnepotibus maſculis & eis deficientibus fœminis deficientibus maſculis, cùm fiat deſcenſus ad fœminas, d. Franciſca deberet primò vocari, q̃ erat neptis ſer Bartoli, q̃ Ludouica q̃ erat ꝓ neptis; tũ qa primò noīati nepotes q̃ pronepotes, & in ꝯſitiam primò neptes q̃ ꝓneptes; igitur &c. ff. de vſufr. l. quotiens. tum quia ꝓcedit in gradu. C. de uerb. ſign. l. fi. & d. l. cum ita. §. fi. de leg. 2. ibi dum dicit, & q ex hia ꝓximo gradu ꝓcreati ſunt &c. Nam, n. debet conſiderari ꝙ Ludouica erat ꝓximior Bartholomeo pr̃i ſuo, q fuit ultimus maſcul⁹; qa ipſe non recepit dictas inueſtituras, ſed ſer Bartolus pr̃ eius cui dicta Franciſca propinquior erat q̃ Ludouica, & p ꝯñs maiorem affectionem cenſeẽ habuiſſe ad propinquiorem, & per prius ſibi prouidiſſe, vt in dictis iuribus. Tum ẽt uirtute verborum teſti dicti ſer Bartholi, q̃ licet allegentur in fauorem D. Ludouicæ inquãtum iubent dictæ Franciſcæ, ꝙ ſtet ꝯtenta ſuis legatis pro omni eo qđ petere poſſet, ẽt ſuper rebus emphiteuticis, tamen limitat dictam inhibitionem dũ ſubdit, extantibus & viuentibus infraſcripto Bartholomeo, aut eius filijs & nepotibus maſculis &c.

Non qdem dico, ꝙ teſtator voluerit dictam Fran. inſtituere in illis quantitatibus, quouſq; uiuerent maſculi, & nõ ultra; vt ſic eis mortuis dicatur non inſtituta, ſed præterita; & ſic teſtm̃ ſit nullũ, ꝓut ẽ. allegaẽ in fauorem dictæ Fran. hæc. n. eſſet maligna interpretatio, q̃ habet uitiare, iõ reſpuenda. d. §. griſogonus. ante fin. ibi. neq; .u. malignè &c. de rebus dub. quotiens. cum ſimi. de leg. 1. ſi quis a filio. cũ ibi no. Sed dico, ꝙ iſta fuit intentio teſtõris dictas quantitates iure inſti. relinquere pure & ſimpl̃r, ſed ꝓhibitionem quam fecerat, ꝙ nihil aliud peteret de bonis teſtõris ꝓprijs vel emphiteuticis limitare uoluit ad tp̃s. ſ. quouſq; viuerent maſculi, poſtea non. Nam & ſi dicta Franciſca debuiſſet admitti ad res emphiteuticas unà cum Bartholomeo fratre ſuo. Et ipſa volens obedire præcepto teſtatoris, receptis legatis ꝓmiſiſſet plus non petere, ſm̃ ꝓceptum teſtatoris intelligereẽ illo viuente vl̃ filijs ſuis maſculis, non aũt eis deficientibus; qa iuri de futuro per mortem maſculorum deferendo ſibi non cenſereẽ renunciaſſe. l. qui cum tuto. §. fi. ff. de tranſac. l. paulo calimacho. §. fi. ff. de lega. 3. & in vſi. feu. de eo q hnem fecit agna. de feu. pr̃. c. 1. cum his q̃ plene no. Bar. in l. fi. ff. ad tertul. in q. illa qñ ſtatutum excludit fœminas. quouſq; extant maſculi; quia eis deficientibus fœmina poteſt venire tanquã præterita, ſi non fuit in aliquo inſtituta, & ſic teſtm̃ vcꝫ interim, ſed retrofingitur nõ valuiſſe pp naturam illarum dictionũ ſignificantiũ tp̃s. l. ſiue manifeſtus. §. tam diu. de cõdi. fur. de excu. tu. l. pen. de cõdi. inde. l. ſufficit. teſtm̃ ergo prædictum, & eius verba re vera faciunt ꝓ dicta Franciſca, ſi bene inſpiciatur, nõ ꝓ dicta Ludouica; qa non excludunt Franciſcã niſi viuentibus maſculis; vnde cum aliud fundamentum non hẽat, debet dicta Ludouica ſuccumbere. Et prædicta dico locum hẽre ẽt in illis, de quibus nõ fuit inueſtitus, ſed petijt ſe inueſtiri, cũ habeatur pro inueſtito ex forma capitulorum. ſ. mõ cõſueto ĩ alijs. Et idem ſi non petijt, qa capitula volunt, ꝙ debeat inueſtiri, & ꝙ pp non petitam licentiam non incidat in commiſſum; vñ cũ neceſſariò fuiſſet inueſtiendus eo modo quo de alijs erat inueſtitus & ſm̃ conſuetudinem eccleſiæ, hr̃ pro inueſtito. ar. l. 2. ff. de euic. de teſta. mili. l. penul.

SVMMARIA.

1 *Pater in fraudem nepotum ex filia ſi eam emancipat, ut ipſe inſtituatur ab eadem, an poſſit inſtitui, cum uideatur factum in fraudem.*

2 *Maritum ſecundi matrimonii non plus lucrari quàm filius ex primo, quomodo intelligatur.*

CONSILIVM CCCXXXIX.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Ad primũ q̃ſitũ rñdeẽ, ꝙ dicta emãcipatio facta de filia ꝯſtituta in infirmitate de qua mortua fuit, ꝓſumitur fuiſſe facta in fraudem filiorum primi mr̃imonij, ad quos dos ꝑuenire debebat ex forma ſtatuti, qđ loquiẽ indiſtinctè dum dicit, extãtibus liberis &c. nec dicit ex eodẽ vel alio mr̃imonio vt ad eos nõ ꝑueniret, ſed ad patrẽ virtute teſti. Et hæc ꝓſumptio fraudis reſultat ex eo, ꝙ eadẽ die fecit fieri teſtm̃, & ſe hr̃dem inſtitui; qm̃ ex actu incõtinenti ſubſecuto datur intelligi, quo aĩo factus fuerit actus præcedens. l. ſi ventri. in fi. cũ ibi no. ff. de priui. credi. ad mace. l. ſed iul. §. proinde. C. de natu. lib. l. cum q̃s. circa fi. ibi neq; .n. veriſimile &c. & qđ hr̃ in tex. & ꝑ Bar. in l. ſi cõcubinas. §. ſi res amotas. ff. rerum amo. 1. q. 1. cõſtat. & no. 18. diſt. peruenit. & de elect. c. officij. Et hr̃ eſt caſus, quaſi in terminis de hoc. ff. ſol. mar. l. filiæ meæ emancipatæ & egræ. ff. & de diuor. l. ſi filia emancipata. licet loquanẽ in caſu econuerſo, qñ fraus fuit cõmiſſa ꝑ filijs ꝯ patrẽ in faciendo diuortiũ, ne ad patrẽ q fuerat ſtipulatus in caſu mortis ꝑueniret, ſed ad filios filiæ emancipatæ; ſed in caſu nr̃o. ecõuerſo fuit cõmiſſa p patrẽ ꝯ filios filiæ, vt nõ ꝑueniret ad illos ex forma ſtatuti, ſed ad ſe ex teſtõ filiæ; ſed eadẽ eſt rõ. ¶ Ad ſcđm rñdetur, ꝙ poſito ꝙ ex hoc teſtm̃ non reddaẽ nullum, q. 1 factũ fuit a ualente teſtari & de inſtituto capace, nõ tñ dicta fraus debet eſſe lucroſa pr̃i in fraudẽ cõmittẽti, nec dãnoſa dictis filijs, ſed perinde pñt petere dictam dotẽ vel partẽ eius, ac ſi emãcipata nõ fuiſſet nec teſtata. ꝯdictione ex dicto ſtatuto vel a ſcđo viro ſi cã nõ reſtituit pr̃i, vel ab ipſo pr̃e ſi ſibi reſtituta fuit. caſus eſt ĩ d. l. ſi filia. in fi. ff. de diuor. & d. l. filiæ meæ. ff. ſol. ma. pr̃. n. ex improbitate ſua lucrũ nõ debet conſeq cũ dãno filiorũ filiæ, q̃bus dicta dos debebaẽ, ſi teſtata nõ fuit. l. itaq; fullo. ff. de fur. iuncta l. fi. ff. de cõdi. q̃ ꝓbat ꝙ filij ꝑdẽdo hr̃ditatẽ pr̃is vel mr̃is dõr recipere dãnũ. Et ad hoc ꝙ dictus pater pp ſuam fraudem teneaẽ reſtituere dictã dotem ꝑfatis filijs vel ei q ſupeſt, facit optimè l. q̃dã cum

2 filium. ff. de hære. inſti. vet. ſi tñ cum a filio &c. in rõne fin. ¶ † Ad tertium dico id qđ ſuperius allegando dictum eſt; qa ſic cõiter teneẽ. ſ. ꝙ filij primi mr̃imonij reducanẽ ad æqualitatẽ cũ ſecũdo marito; vñ cum eſſent duo filij cuilibet tangit vna tertia, licet ſm̃ quoſdã nõ potuerit dare in dotẽ niſi tertiã, & quatenus datũ fuerit vltra ꝓ non dato dẽret hẽri. p d. l. hac edictali. C. de ſecũ. nup. Et p ꝯñs nõ debet ſcđs maritus lucrari niſi dimidiã tertiæ, ſi ſtatutũ dicit ipſum debere lucrari dotẽ. Cõiter teneẽ ꝯrium. ſ. ꝙ dare potuerit qcq̃d hẽbat in dotẽ quouſq; vixerit; qa forte tpe ſuæ mortis filij primi mr̃imonij non uiuerent, & quantum ad hoc inſpicitur tp̃s primi parentis, vt in Auth. de nup. §. qa nõ hoc habemus. Sed de dicta dote non debet ſcđs maritus lucrari, vltra quã habeat quilibet ex filijs primi matrimonij qui minus habeat; vñ ſi ſtatutum loquitur de lucro dimidiæ, reducetur ad tertiam ſtantibus duobus filijs primi matrimonij. vt ſic ſint pares: vt no. gl. in d. l. hac edictali. per Bald. in l. 1. C. de inoffic. do. & l. ea lege. ff. de cõdi. ob cau. & ita vidi obſeruari.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio de non alienando non extenditur de perſona ad perſonam.*

2 *Prohibitio non extenditur ad eũ qui aliter habet bona prohibita alienari quàm per teſtamentum & diſpoſitionem prohibentis.*

3 *Clauſula, ſi quis inteſtatus extendatur an etiam ad fœminas.*

CONSILIVM CCCXL.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Quia ſupra in narratione facti reperio bis cancellatum hoc nomen Catherina, & dimiſſum nomen infantis. Comprehẽdo ꝙ iſta infans de cuius ſucceſſione tractaẽ, forte nõ fuit illa Catherina neptis filia Antonij, q̃ fuit in teſtõ aui ſpẽliter prohibita alienare in prædictoa, ſed alia filia dicti Anto. poſtea ſuſcepta; aliàs non uideo ad quem finem illud nomen, Catherina, bis fuiſſet in then.ate cancellatum. Et ſi hoc eſt debuiſſet clarius exprimi in narratione facti; quia res eſſet clara. ſ. † ꝙ prohibitio facta & cõcepta in perſonam Catherinæ, & ſic perſonaliter concepta, non extenderetur ad aliam perſonam diuerſam. l. prætor. §. 15. ff. de lega. 3. & expreſſè per Barto. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. ante fin. & not. in auth. de reſti. fideicommiſ. §. nos. per glo. quæ vult quòd prohibitio facta filijs non extendatur ad nepotes, & notat Barto. in l. filiuſfami. §. diui. de legat. 1. ante finem. Si uerò dicta infans fuit illa eadem Catherina, quæ fuit prohibita, tunc adhuc dico prohibitionem ceſſare, eo quia facta fuit ſub duplici conditione, quarum neutra extitit. ſ. ſi Antonius filius inſtitutus decederet ab inteſta. & hoc hic non fuit quia Anto. deceſſit cum teſtõ. Et ſi bona teſtatoris peruenient ad dictam Catherinam ex inſti. vel ſubſti. facta de ipſa; & hoc etiam nõ fuit, quia ſubſtitutio facta de ipſa fuit facta ſub illa conditione, ſi decederet ab inteſtato & ſine filijs legitimis & naturalibus, & ipſe deceſſit teſtatus; inſtitutio verò facta de ipſa fuit facta ſi Anto. decederet uiuente teſtatore, & hoc nõ fuit. Et ſic iſta iſta bona nõ ꝑuenerũt ad iſtã infantẽ ex diſpõne teſti aui pr̃ni, ſed ex teſtõ Antonij pr̃is ſui; vñ non vr̃ cadere ſub grauamine prohibitionis. arg. ff. de leg. 2. l. vxorẽ. §. teſtõ. il ſcđo. in fin. de dote præle. l. 3. §. vxor igiẽ. Põt etiam ꝓprius dici, ꝙ dicta prohibitio fuit facta ſub

vna condition-

ſup. conditione.ſ.ſi ad eã pueniſſet bona ex ſubſtõne uel inſtõne & q ex neutra iſtarũ puenit, & ſic ceſſat ꝓhibitio, ſicut & quilibet diſpoſitio ñ exiſtẽte ꝯdõne. l.pecuniæ. añ fi.ff. ſi cer.pe.C.ad treb.l. jubem'. añ fi.Sed ſi fuiſſet facta purè, vr q ẽt iure inteſtati vel hẽditario nõ poſſent ad iſtos puenire.p.l.codic. §.mſe.ff. de leg.2.& qđ no.bar.in l.peto.§.fre.c.11.Tñ qa nõ potuiſſet fieri Anto.in ſua lẽia.p.l.qm i prioribus. C.de inoſ. teſt.nec ẽr dictæ infanti ſi ad eã nõ pueniſſet vltra dictã legitimã, qa nõ potuiſſet illi Ant.pupillariter ſubſtituere,cũ eẽt maior.14.l.uerbis ciuilibus.§.2.in prin.cũ ibi no.ff.de vul.& pup. alias ſi potuiſſet ſibi ſubſtituere pupillariter,licet nõ potuiſſet teſtator tale onus iniũgere filio in lẽia,potuiſſet tñ iniũgere ſucceſſori eius,an potuiſſet ſucceſſionẽ auferre. l.ſi fundũ p fideic.§.fi.ff.de leg.1.cũ ibi no. &.C.de inoſ.teſt. l.ex tribus.p Cy.& qđ no.in.l.coheredi.§.cũ filiæ.ff.de vul.& pup.p Bar. Illud aũt certũ eſt, q ſtatutũ potuit priuare mrẽm ſucceſſione filij p p agnatos,ſicut lex põt p p aliã iuſtã cãm.l.2. §.ſi mater.ff.ad tertul.Et patet, qa lex.12.tab.nõ vocabat mrẽm ſtãtibus agnatis, qa nõ erat agnata,nec ẽt eꝫ filiũ ad ſucceſſionẽ mrĩs, ideo emanauerũt ſenatuſcõ.tertul.& orfi.Illi vero,q excludũẽ a ſucceſſione inteſtati,nõ põt deberi lẽia,cũ lẽia ſit portio portionis debitæ ab inteſtato.C.de inoſ.teſt.l.parẽtibus. ſic & filia põt priuari ſucceſſione pris p p ſtẽm maſculũ, & tũc ſibi ñ debet lẽia. & ſic relictũ ſibi factũ p dote eſt ꝯdõnale,ſi nupſerit,reijcit̃ ꝯditio; qa nõ ſuccedit loco legitimæ,q̃ nõ debeẽ.iuxta plene no. p Bar.in. l. titio cẽtũ.§. titio gño.ff.de ꝯdi.& demõ.& p Cyn.C.de nup.l.ſãcimus.ſic ergo mater iſta ñ põt dicere ſibi deberi ſaltẽ lẽia:ꝑſuppoſito q eius ſucceſſio puncat ad agnatũ ex forma ſtatuti, put eſt rei veritas, †Ad
3 id aũt, qđ in ꝯrĩũ allegaẽ, q ſtatutũ loquit̃ de ſucceſsõe maſculorũ nõ fœminarũ, qa dicit,ſi qs;q dictio eſt maſculini gñis maximè p p adiectiuũ defuncti poſitũ in ſeq.particula, qđ eſt ẽt gñis maſculini; vñ dictio illa,ſi qs,non põt recipere determinationẽ a termino cõi.ſ.hõ p p dictũ adiectiuũ maſculini gñis; & p qđ debet reſtringi ſignificatũ dictionis,ſi qs, ſ.ad maſculũ tm̃,& allegat quoddam cõſiliũ,qđ dr̃ fuiſſe dñi Ant.de bu.Sed etſi magnopere talis viri autoritas me moueret,ſi ſuũ fuiſſet;nõ tñ uſq; adeo, vt a iure & recta rõne recederẽ in. l. labeo.§.fin. ff.de ſupel. leg.C.q̃ ſit lõg.ꝯſu. l.2.Si.n.dictio,ſi qs,q̃ eſt maſculini gñis,cũ declineẽ, ſi qs, ſi qua, ſi qđ, intelligiẽ ſi qs. ſ.maſculus vel fœmina; qa ꝓfert̃ in materis indefferẽti & ꝯueniẽti utraque ſexui, & ñ odioſa; qa fœminæ non merent̃ odiũ in materia ſucceſsionis.l.maximũ uitiũ.C.de lib.ꝑte. & ſic nõ p p earũ odiũ ſtatuẽtes fuerũt moti, ſed p p fauorẽ maſculorũ,vt ad eos decurrãt hæreditates, p quos dignitas agnationis ꝯſeruaẽ.iuxta no.in.l.1.C.de adulte.iũcta.l.neu ibi no. ff. de verb.ſignĩ.quare ñ eadẽ rõne dicẽdum eſt idẽ in illa dictione, inteſtati,ut ſupplicat & exponaẽ.vel inteſtatæ,nõ uideo; qa talia ſunt ſubiecta, qualia ꝑdicata demõſtrãt l.fi.§. cui dulcia.de vino triti. & ole. leg. qa dictio illa,inteſtati,referẽ ad dictionẽ,ſi qs,q̃ ꝑcedit; nec eſt rõ, quare ſignificatus dictionis,ſi qs,reſtringaẽ ad maſculos p p dictionẽ,inteſtati;ſed p p ſemetipsũ non reſtringiẽ, cũ ſit gñis maſculini; nec ſubeſt aliqua bona rõ,quare diuerſũ debeat dici in ſucceſsione fœminarũ,q̃ maſculorũ . Nã & fauor publicus, p p quẽ fauetur agnatis,ita vertiẽ in ſucceſsõe fœminarũ agnatarũ, vt ad eas deuolnanẽ,ne trãſeãt ad extraneos, ſicut i ſucceſsione maſculorũ, & lex uel ſtatutũ debet eſſe rationale.4.diſt.c.erit. Et vbi locũ habet rõ legis vel ſtatuti, ſiſr & ipſius diſpoſitio.ff.ad.l.aquiliã.l. illud.ff.de fonte.l.prima.vr ergo mihi vnũ ſonitũ hæc allegatio . Ad cuius cõfutationẽ d.aduocatus agnatorũ bñ & prudẽter allegat tex. in. l.ſi qs id qđ.ff.de iuriſdi.om.iudi. in illa dictione in eũ poſita poſt dictionẽ,ſi qs;& tñ nõ reſtringit ſignificatũ dictionis,ſi qs; ſed utrũque ſexũ cõplectitur vt ibi. Cõtẽnenda eſt ergo iſta uerbalis allegatio,& ſine rõne,& ꝯ illũ tex. ¶ Supereſt uidere de tot ſentẽtijs, q̃ ꝓferũtur latè in cõtrariũ,an ex eis fuerit introducta cõſuetudo, quæ uel interpreteẽ dictũ ſtatutũ tanq̃ dubium. l. ſi interpretatione.ff.de legi.uel ipſum corrigat,tanq̃ ſibi ꝯria. Ad quod poſtpoſitis mulcis,quæ dici poſſent, quia difficile eſt ꝓbare cõſuetudinẽ, illud ſolũ ſufficit allegare, q ſi p eas foret introducta cõſuetudo, attamẽ non deberet extendi ultra terminos, in quibus loquuntur, ſcilicet in ſucceſsione matris, cui fuit ſucceſſum per maſculos & fœminas,& in ſucceſsione ſororis.Nos loqmur in ſucceſsione filiæ,an ſibi ſuccedatur p matrem uel agnatos ſuper quo non repe riuntur latæ ſententiæ pro matre;ideo dicta conſuetudo non extẽditur ad iſtum caſum,cùm ſit ſtricti iuris, ſicut ꝑſcriptio;& non extenditur ultra caſum, in quo uiguit obſeruantia. Ad hoc allego determinationem Bar.in auth.q̃ rem circa fi. C.de ſacroſan. eccl.& Inn.in c.tua nos.ubi bene ad propoſitum.ext.de decimis. & glo.Accurſij in l.ſoluitur.in prin.ſuper uerbo diſcedatur.ff.q. mo.pig.uel hy.ſol.& Cy.ff.de legi.l.de qbus.qui dicit magis extẽdi legem q̃ conſuetudinem; & regulam quam tradit Bar. in pluribus locis, q actus noſtri uoluntarij non extendũẽ ultra quàm geruntur.C.ne vxor pro marito.l.fi. ff.de iti. actuq; priua.l.j. §.ſui. facit.l.uoluntaria.C.de excu.tut.& alia iura quæ allegantur p Io. an.in prin.q̃uis diſputatæ per eum,quã ponit in regula acceſſo: in mercu.Concludo ergo nõ obſtantibus ſupradictis, quæ nouiter in ꝯrium allegantur, prout dixi & cõcluſi in alio conſilio reddito per me in fauorem dictorum agnatorum ſuper hac cauſa .

S V M M A R I V M.

1 *Si compromittatur in duos arbitratores altero mortuo an expiret arbitramentum.*

CONSILIVM CCCXLI.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Circa primum facit dubium,q lex diem proferre.§.j.ff.de arbi.cum ſi.dicẽtibus compromiſſum expirare per mortem alterius ex compromittentibus, loquitur & loquuntur in compromiſſo facto in arbitros, qui habent procedere & pronunciare ſicut iudex.l.j.ff.de arb.ſed hoc fuit factum tanq̃ in arbitros & arbitratores,& Spe.in ti.de arbi.§.finitur.poſt prin. ver.ſed nũquid arbiter.dicit q arbitrator ſeu poteſtas arbitramentandi non finitur morte alterius ex cõpromittentibus; quia non eſt propriè compromiſſum ſeu arbitrium , ſed quoddam pactum ſeu tranſactio,in quo hæres ſuccedit,& ad eum tranſit.ff.de prob.l. pactũ. l.neceſſarias.§.vẽdendo.ff.de pig. act.cum ſi.iuncta auth.ſi uerò. & auth.vñ ſumitur.C.de iud.Sed Bart.in l. ſi quis arbitratu.ff. de uer.obl.circa fi.non allegando Spe. diſtinguit,aut arbitrator fuit aſſumptus ſuper uerbo uel ꝯctu contrahendo,& tũc arbi. finitur morte,ſicut & arbitrium,cùm ſit eadem rõ; aut ſuper contractu iam inito & celebrato p p aliquod dubium circa accidẽtalia.ius ff. l.domum.ff.de contrah.emp.& tunc trãſit ad hæredes, ſicut & ipſe contractus,& per hoc facit.l.ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatulib.in rõne de reſti.li.vj.Sed qñ arbitrator aſſumitur ſuper lite, dicitur aſſumi ſuper contractu tranſactionis incundæ p arbitramentum , igitur anteq̃ feratur morte alterius ex compromittentibus quo ad utrunq; finitur,ſicut arbitriũ,ſi ſunt duo tm̃. ¶ Circa ſcm quæſitum an dictum compromiſſum duret reſpectu Iacobi non mortui,qa dicitur q res eſt indiuidua.Ego non comprehendo ex narratis qualiter res ſit indiuidua. Nam qõ eſt de quodam fideicom. quod petitur per uuum a duobus hæredibus. Et ſi fideicommiſſum conſiſtit in pecunia uel in rebus corporalibus , quæ diuiduæ ſunt,non propterea diceretur res indiuidua, q ſimul & eodẽ iudicio uel libello præfertur a duobus hr̃dibus; ut expreſſe patet.ff. de iud.l.non iccirco,ubi habeẽ,q põt cã tũc expediri quoad unũ, & in ſuſpẽſo teneri quo ad alterum.facit.l.ſi pariter.ff.de libe. cã. & quod no.Bar.in l.de unoquoq;.ff.de re iud. & de duobus reis; l.iij.§.fi.in iij.q.& quod no.Inn.in c.cum inter.de elec.& c. cum ueniſſet.de inſt.ſi uero qõ fuiſſet de iure incorporali,ut de ſeruitutibus ꝑdialibus,uel de iuriſdõne,tũc eſſe põt dubium,an inutile trahat ad ſe utile, ut ſic p p mortuum expirauerit ẽt quantũ ad ſuperſtitẽ;quod tenet gl.in d.l.diem proferre.§.j.ff.de arb. p quo facit.l.pedius.§.j.e.ti.ff.de iniuſt.teſt.l.pe.ff.d aqua quoti.& æſti. l.j.§.erebatius.& §.item q̃ritur.In contrarium q imo trahat ad ſe utile, & q p p illum q ſupereſt duret ẽr, & tranſeat ad hr̃des eius q mortuus eſt.ff.quemad.ſer.amit.l.ſi cõem.in prin.ff; de libe.lega.l.ſi is q duos.ff.de dona.inter ui.& vxo.l. ſi ſponſus.§.gñaliter. Breuiter qcqd ſit de iſto brocardo.de quo p Cy.in l. ſi qs argentũ.C.de dona.poſtq̃ in caſu nr̃o habemus determinationẽ d. glo. q̃ reprobatam non reperio,ſed appobatã p Io.an.in addi.Spe.rit. de arb.§.finitur.poſt prin.ſm Alber. non eſt ab ea recedendũ,ſed ei potius adherendũ in decidendo & ꝯſulendo, ut d.compromiſſum expirauerit quo ad vtrũq;. Nec ob. q in aliqua parte cõpromiſſi facta fuit aliqñ mentio hr̃dum, qa non quo ad hoc,ut compromiſſum ad eas trãſeat,ſed ut p hr̃des ſeruet laudũ,ſi ꝯtingat ipſum ferri viuentibus ambobus.ut ſ.in puncto reſponſum eſt.

S V M M A R I A.

1 *Pactum de liberando debitorem in futurum ſtatim producit exceptionem.*
2 *Collegio an actio acquiratur ad agendum ut collegium liberetur ſi liberatio promiſſa fuerit per ſingulares perſonas ipſius collegij.*

ſunt in eius libera diſpõne, ut patet ex eius rõne quam aſsignat, dum dicit ꝙ põt ea proijcere in mari &c. per quam rõnẽ reſtringit dictum eius. l. ſi is qui eio. cum ibi no. ff. de acq. poſ. l. cum pr̃. §. dulciſsimis. ff. de leg. ij. Sed bona de qbus agit, non erant in eius libera diſpõne, cum eſſent reſtõni ſubiecta. l. fi. C. cõis de leg. vñ licet pr̃ conſentire potuiſſet quo ad ſui præiudicium, nõ ſic potuit quo ad præiudicium pauperum, qbus erant & ſunt reſtituẽda. ar. ff. ad vell. l. ſeya mãcipia. & l. non dẽt alteri. de reg. iur. cum ſi. Plus vr̃ dicendum, ꝙ nec quantum ad bona propria nõ ſubiacentia reſtõni, cõſenſus pr̃is potuit facere legitimationem ualidam, q̃ ſine ipſo foret inualida; qa validitas eius nõ pendet a conſenſu patris, ſed a ptãte legitimantis; & illa dependet a diſpõne iuris; ſi. ut videmus in ſnia, q̃ non dependet a conſenſu partium, ſed a iuriſdõne iudicis. vt no. C. de tranſac. l. ſi diuerſa. Nam ſi eſſet nulla ex defectu iuriſdõnis uel alterius conſenſus partium, non faceret eam reconualeſcere iure ſnię, ſed iure pacti & ꝯuentionis. C. cõis utriuſque iud. l. ij. & no. p Bar. in l. iuli ff. de condi. inde. in qõne illa, an ex ſnia oriatur obligatio naturalis; licet. n. bona ſua ſint eius libero arbitrio quo ad diſpoſitionem facti. l. in re mandata. C. manda. non ſic quantum ad diſpõnem iuris, niſi quatenus ius patitur, vñ non põt facere, ꝙ aliqs incapax hæreditatis ſibi ſuccedat ex teſtamẽto uel ab inteſtato. C. de hær. inſt. l. j. Eodẽ mõ nõ põt facere, ꝙ comes palatinus q̃ ſm cõem opi. non põt legitimare in terris immediate ſubiectis eccleſiæ Romanæ pp defectum iuriſdõnis concedentis; qa imperator in illis nullam iuriſdõnem uel ſuperioritatem hẽt, & ſic eam alteri concedere non põt; qa nemo dat qđ non hẽt. l. traditio. ff. de acq. re. do. ext. de iure pa. quod aũt legitimare poſſit. C. de iur. om. iud. l. priuatorum. Et ſic præfatum d. Bal. in contrarium allegatum, ꝙ conſenſus patris faciat ualidam talẽ legitimationem ẽt quantum ad eius bona propria non ſubiacentia reſtõni, cum pace eius loquela non vr̃ vera, alias poſſet conſentire ꝙ ẽt unus notarius, uel alius magiſtratus non habens ptãtẽ ab imperatore, poſſet legitimare, & ualeret legitimatio pp patris cõſenſum & pp ſuam rõnem. ſ. Bal. qđ eſt ridiculum. Nec puto ꝙ licet pluries fuiſſet ſeruatum cõtrarium in ciuitate Ferrariæ, fuerit introducta conſuetudo valida in præiudicium iuriſdõnis & ſuperioritatis eccleſiæ Romanæ cui ſubeſt, cum ſummi pontifices non pſumantur indubio notitiã habuiſſe de talibus actibus particulariũ perſonarum, ſicut nec de ſtatutis ſpãlium locorum in c. j. de conſti. lib. vj. Et ſic eis non põt tolerantia imputari, nec ꝯ eam præſcriptio induci minor centenaria, ut in auth. ut eccleſia Ro. &c. & C. de ſacroſan. eccl. auth. quas actiones. facit quod no. Bar. in l. j. §. fi.

2 ff. de aqua pl. n. arc. ¶ † Sed ſi pſupponeret comitem pdictũ potuiſſe d. legitimationem facere, & quereret an eẽt nulla, qa ſindicus ſeu pcu. pauperũ non cõſenſit nec fuit vocatus, de quorũ pauperum pjudicio & excluſione agebat pp ſuperexiſtẽtiam filij legitimi & naturalis, eẽt diſcutiendo de qb. filijs teſtator videat ſenſiſſe, cum ſubſtituit pauperes ſub ꝯdõne ſi filij ſui decederent ſine filijs legitimis & naturalibus, an tm̃ de legitimẽ natis, an ẽt de legitimatis. Nã hoc vltimo caſu citatio uel conſenſus Syndici pauperũ nõ fuiſſet neceſſaria vel neceſſarius, eo qa paupes excluderent in dubio teſtõris, q voluiſſet ltimatũ eis pferri nõ factõ pr̃is grauati faciẽtis eũ legitimari, & ſic nõ poſſent de pr̃e conqri. In primo uero caſu ẽt ſi fuiſſet Syndicus citatus, & ñ ꝯparuiſſet, & ſic nõ videret ppea ꝯſenſiſſe. l. q ex ꝯſenſu. C. đ epi. aud. nõ fuiſſet eis factũ aliqđ pjudiciũ, imo ẽt ſi ꝯſenſiſſet ſolũ in ltimatiõe, qa talis nõ ltimẽ natus, licet ltimatus nõ eẽt ille p quem teſtõr noluiſſet pauperes ex-
3 cludi, † qa põſito ꝙ ltimatus foret uere ltimus, qa ltimitas cõſiſtit in iure ſm Bar. in l. ſi is q p emptore. ff. de vſuc. & expreſſe. p Bal. in l. cũ acutiſſimi. C. de fideicõ. q dicit ꝙ in ltimato eſt uerus ſtatus ltimitatis. Attñ ñ põt dici legitimẽ natus, niſi p fictionẽ, qa natiuitas ꝯſiſtit in facto, nõ in iure, & ſilr an tũc ſubeſſet ltimitas, & certũ eſt ꝙ nõ, poſito ꝙ ſecuta ltimatione retrofingeretur ltimus fuiſſe, ſed teſtõr ſenſit de vere natis ltimẽ, nõ ficte. l. iij. §. hæc uerba. cũ ibi no. ff. đ neg. ge. ¶ Breuiter Ia. de are. i ſua diſputatione q refert Io. an. in addi. Spe. ti. de ſucc. ab inteſt. in fi. vr̃ ſentire, ꝙ ſi dixit ſi deceſſerint ſine filijs ltimis & naturalibꝰ &c. intellexerit ẽt de ltimatis; qa ſufficit ꝙ tpe mortis eiꝰ, cui facta eſt ſubſtõ, filius eius naturalr cõceptus & natus repiat ltimus, qa nõ dixit ſine filijs ltimẽ natis, ſed ſine filijs ltimis; & ltimatus ẽ uere ltimus tpe mortis, ſi in vita pr̃is fuit ltimatus, & ẽt vere naturalis, iõ tenuit d. Ia. cõ iratũ excludere ſubſtitutũ ex pſumpta mẽte teſtõris qa ex quo ei cõuenit uerba, cenſetur ẽt mens teſtõris cõuenire l. labeo. in fi. ff. de ſupel. lega. quã opi. vr̃ ſeq Io. an. ibidẽ, quia cũ ea trãſit & nõ reprobat & Anto. de bu. in c. p venerabilẽ. qui filij ſint legi. Bal. ẽt in d. l. cũ acutiſsimi. & l. eam quã. C. de fideic. vr̃ idẽ ſentire, dum dicit ꝙ ſtatutũ diſponẽs, ꝙ filius maſculus legitimus & naturalis excludit fœmina in ſucceſsione, locũ habet in maſculo non legitimẽ nato, ſed poſtea legitimato ſi tpe delatæ ſucceſsionis reperitur legitimatus, qa in eo vendicãt ſibi locũ uerba ſtatuti de maſculo legitimo & naturali, cum ſit vere legitimus; ergo & ſtatuti diſpoſitio; ſicut e cõuerſo, vbi deficiunt uerba &c. l. hos accuſare. §. oĩbus. ff. de accu. Quoſdã vero alios in publica diſputatione vidi tenere ꝯtriũ, ꝙ intẽtio teſtatoris dũ fuit locutus de filijs legitimis & naturalibus, cẽſet fuiſſe đ legitimẽ natus p. l. fi. & qđ ibi no. Bal. C. de his q veni. eta. impe. Et qa uerba debẽt intelligi in potiori ſignificatu. l. 1. §. q in ppetuũ. cũ ibi no. ff. ſi ager vecti. Quoſdam vero alios vidi pbabiliter diſtinguere. An verba ſint plata a ſtatuto excludẽte fœminã pp maſculũ legitimũ & naturalẽ, & debeat reſtrigi; qa eſt correctiuũ iuris cõis; & ſic ad legitime natũ; an a teſtatore, quia tunc fauorabilius p filijs grauati ſunt intelligenda. l. in teſtamẽtis. de reg. iuris. cũ nõ tendãt in iniuriã ſubſtituo, qui tractat de lucro. ar. eius quod no. in. l. ſi quis a filio. §. ſi plures. ff. de lega. 1. Super hoc paſſu pro nunc aliter non determino; quoniam ſufficiunt prius dicta, & in præcedenti articulo ad intentionem pauperum obtinendam.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Iacobus codicillãdo reliquit Ognabeno eius nepoti ætatis duorum annorum, & filio Bartholomei fratris vterini dicti Iacobi ducatos centũ de quibus ematur p ſuos cõmiſſarios vna poſſeſſio; & ꝙ poſt mortẽ dicti Ognabeni dicta poſſeſsio perueniat in dictũ Bartholomeũ patrẽ dicti Ognabeni, vel in eius hæredes. Et cũ dictus Bartholomeus tpe dictæ diſpoſitionis & mortis Iacobi nliũ filiũ haberet vel filiã niſi dictũ Ognabenũ; eſſet autem dictus Bartholomeus iuuenis diſcolus immoderatus & ſępe ebrius poſt mortẽ dicti Iacobi teſtatoris duos alios filios habuerit, accidit vt mortuo Iacobo dictus Ognabenus deceſsit, & poſt eũ p duos mẽſes dictus Bartholomeus; vñ cũ dicti filij, qui eorũ bona a bonis paternis ſeparari intẽdunt & vxor dicti Bartholomei de cuius dote ſatiſfieri vult, cum aliud parũ habeat dictus Bartholomeus ſuper dicto relicto. Opponitur ꝙ licẽt Bartholomeus dictum relictum ex ſua perſona acceptauerit, uel ſaltem non repudiauerit; tñ illa uerba, ꝙ dicta poſſeſsio perueniat in dictum Bartholomeũ uel eius heredes, inducunt fideicommiſſum in filiorum perſonam mortuo dicto Bartholomeo; vnde potius bona dictorum filiorum nunc debeãt cenſeri. ¶ Quæritur quid iuris.

S V M M A R I A.

1 *Teſtator inſtituens nepotem ex fratre, & poſt eius mortem eius patrem aut hæredes, quomodo cenſeatur inſtituiſſe.*

2 *Cautela ad excludendam matrem a dote, quod filij adeant hæreditatem patris cum beneficio inuen. & ex perſona eius ſilicet repudiant hæreditatem, & deinde ipſi ex perſona ſua accipiant tanquam ſubſtituti in iſtum caſum.*

¶ C O N S I L I V M. CCCXLIIII.

1 *IN Christi nomine Amen.* ¶ † Subſtitutio iſta facta Ognabeno de Bartholomeo eius patre, aut de eius hæredibus alternatiuẽ in dicta poſſeſsione poſt illius mortẽ, ſunt de proprietate verborũ ſic intelligenda, uidelicet ꝙ facta fuit de dicto Bartholomeo, ſi tpe mortis Ognabeni vixerit, & ſi non vixerit & hæredibus ipſius Bartholomei id eſt de filijs eius ſi cõtinget eũ alios filios hr̃e, & eos relinquere; qa circa filios eius oſtẽdit teſtator affectionẽ hr̃e, cũ dicto Ognabeno reliquit & non Bartholomeo, & ſic dicta ſubſtitutio fuit duplex; qa reſpectu Ognabeni fuit fideicõmiſſaria, qa ꝯcepta poſt eius mortẽ. & poſt q̃ſitũ emolumẽtũ. Sed reſpectu ſubſtitutorũ inter ſe vr̃ fuiſſe vulgaris, ſcilicet primò de Bartholomeo ſi extabit tempore mortis Ognabeni, & ſi non extabunt filij de ipſis filijs, qa hæc non fuit facta poſt quęſitum emolumentum Bartholomeo, ſed ante uel poſt ſi non quæreretur. iuxta no. p Barto. in. l. quãdiu. ff. de acqui. hær. l. a grande. & ſic uidetur ꝙ cũ tempore mortis Ognabeni dictus Bartholomeus extiterit, ſi acceptauit relictum euanuerit ſubſtitutio vulgaris facta de hæredibus. per. l. poſt aditam. C. de impuber. & aliis ſubſtitu. & qđ not. in. l. cum ſub hac. ff. de condi. & demon. per Bar. poſt Dy. & per conſequens etiam fideicommiſſaria facta Ognabeno ſecundo loco ſcilicet de heredibus Bartholomei; & idẽ ſi non acceptauit ex perſona, ſi tamen non repudiauit quia tranſmiſit ad eius hæredes

cũ eſſet tranſmiſsibile, qa dies eius ceſſerat. per l. 3. §. ſi quia ſtio. ver. cum quis. ff. de adi. leg. & ſic iſti filij habent ut hæredes Bartholomei, & ex trãſmiſsione facta p eũ ad ipſos tanq̃ hæredes, nõ ut filij principaliter ſubſtituti, cũ eorum ſubſtitutio euanuerit, & per conſequẽs q de dicta poſſeſsione quam habent ut hæredes tenentur ſatisfacere matri eorum pro dote ſua, pro qua habebat obligatum Bartholomeum & eius bona & etiam eius hæredes. ¶ Sed aduẽrte quia poſito q ita eſſet, ſi tamen non apparet Bartholomeũ expreſſe acceptare, trãſmiſit ad hæredes ſuos dictũ relictum cum poteſtate quam ipſe habebat. ſ. acceptandi uel repudiã

2 di. l. ſi quis filium. §. 2. ff. de acqui. hæred. † Et ideo dicti filij haberẽt hoc remediũ, uidelicet adirẽt hęreditatẽ patris eorũ cũ beneficio inuentarij, & poſtea eã aditã poſſent repudiare dictum relictũ ex perſona patris & ex tranſmiſsione quo facto deuoluerẽtur ad eos ex ſubſtitutione uulgari facta de ipſis in unum caſum, ſcilicet ſi Bartholomeus nõ extaret tempore mortis Ognabeni. Nam extenditur ad alios caſus. ſ. ſi extabit & repudiabit & habere non poterit, hæc eſt. n. natura ſt. uulgaris ſubſtitutionis, ut expreſſo uno caſu ueniãt oẽs. iuxta ea q̃ habent in l. gallus. §. & qd ſi tm̃. de lib. & poſthu. & ſic poſſent acceptare ex ſubſtitutione facta de ipſis. l. ſi ex parte. ff. de acq. hære. & tũc poſſunt petere ſeparationẽ bonorũ & matrẽ eorum excludere. Sed ſi Bartholomeus acceptaſſet expreſſe uel tacitẽ via iſta ceſſaret, & eodẽ modo ſi hæreditatẽ paternã repudiaſſet, cũ tũc deuolueret ad aliũ proximiorẽ cũ eadem poteſtate acceptãdi dictum legatũ vel repudiandi. iuxta no. in l. qui ſe patris. C. vñ liberi. iũcta. l. defunctus. C. de legi. hære. uel ſi non reperiretur qui eam uellet, concederetur creditoribus cũ eodem iure, & ſic dictæ matri. l. ſi quis inſtituatur. cum. ſi. ff. de hære. inſti. Poſſet etiam dici q illa diſiunctiua, uel, ponatur pro coniunctiua fauore liberorum dicti Bartholomei, ad quos habuit teſtator affectionẽ. arg. l. lucius. la ſecunda. in fi. ff. de hære. inſti. de reb. dub. l. ſi is qui cẽtũ. §. 1. ſed ſi ſubſtituiſſet dicto Ognabeno dictũ Bartholomeũ & eius hæredes copulatiuẽ viderẽt ſubſtituiſſe Bartholomeum quouſq; uiueret, & poſt eius mortẽ hęredes ſuos, per no. in l. gallus. §. 1. ff. de lib. & poſtb. ſm unũ ſenſum, & ſic utraque ſubſtitutio eſſet fideicõmiſſaria & facta dicto Ognabeno. ſ. prima de Bartholomeo, & iſta temporalis quouſque uiueret. l. fi. de leg. C. la ſecunda. de hæredibus eius. ſ. filijs illa finita & iſta etiam perpetua, præcedens tamen uia clarior eſt.

¶ Caſus talis eſt.

Duo ꝯxerũt ſocietatẽ de certis pecunijs ad fœnus mutuandis, & factorem unum ex eis præfixerunt qui multa credita contraxit. Quæritur an ipſi ſocij uel ſaltem banchum teneat & ſi ipſi nõ tenentur, an capitale eorum deducere poſsint, antequã creditoribus ſatisfiat.

S V M M A R I A.

1 *Inſtitor præpoſitus ad mutuandum an poſſit ipſe ſocios & præponentes obligare accipien. pecuniam mutuo.*

2 *Socius unus ex ſocijs an poſſit detrahere ſortem ſuã principalem, an uero debeat uenire in contributionem cum cæteris creditoribus.*

CONSILIVM CCCXLV.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo pũcto ſupraſcripto, & etiã quodã alio conſilio, q̃ plura alia dubia & quęſita non neceſſaria formant. Viſis ẽt duobus conſilijs redditis ſuper ipſis reſecatis ſuperfluis, de tribus

1 tm̃ quæritur ad propoſitum. ¶ † Primũ an eſt dictus Muſetus & Samuel frater Mathaſiæ teneant ad debita cõtracta p Mathaſiam ſeu ad pecunias mutuo receptas per eum. Nam ſi hoc eſſet, & pecuniæ quæ reperiuntur in bancho non ſufficerent dictis creditoribus, deberent de bonis eorũ ſoluere, ut dicimus de hærede non conficiente inuentarium, ſi bona hæreditaria nõn ſufficiunt. ff. ſol. mat. l. quæ dotis. C. de iure delibe. l. ſi te bonis. & l. fin. §. ſimilique modo. & §. ſi autem hoc aliquis. ¶ Secundo quærit, poſito q ipſi non teneantur ultra uires banchi; an ſaltem ipſum banchũ, qd eſt quoddam uniuerſale, ſicut hæreditas ſicut menſa & peculiũ. l. cũ pater. §. mẽſe. ff. de leg. 2. & uocat in iure chalẽdariũ. ff. de l. 3. l. q filius. ff. ſi cer. pe. l. eius q ꝓuinciã in prin. teneat uſq; ad uires eius. Nam ſi hoc eſſet, cum in bancho dicantur remanſiſſe quatuor milia lib. & debita aſcendere ad ſeptẽ milia, creditores caperent illa alia quatuor milia, & de reſiduo haberẽt dammum. ſicut uides in hærede qui confecit inuentarium. d. l. fi. §. & ſi pſatã, C. de iure delib. Pręfatus verò Muſetus reciperet ſolum damnum perditionis ſuarum duarum millium librarũ, quas poſuit in bãcho, & non ultra, qa vltra vires banchi nõ tenerent. ¶ Tertiũ dubium erat, pſuppoſito q nec teneat d. Muſetus ad dicta debita ꝯtracta per Mathaſiam factorem, nec ẽt d. banchum, an in eo qd reperitur in bancho, debeant d. creditores concurrere cum Muſeto pro rata ut ſeptẽ creditoribus, d. vero Muſeto duo millia, & ſic debeãt fieri de illo nouem partes, vt creditores capiãt ſeptẽ, Muſetus duas. put in ſimili habet. l. ſi q̃s teſtõ. §. j. ff. de leg. j. ad treb. l. marcellus. in prin. de hære. inſt. l. clemens patronus. de li. & poſth. l. ſi ita ſcriptum. in prin. an vero d. Muſetus poſsit añ parte recipere ſua duo millia librarũ, tanq̃ prior creditor, & reſiduũ diſtribuat inter d. creditores ꝓ rata cuiuſlibet debiti, prout in ſimili habetur in l. q cũ plures. ff. de vul. & pup. & ſic d. Muſetus nullum damnum ſentiret, ſed totum eſſet dictorũ creditorũ. ¶ Circa primum vr̃ non poſſe d. principalem Muſetum teneri d. creditoribus ſatisfacere inſolidũ non ſolũ de eo qd hẽt in bãcho, ſed ẽt de alijs bonis ſuis ſi illud non ſufficit, qa non põt negari, q inter ipſum, & d. Mathaſiã non fuerit contracta ſocietas lucri & dãni. ſ. pro quatuor millibus librarũ poſitis per eos cõiter ad exercitiũ fęnoris ad cõe lucrũ. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. item ex facto. & qn exercitiũ d. bãchi & fęnoris fuerit cõmiſſum d. Mathaſiæ, pro cuius labore pcipiebat de cõi annuatim ducatos quinquaginta, qa parẽ quãtitatem poſuerat ad id, p qd Mathaſias merebatur p eiũ oparũ. d. l. cũ duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. & hr̃ in alio puncto pleniori & colliguntur iſta ex partita libri d. Mathaſiæ. Fuit ergo Mathaſias inſtitor ſocietatis. ff. de inſtit. l. iij. Sed lege cauetur q qñ plures exercent unã negociationẽ, & unũ ex eis magr̃m vel inſtitorem ei pręponũt, ex ꝯtu eius q̃libet ex alijs ſocijs obligatur inſolidũ. ff. de exerc. l. ſi tñ plures. poſt prin. in ver. ſed ſi plures exerceant, vbi vr̃ hoc determinari. ¶ Breuiter illud ꝓcederet, qñ ille contraxiſſet ſm mandatũ ſibi factum, vel iuxta mandatũ; qa licet non fuiſſet expreſſe mãdatũ veniebat tñ in ꝯtiam eius quod mandatũ erat, alias non obligat inſtitor ꝑponentẽ. ff. de inſt. l. q cunq;. §. non tñ oẽ. de exercito. l. j. §. non aũt. & §. igit̃ pſuppoſito. Sed iſte fuit præpoſitus ſęnerandis. d. l. q cunq;. poſt prin. de inſtito. q aũt reciperet pecunias ad vſuras, hoc ſibi mandatũ non fuit expreſſe & principalr̃, quod neceſſariũ videbat̃, ut ꝑponẽtẽ obligaret. ff. de inſt. l. 1 cũ. in prin. nec ẽt tacite & in ꝯtriam eius quod erat mãdatũ hoc veniebat, qa nõ eſt neceſſariũ recipere pecunias mutuo, ut mãdatũ ſibi factũ poſſet adimplere, quo caſu ſi fuiſſet neceſſarium, ẽt ꝑponẽtem obligarunt. l. j. §. quid ſi mutuam. ff. de exer. nec apparet expreſſe, nec p coniecturas d. pecuniã mutuo receptam fuiſſe ꝯuerſam in cõem uel banchi vtilitatem, quo caſu ẽt ꝑponens tenet. l. fi. ff. de exerci. de neg. geſ. l. liberto. in prin. ff. ſi cer. pet. l. ciuitas. de in rem verſo. per totũ. & ſic vr̃ accepiſſe malo aĩo, & conſilio fraudandi præponẽtem, iõ ꝑponens non teneretur ex ꝯtibus illius, ut d. l. j. §. qd ſi ab initio. ff. de exer. vbi caſus. & imputẽt ſibi mutuantes, q da pr̃te, & mandato Mathaſiæ nõ explorauerunt. ff. de reg. iur. l. qui cũ

2 alio contrahit &c. ¶ Quãtum ad ſm vr̃, q ſaltem ipſum banchũ teneat uſq; ad vires eius, quia d. mutua facta fuerunt ipſi bancho potius, q̃ perſonis. ff. de tribu. l. ꝓcuratoris. §. ſi plures. ibi, ſi unuſquiſque. n. eorum mereri &c. Sed contrariũ ridet eadẽ rõne, qa ſicut non poterat obligare pſonã ſocii ſine mandato expreſſo vel tacito, ita nec banchum, pro parte pertinente ad ſocium. ff. pro ſocio. l. nemo ex ſocijs. in prin. cum ibi no. in gl. facit. l. 1. C. ſi in cõi eademq; cã, &c. ¶ Super tertio & vlt. vr̃ dicendum, q d. Muſetus non debeat, nec poſſit ꝑcipere ſua duo millia librarũ. Sed debeat vna cũ alijs creditoribus venire in tributũ & in cõtributionẽ pro rata, licet ſit anterior tpe. l. priuilegia. ff. de priui. credi. & licet de ſua pecunia fuerit ſocietas ꝯcta, & noĩa debitorũ & pignora fęnoris acquiſita. ff. de trib. l. ſi ꝓcuratoris. §. ſi plures. ucr. plane. Dicta namq; noĩa debitorũ, & pignora q̃ reperiunt̃, hodie in bancho vident̃ acquiſita Mathaſiæ, non Muſeto ſocio, quia non eodẽ modo inſtitor acquirit actionẽ ꝑponẽti, ſicut ipſum obligat. ff. de exer. l. 1. §. eſt aũt. iũcta. l. ſolutũ. §. p libertã. ff. de pig. ac. C. p quas pſo. l. 1. & ſic de oĩbus vr̃ iudicandũ, tanq̃ de bonis proprijs Mathaſiæ, in quibus oẽs creditores debent concurrere ꝓ rata exceptis priuilegiatis, qui præferunt̃ in pſonali actione. ff. de priui. cre. p totũ. qualis d. Muſetus non vr̃ eſſe ex cauſis ſ. dictis, nec ẽt creditores deponentes qui uſuras recipiebant. l. hoĩem. §. quotiens. ff. depoſiti. ¶ Breuiter ꝯrium eſt dicendum, q imo d. Muſetus poteſt ante omnia deducere de pignoribus, & nominibus debitorũ repertis

in

in bancho ſua duo millia librarum, quæ poſuit in ſocietate pdi-
cta,& reſiduum debet diſtribui inter creditores pdictos. Eo qa
cũ dicta noīa debitorũ fuerint acqſita ex ɔtibus mutui, & mu-
tua fcā fuerunt noīe ſocietatis,& ſic cōi noīe oīm ſociorũ, cuili-
bet fuerũt noīa pdictã acqſita ꝓ rata,& ſic ꝓ dimidia; qa cùm di
midiã pecuniæ poſuerat Muſetus, fuerunt ſibi acqſita. l. certi ɔdi
tio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. ¶ Nã eſt ſpāle in mutuo, ꝙ alterj pt
qs acqrere oblĩonem & actionem ſuo noīe numerãdo,& ſicut ac
qrit actionẽ pſonalẽ, ita & hypothecariam, ſm opi. Bar. q hoc ibi
tenet p l. 2. C. per quas pſo. no acqr. nõ ergo reputantẽ dicta noīa
debitorũ & pignora reperta in bancho ſore de bonis mathaſiæ &
fratris eius, niſi ꝓ dimidia; qa dimidiã tñ pecuniæ poſuerunt in
ſocietate; ꝓ altera verò dimidia reputantur eſſe de bonis Muſeti,
cuius noīe poſuerunt acqſita ex mutuis factis eius noīe; non ſic
reputantẽ eſſe de bonis dictorũ creditorũ, qa eorũ noīe nõ fuerũt
facta mutua per mathaſiã. Nã illi mutuauerunt mathaſiæ, nõ autẽ
tradiderũt ſibi ut alijs mutuaret ad cõe lucrũ. Præfatus ergo Mu
ſetus põt partem dimidiam dictorum noīm & piguorũ tanquam
ſuã, vt ſic dicã, vel ad ſe ptinentem, non ad mathaſiam, vendicare;
& nulla exceptio põt ſibi obijci p dictos creditores. l. ſi filius. &
l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi cer. pet. in ver. quo
ad peculiares. Cum. n. hẽat ius in re, præferẽ dictis creditoribus
hñtibus tñ perſonalem. C. de bo. auto. iud. poſ. l. 4. C. qui po. in
pigo. ha. l. eos. ff. de priuil. cre. l. ſi venteri. §. in bonis. ver. ſi eñ. Et
poſito qđ dictis creditoribus obligaſſet bona, nõ eſſet obligata
portio pertinens ad Muſetum, ſed ſolum pertinens ad mathaſiã.
C. quæ res pig. oblig. poſ. l. qui filios. in fi. leges ergo in ɔriũ al-
legatæ locum hẽrent in actionibus acquiſitis paſſos ɔctus, ex q-
bus non ſic alteri p alterũ põt actio acquiri, ẽt ſi noīe alterius ſit
celebratus ɔctus. Sed acquiritur iſti inſtitori ɔhenti, quam cede-
re tenet. l. poſſeſſio quoq;. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquirẽ. poſ. Sed
tunc ſuccurritur ei, cui cedenda eſt extra ordinem officio iudi-
cis in defectum cedere debentis, ſi eſt non ſoluendo, vel abeſt, ſed
utili actione in ſubſidium. d. l. 1. §. eſt aũt de exercito. in fi. & l. 1.
§. fi. cum l. ſeq. de inſti. Et ſic hẽrent locum q̃ ĩ. dixi in caſu nr̃o,
cùm mathaſias ſit abſens & non ſoluendo. ¶ Quantum verò ad
fratrem mathaſiæ minorem, an ille videatur ɔxiſſe ſocietatem cũ
fratre & cum Muſeto, & an poſſit ɔ creditores detrahere mille li
bras tanquam pertinentes ad eum de pecunia cõi inter ſe & fra-
trem ſuum, nil pro nunc expedit dicere, quia non quæritur con-
ſilium mĩ pro muſeto, de quo patet cõcluſiuè ꝙ nec ipſe eſt obli
gatus dictis creditoribus, nec portio quam habet in bãcho, & ꝙ
eam poteſt ante omnia deducere; reſiduum remanere debet in
quæſtione inter creditores mathaſiæ, & fratrem eius.

SVMMARIVM.

1 *Salarium an & quando quis habere debeat, qui moratur in domo alterius.*

CONSILIVM CCCXLVI.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Ego Paul. de Caſt. vtriuſ
que iuris doctor ſupraſcriptus. Viſo ꝓceſſu ſupra
ſcripto, dico & ɔſulo, partes dñi prãtis Biasbani eẽ
in abſoluendo dictũ Frãciſcũ a petitione dictæ Ca
therinæ, qa d. Frãciſcus nunquã aliqd ꝓmiſit eidem; & hæc ipſa
facẽ rñdendo ad ſcd̃m capitulũ. Et ultra hoc ꝓbauit dictus Fran
ciſcus p duos teſtes, ꝙ dicta Catherina ſtabat in domo cõi cũ fra
tre, & ad cões expenſas præter & ɔtra uoluntatẽ ſuã, & ſic nullum
prẽmium ſibi deberi, licèt aliquas operas impendiſſet in cõem vti
litatem. C. de neg. geſt. l. fi. Sed deberet cum ſumptibus, quos per-
cepit, compenſari. l. ſed & ſi uir lana. §. fin. & l. ſi id, quod. §. 1. ff. de
don. inter virum & uxo. commo. l. in rebus. §. pñt. & quod no. gl.
in l. ſi pater non affectu. C. de neg. geſt. Nec ꝓbauit dicta Catheri
na ꝙ dictus Franciſcus fuit alium famulum vel famulam condu-
cturus, quod erat neceſſarium ad condemnationem, etiam ſi de
ipſius conditione non appareret; alias debuiſſent operæ cum ſum-
ptibus compẽſari, & nihil hincinde repeti, per prædicta iura; alias
ſecus, per ea quæ no. Cyn. C. loca. l. excepto.

SVMMARIA.

1 *Exceptuatio facta in primo contractu non cenſetur repetita in ſecundo penitus diuerſo, & ex interuallo inito.*

2 *Pecunia ſoluta per emptorem debet reſtitui, ſi de conſenſu partis emptio conuertitur ad permutationem cum alijs bonis.*

3 *Pactum de dando centum ſingulo anno an tollatur per ſequens, in quo uidentur contrahentes contrariari, & an aliter ſit interpretandum.*

CONSILIVM CCCXLVII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ Reſpondendo per ordinẽ ad ſin
gula dubia vel quæſita ſupra formata in caſu. † Dico
ad primum, ꝙ dicta exceptuatio tertiæ partis facta
in primo ɔtu venditionis non intelligitur repetitã
in ſequenti ɔtu permutationis. ¶ Primò, quia factus fuit ſecun-
dus ex interuallo poſt primum. C. de vſur. l. per retentionẽ. vbi ca
ſus, inſti. de re. diui. §. item lapilli. cum ibi no. per glo. & quod no.
Bar. in l. prætor. §. eritq; dñia. vi bo. rap. & l. 1. in prin. ff. de public.
¶ Secundo, qa eſt diſpoſitio penitus diuerſa a prima, & æquè prin
cipalis, vt idem Barto. no. in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ff. de
verb. ob. ¶ Tertiò, quia per iſtum ſecundũ cõtractũ tollitur & no
uatur primus voluntariè, & iſta exceptio inerat primo ex diſpoſi
tione contrahentiũ, & tendebat in præiudiciũ primi emptoris. ff.
de noua. ſi creditor. & l. nouatione. & l. emptor. & l. aliam. cum ibi
plene no. per Barto. ¶ Quartò, quia dicta exceptio non reſpicit
actũ perſonæ, ſed ipſam diſpoſitionẽ. ff. de ɔhen. emp. qui fundũ.
de ver. ob. ſi ita quis. in prin. & per Bar. in d. §. griſogonus. ¶ Quin
tò, quia verba permutationis repetitiones excludunt, dũ dicunt
ꝙ permutat dicta bona in oĩbus & per oĩa, ꝓut ea poſſidebat pr̃
ſuus; ſed in poſſeſſione prĩs ſui nihil excipiebatur, qa oĩa poſſide
bat; igitur &c. de iure codi. l. 2. §. furioſus. ibi cum per oĩa & in oĩ
bus &c. de leg. 1. l. 1. Inſti. qui. mo. ius pa. pot. ſol. §. pariter. iũcta.
2 l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. in ratione ſui. ¶ † Ad ſecundũ reſpon.
ꝙ dicta D. Samaritana põt repetere quantitates ſolutas per eã cre
ditoribus dicti D. Federici per conditionẽ ſine cã; qa ſoluit ex cã
venditionis ſibi factæ, a qua de conſenſu partiũ fuit receſſum, &
ſic hr̃ ꝓ non facta, poſtq̃ in ea non perſeuerauerunt, vnde cã, p p
quã datum fuit, redacta eſt ad nõ cãm. ff. de condi. indeb. l. elegan
ter. §. pen. C. de tranſac. l. diuerſa. Itẽ fuit ſoluta dicta pecunia pro
ptio vel parte pretij bonorũ venditorũ; ſed nunc loco pretij dict̃
D. Federicus habet bona D. Samaritanę permutata cũ eo, & ſic ha
beret rẽ & pretium ſi dictam pecuniã non reſtitueret, qđ eſſe non
debet; igitur reſtituat pecuniã. ff. de condi. ſine cã. l. ſi fullo. vbi ca
ſus de pigno. actio. l. eleganter. §. qui repi obos. in fi. de ſol. l. ſi cũ
annũ. in fi. de fideic. liber. l. gñaliter. §. ſi qs alienũ. poſt mediũ. ibi.
ſi legatum refundere ſit paratus &c. & quod no. Bar. C. de his quę
pœnæ noīe. l. 1. in 14. q. vnde non tenetur D. Samaritana tradere
ſua bona permutata niſi prius habeat pecuniam prędictam per di
cta iura. & per l. ſi non fortẽ. §. ſi centũ. de condi. indebi. nec poteſt
dici cancellata iſta obligatio, cùm tunc inciperet oriri, ſed cancel
latio reſtringitur ad præcedentes obligationes. ar. ff. de vſur. ſi ti-
cio, cum moriatur. in ratione ſui. ¶ Ad tertiũ rñdetur, ꝙ dicta D.
Samaritana non incidit in pœnam contractus ex eo ꝙ dicatur ip-
ſam non ſeruaſſe promiſſa, ſi dictus Federicus non ſeruauit traden
do bona quæ prius vendiderat ſine quacunq; exceptione, ſed inte
graliter ꝓut debebat, ſm ꝙ ſupra in primo articulo fuit oſtẽſ
ſum, qa in oĩ ꝓmiſſione pœnæ, q̃ fit in ɔtractu vltro citroq; obli
gatorio, ſubintelligitur tacita conditio, ſi pars ſeruabit promiſſa,
alias non cõmittitur ẽt lapſu tpis in promiſſione appoſiti, ſaltẽ
cum effectu. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. vbi caſus & l. fi. §. fi.
ff. qñ licet ab empt. diſce. fruſtra. n. petit debitum, qui quod debet
nõ impendit. vt in regula iuris. & qđ hr̃ in tex. & gl. in l. ędiles. §. fi.
ff. de ædil. edi. non. n. fuit in mora conſtituta dicta dña non imple
to ſibi contractu ad plenum, cùm eſſet tuta exceptio. l. in l. §. offer
ri. ff. de act. emp. l. pupillus. de verb. obli. igitur &c. l. lecta. §. ſed cũ
ſororis. ff. ſi cer. pet. ¶ Ad quartũ, clarum eſt ꝙ promiſſio de ſol-
uendo centum vnũ ducatos in quinq; annis, intelligitur annua-
tim. i. ſingulis annis dictorũ 5. anno. ita ꝙ in fi. 5. anno. ſunt quin
genti quinq; ducati, vt patet ex inferioribus particulis inſtrĩ dicẽ
tibus hoc clare, per quas declaratur pcedens particula. l. ſi ſeruus
plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de pe.
hære. l. verum. Et hæc patent in inſtrõ permutationis. in verſi. & ſi
dicta D. Samaritana non dabit ducatos centum vnum ſingulo an
3 no dictorum 5. anno. &c. ¶ † Ad quintum dico, ꝙ dictum pactũ
de dando centum vnum ducatos ſingulis annis, non redditur vſu
rarium rõne alterius pacti. ſ. ꝙ poſſeſſiones illæ de villa mallinæ
debeant ſtatim emi, & ſtatim ꝙ ſint emptæ intelligantur datæ di-
cto D. Federico, quia illud intelligitur quo ad dominium & pro-
prietatem, non quo ad fructus durante quinquennio, cùm in ſu-
perioribus actum fuerit quòd dicta domina durante quinquen-
nio deberet retinere dictos fructus, & pro eis daret centũ vnum
ducatos

ducatos in anno, alias fuiſſent ſibijpſi ꝫriæ, quod non eſt dicendū.
iux. no. per Cy. C. de iur. & fac. ign. l. cum falſi. in fi. & per Bar. in l.
fi. §. idem quæſiji. ff. de condi. inde. Et poſito ꝙ intelligeretur, vt
intelligerentur datæ pleno iure etiam quo ad vſumfructum, &
ſic videretur receſſum a præcedente pacto. per l. pacta nouiſſima.
C. de pac. vel ſaltem cenſeretur pactum præcedens per ſequens re
ſtrictum. ſ. vt durante quinquennio dicta dña Samaritana retine-
ret fructus. ſ. niſi dictæ poſſeſſiones emerentur & traderentur di-
cto D. Federico vel pro traditis haberentur, quia tūc ſint eiuſ.
D. Federici. Nam dico, ꝙ tunc ita intelligendo ipſis emptis ceſ-
ſaret pactum de dando centum vnum ducatos in anno; quia ceſ-
ſaret cauſa, propter quam dabantur. ſ. quia carebat fructibus. ar-
gumen. d. l. ſi nullo. ff. de condi. ſine cā. nullo ergo caſu dictus D.
Federicus reperiri poterat habere fructus & pretium eorum, qđ
fecit quærentem dubitare ſuper hoc; ſed ex alio vř dictum pactū
de dando centum vnum ducatos in anno continere vſuram, quia
dandi erant pro fructibus dictarum poſſeſſionum dandarum per
dictam D. Samaritanā, quæ datæ non fuerunt, & tñ dicti fructus
non aſcendebant vltra valorem 60. vel circa, vt ex pacto ſocieta-
tis poſtea factæ deprehenditur; vnde vſque ad valorem dictorum
fructuū potuerunt vſuræ promitti, qa nō vt vſuræ, ſed vt intereſ-
ſe promittuntur, cum ipſe D. Federicus poſſeſſiones de la ſelua
quas debebat dare dediſſet, & quas recipere debebat non recipie-
bat. iux. no. C. de vſur. l. 2. de ac. emp. curabit. ff. eo. tit. iul. §. ibidē.
pro ſocio. l. ſocium qui in eo. quatenus vero dicta ſumma centū
vnius ducati tranſcendit valorē fructuum, petet vt lucrum non vt
intereſſe, & ſic nō licitè de iure cano. vt no. in d. ll. ſ. allegatis. ¶ Su
per alijs dubijs. ſ. formatis nihil pro nunc dico, quia pars nō cura
nit, & qa per dominum conſulētem ſuperiorem ſatis ſcriptū eſt.

S V M M A R I A.

1 *Statutum, ꝙ nō extantibus communibus filiis maritus ſuccedat uxori inteſtatæ, quomodo intelligatur.*
2 *Intellectus ad l. hac edictali. C. de ſecun. nup.*
3 *Inuehitur etiam Pau. acriter in uitricum qui fecerat mori uxorem pro habenda dote & conſulit arbitris ut omnia bona filio primi matrimonij aſcribant.*

CONSILIVM CCCXLVIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo caſu & alle
gationibus in eo
factis & etiam ſupraſcriptis, ipſiſque ponderatis, vi-
detur poſſe dici, ꝙ ſecunda ſententia lata partim pro fi
lio primi matrimonij, partim pro ſecundo, non fuerit benè lata.
1 † Sed ꝙ debuit vel in totum pro filio, vel in totum pro marito; qa
ſtatutum, ꝙ vir ſuccedat vxori inteſtatæ non extantibus commu-
nibus liberis, vel reſtringitur ad primum maritum, ſeu ad ſecun-
dum non extantibus liberis ex primo, prout dř in ſupraſcriptis al
leg. & tunc non extitiſſet caſus, in quo per formā dicti ſtatuti vir
vocatur, cùm iſte ſit ſecūdus vir & extat filius ex primo, & ſic ad
illum pertineret tota iſta hæreditas de iure cōi non obſtante di-
cto ſtatuto, qđ in caſu iſto non loquitur; aut dictum ſtatutum ge
neraliter debet intelligi, ꝓut iacet & ſine ſubanditu, & ſic tā in ſe
cundo marito quàm in primo, & tā qñ non extant liberi, q̄ ēt qñ
extant, vt ſic aliquid operentur illa verba, ſine cōibus liberis &c.
& illud verbū, & in totū &c. poſitū in ſtatuto, & tunc voluit & po
tuit derogare. l. hac edictali. qa eſt mere iuris poſitiuī ēt quo ad le
* gitimam debitam iure naturæ, quā ſtatutū pōt tollere ſm * cōem
& veram opi. de qua per Dy. in regula indultū. lib. 6. & per Cy. C.
de nup. l. ſancimus. & per Bar. in l. titio centū. §. titio genere. ff. de
condi. & demon. Dictum autē ſtatutum ſm dictum intellectū &
vim verborum prædictorū non pōt ſe compati cū diſpoſitione d.
l. hac edictali. q̄ vult haberi pro non dato, quatenus datum eſt ſm
diſpoſitionē eius; ſed ſtatutū iſtud vult ꝙ ſuccedat vir in totū, qđ
eſt intelligendum cum effectu. arg. l. 1. in fi. qđ quiſq; iuris. & ſic
voluit præiudicare filijs primi matrimonij, ſed ſm primum intel
lectū nō, ſed dū taxat alijs venientibus ab inteſtato quibus voluit
præferri maritum contra diſpoſitionem iuris cōis, quod voc t
cum illis deficientibus, vt in tit. vnde vir & vxor. ff. & C. Cenſetur
ergo derogatū dictæ legi ſm intellectum. c. 1. de conſt. lib. 6. ¶ Sed
in contrarium pro ſuſtentatione dictæ ſententię ſecūdæ facit, qa
dictus ſecundus maritus non debet eſſe melioris conditionis ve-
niendo ab inteſtato & ex forma dicti ſtatuti, & ſic contra diſpoſi-
tionem iuris cōis & præter voluntatem expreſſam dictæ vxoris,
qđ eſſet ſi veniret ex teſtō & ſm volūtatē vxoris, & ſic de iure cōi;
ſed potius deterioris. arg. ff. ad l. fal. l. titia. cū ibi no. de leg. 2. titia
ſeio tertiam. circa fi. de vul. & pup. ſi filius qui patri. ver. pſertim
& quod no. Bar. in l. pr̄ filiū. ff. de inof. teſta. ſed ſi iſta uxor inſti-
tuiſſet iſtum maritum ſcđm in ſolidum, ſine dubio locum hēt l.
hac edictali. qa filius primi mr̄imonij auferret ſibi dimidiā hr̄di
tatis in illa. l. circa prin. in illis uerbis teſtō ſiue ſcriptura vel co-
dicillis hr̄ditatis, vel iure &c. ergo & multo fortius in caſu nr̄o, in
quo minus iuris hēt, vel in quo ius ſuum eſt magis dubium, cum
ſtatutum ꝑdictum poſſit intelligi ſm primum intellectū, ſm quē
ad nihil eſſet uocatus maritus, qa non debet eſſe melioris ꝯdōnis
in caſu dubio, q̄ eſſet in caſu certo. ff. de ꝯdi. indeb. l. iulia. verum
debitorem. & p Bar. poſt prin. de liber. cau. l. ordinatā. d. ſi ſe q. qb'
ad liber. proclam. non licet. l. 3. ff. de inof. teſt. l. qui de inoffi-
cio. in fi. Dy. in c. nullus pluribus. Et ſi dicatur diuerſa eſt rō; qa di
cta dña, ſi dictum maritum inſtituiſſet, non potuiſſet derogare di
ſpoſitioni. l. hac edictali. Sed ſtatutum prædictum bñ potuit. iux
ta nō. p Bal. in l. ea lege. C. de ꝯdi. ob cām. Rñdetur ꝙ ſaltē potuit
prouidere, ne in ſtatutum incideret faciendo teſtm̄ antequā nu-
beret, poſtquā nubere diſponebat. arg. in auth. de mona. §. illud.
& faciendo ne bona ſua peruenirent ad illum q per. l. erat ꝓhibi-
tus. l. codicillis. §. mr̄e. ff. de leg. 2. per quem diſputatū fuit & cōi-
ter tenetur ſtatutum Florentinum, quo cauetur ne uir lucreī do
tem totam vxoris præmortuæ, non habet locum qñ extant liberi
ex primo mr̄imonio, qa non debuit dare plus in dotem, q̄ vni ex
liberis primi mr̄imonij reliquerit, & ſi fecit ꝯtrum, ab ipſo princi
pio reſecatur datio ipſo iure. arg. l. pl. & l. linea margarita-
rū. ff. ad l. falci. quia cēſentur dicti liberi fraudati potius ab ea q̄
a ſtatuto, cùm potuerit ꝓuidere ne a ſtatuto fraudaretur. ar. d. §.
2 matre. ¶ † Præterea poſito, ꝙ dictum ſtatutum intelligereť ſcđo
mō. ſ. ēt in ſecundo viro & ēt extantibus liberis ex primo, non ꝓ
pterea videreť correcta. l. hac edictali, qa ſtatutū nō loquitur in ſuc-
ceſſione inteſtati, quam aufert filijs primi mr̄imonij, & tribuit ſe
cundo viro ꝫ diſpōnem iuris cōis. C. ad orficia. per totum. in Au
then. de hr̄di. q ab inteſta. §. 1. C. de ſuis legit. auth. in ſucceſſiōe
ſufficit, ergo, ꝙ hoc opereť ꝫ ius cōe. Remedium vero legis hac
edictali non eſt remedium vř is ſucceſſionis, ſed ablationis lucri a
ſecundo uiro, quatenus plus ſibi datum eſt ēt titulo ſingulari, q̄
filijs primi. Certè per dictum ſtatutum tale remediū non eſt ſub-
latum filijs primi mr̄imonij, quominus ſi uolunt poſſint eo uti ꝫ
ſcđm maritum exiſtentem hr̄dem virtute dicti ſtatuti; quia cùm
ſint iura diuerſa competentia filiis primi mr̄imonij ex diuerſis le
gibus & diuerſis modis, ſublato uno remanet alterum ſibi nō cō
nexum. ff. de ſerui. vrb. prædio. l. ſi domus. de aqua plu. arcen. l. ſi
prius. in princi. Sufficit. n. ꝙ dictum ſtatutum diſponens ꝫ ius cōe
opereť in uno. ſ. in iure ſuccedendi ab inteſtato, cui verba ſtatuti
conueniunt abſq; eo qđ opereť & corrigat ius cōe in alio, ad qđ
verba eius non adaptantur. l. ſi qñ in prin. C. de inof. teſt. & quod
no. in l. frater a fratre. ff. de condi. indeb. in 2. gl. mag. circa mediū
ibi: & his finibus contenta &c. Quid. n. ſi filius primi mr̄imonij
non uult uti beneficio. l. hac edictali. Nam remanebit ſucceſſio
penes virum ſcđm, ac ſi ille non extaret. l. 2. §. ſi ſin. ff. ad tertul. &
ſic ſatis operatum fuerit ſtatutum ꝑdictum abſq; correctione di-
ctæ. l. ſicut uidemus in emphiteuta non ſoluente canonem pp qđ
cadit a iure ſuo. l. ſi dñs vult ſibi auferre non aliter. C. de iure em-
phy. l. 2. in verbo volenti. Statutum ergo prædictum nō corrigit
illam. l. hac edictali. ſed recipit ab eo moderationem. l. nam & po
ſteriores. ff. de leg. & ſ. prudenter fuit allegatum. Sic ergo bñ vř
pronunciatum per iudicem appſouis. Nam ꝙ filius dēat habere
ante omnia legitimam, & ꝙ reſiduum diuidatur, ſentit gl. expreſ
ſè in §. optimè. in Auth. de nup. & Bar. expreſſè. l. 1. C. de inoffici-
do. & Bald. in l. hac edictali. qui dicit ſe ita ꝯſuluiſſe, licèt quidam
3 ꝫ ſenſerunt. † Sed a prædictis non eſt recedendum in iudicando,
maximè in caſu nr̄o, in quo eſt filius iſte adiuuandus ꝫ iniquum
vitricum, qui ſm ea q dnt teſtes, quibus magna fides adhibēda
vř, quia dicunt uериſimilia, fecit uxorem ſuam mori pro haben-
do bona ſua; torquendo eam ita impudenter vt teſtes dicunt, &
minando, & non permittendo eam viſitari in ſua infirmitate, &
in extorquendo datum & prohibendo eam teſtari. Miſer homo
qui ꝓ habēdo bona temporalia & caduca perdidit animam & fi-
dem. deberent armari iura gladio vltore, maximè cum ſit legum
ꝓfeſſor, & tam turpiter commiſit in legem, & contra ſuam ꝓfeſ-
ſionem fecit, de quo verecundor ratione gradus, & emulor cum
Dei emulatione. Et dico & ſuadeo arbitratoribus, qui poſſunt ri
gorem iuris omittere, & ſecundum veritatem iudicare, ꝙ viſis te
ſtibus oīa dicta bona adiudicēt filio primi matrimonij, & nil di-
mittent

mitte cum dicto ſecundò viro legum doctori ſit quicunq; vult, quia ꝯ Deū, & iuſtitiam, & veritatem, & ꝯ voluntatē dictæ dñæ, & in ꝑiudiciū animæ, ſeu dicta bona vel aliquid eorū haberet, lucrū.n. quæritur in burſa, & dānū in cōſcientia; cepit veſtē, & perdidit fidē; miſer homo nōne timet irā Dei, & iudiciū ei⁹ cui nihil occultū.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo, quæ eſt Venetiis, q Veneti poſſint libere vendere bona immobilia abſque quod propinqui poſſint offerre an extendatur ad Triuiſanos, & alia bona extra confines Venetiarum.*

CONSILIVM CCCXLIX.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †Conſuetudo Venetorum, quę allegatur ꝯ iſtam dñam Helenam offerentem, ſine dubio nihil facit ad propoſitum ꝯ eam; quia ſm quod apparet ex dictis illorū qui teſtificantur ſuper ea & habentur in proceſſu, loquitur qn̄ Veneti vendunt bona ſtabilia, q̄ habeantur extra confines Venetiarū; ſed in caſu noſtro venditores eius manſi vel rei, q̄ petitur, non fuerunt Veneti, ſed de Triuiſano, qui nō habebant hanc prærogatiuā, vel libere poſſent vendere eā talis cōſuetudo vigens Venetijs in perſonis Venetorū, ſe non extendat ad perſonas aliorū, tanq̄ perſonalis. iux. ea q̄ not. p doc. in l. ſi nō ſpāli. C. de teſta. ff. ſolu. mar. l. q̄a perſonale. Nec inſuper eſt dicendū, q̄ talis cōſuetudo q̄ habilitat Venetos ad vendendum talia bona libere, eos inhabilitaret ad acquirendum, & ad offerendum cùm venduntur per alios q̄ per Venetos, ſi ſunt illorū attinentes; q̄a ſi ſequeretur, q̄ inducta in fauorē Venetorū retorquerentur in odium ꝯ l. quod fauore. de leg. C. Et qđ Veneti eſſent in terris eis ſuppoſitis deterioris conditionis, q̄ eorū ſubditi in acquirendo & offerendo, & qđ haberentur pro forēſibus, qđ eſt expreſſe ꝯ literas & deliberationes ſeu directa ducalia. Nec ob. q̄ ꝓ æqualitate ſeruanda, ſicut venditiones factæ a Venetis de talibus bonis non poſſunt ab alijs expugnari offerendo rōne propinquitatis, ita deberet eſſe econuerſo, q̄ ipſi nō poſſent expugnare venditiones, q̄ fierent per alios q̄ per Venetos. Nā longe diuerſa rō eſt, q̄a venditiones q̄ fiunt per Venetos de talibus bonis ſunt expugnabiles rōne conſuetudinis vigentis Venetijs in eorū ciuibus, quæ eos habilitat vbicunq; ipſi vendant ſiue Venetijs exiſtentes, ſiue extra Venetias; q̄a concernit perſonas eorū rōne ciuilitatis, q̄ ſequitur eos quocunq; vadant, & inhabilitat oēs tā Venetos, q̄ alios ab expugnādo rōne propinquitatis. Cōſuetudo ergo illa Venetorum ſeruanda eſt in terris eorū, quo ad perſonas vendentium, ſi ſunt Veneti; & quò ad perſonas expugnare volentium, ſiue ſint Veneti, ſiue non. ff. de legi. l. de quibus. & quod not. in l. ex ea parte. ff. de poſtu. Et ſi dicatur verum eſſet, ſi in locis non eſſet ꝯria conſuetudo, vel ſtatutum. Reſpondetur q̄ conſuetudo vel ſtatutum aliorū locorū generaliter loquitur. Sed conſuetudo vigēs Venetijs loquitur ſpāliter in perſonis Venetorū, & ſic in illis vincit & derogat gñali, vt in regula generi per ſpeciē. extra de reſcrip. ca. 1. Præterea aduertendū ſubtilius, q̄ cū Venetijs vigeat eadem conſuetudo de offerendo rōne propinquitatis, voluerunt Veneti eā reſtringere ad bona quæ ſunt Venetiis vel in confines, & quòd non extendatur ad illa q̄ ſunt extra confines, qui ergo vellet impugnare venditionē factā per Venetū de dictis bonis virtute cōſuetudinis vigentis Venetijs q̄ propinqui poſſent offerre, non poſſet; q̄a illa cōſuetudo per Venetoſmet reſtringitur ad bona ſituata Venetijs, vel infra cōfines; ſed qui vult eam impugnare rōne conſuetudinis vigentis in loco vbi ſunt bona, prout eſt in caſu noſtro, q̄a iſta D. Helena non fundat ſe in conſuetudine Venetorū reſtricta ad dicta bona, ſed in conſuetudine vigente Triuiſij vel in Triuiſano, quę non eſt reſtricta, imo viget in bonis ſitis in Triuiſano vt omnes exceptis forenſibus admittantur, & Veneti non reputantur forēſes, & dūmodo venditio, nō fiat per Venetū, ꝓut eſt in caſu noſtro, per hoc apparet nō obſtare ſententiā diffinitiuam, quæ in ꝯrium adducitur, quia illa fuit lata ſuper venditione facta per Venetum, ſed iſta non ſic. Item non ob. exceptio facta de Venetis in ſtatuto ſub rubrica, q̄ in poſſeſſione translata; quia locum habet ſolum in duobus caſibus expreſſis in ſtatuto. ſ. cum poſſeſſio transfertur iure liuelli vel iure donationis, qđ hic non eſt; iō concludo prędicta quæ contra prędictam D. Helenam allegantur, ſibi non nocere, quominus potuerit offerre.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Chriſtophorus accuſat Mattheum, & eum petit condemnari, pro eo q̄ cum 29. bobus pauit & damnum dedit in eius prato in lib. 19. ſm formam ſtatuti de dāno dato lite ꝯteſtata altera parte inuita corrigit ſiue emendat libellū, q̄a vbi primò dixit q̄ Mattheus dedit dānū, mō dicit q̄ Iacobus filius fa. ipſius Matthei dedit, & petit tñ ꝯdēnari Mattheū vigore ſtatutorū duorū, quorū copia trāſmittit. ¶ Itē ꝓbat, q̄ practicatū eſt & intellectū ſtatutū, q̄ incipit. ſi famulus &c. q̄ filio aut famulo dāte dānū pr̄ & dñs ꝯdēnati ſunt. Mō qrit, an dicta emēdacio fieri potuerit, & an Mattheus rectè ab inepta petitione tali abſolutus ſit, & Chriſtophorus in expenſis ꝯdēnādus. ¶ Statuimus q̄ ſi famulus vel filius alicuius habitans cū pr̄e fuerit repertus ſiue beſtiæ alicuius facere ꝯ prædicta, q̄ pr̄ ſiue dñs, cuius ſunt beſtiæ, teneat ad ꝯdēnationes, ꝓut ipſemet fuerit repertus. ¶ Si boues, vel equi, vel aīalia de die intrauerint vineam, vel clauſurā, ſeu ortū alterius, dñs ſiue poſſeſſor animalium pro qualibet beſtia ſolidos viginti ſoluat cōi; ſi vero de nocte. 40. & in vtroq; caſu emendat damnum.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus, in quo quempiam quis condemnari petit, tanquam damnum dederit poteſt poſt litem conteſt. declarari, quòd non ipſe ſed eius filius damnum dedit, & procedit talis libellus, quia non eſt emendatio actionis, ſed declaratio verbi obſcuri.*

CONSILIVM CCCL.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †Dicta emendatio fieri potuit poſt litē ꝯteſtatā, q̄a potius pertinuit ad declarationem verbi obſcuri vel dubij, q̄ ad ſubſtātiā vel uariationem actionis intentatæ; q̄a p eam non variabat actio, nec condemnatio, ſed declarabant illa verba, dānum dedit, poſita in libello accuſatorio. Poterant.n. dupl̄r intelligi. ſ. p ſeipſum, & ſic verè. Item per aliū, & ſic ficte. l. 1. in prin. & §. deiceiſſe. ff. de ui & ui arma. Et uterq; iſtorū modorū cōprehendebat ſub illis verbis, damnum dedit &c. Nunc p iſtā emēdationem declarauit, q̄ dedit dānum prædictum nō per ſe, ſed p filiū, cuius factum ſtatutū ſupradictū reputat fore factū pr̄is, q̄a uult pr̄em teneri perinde, ac ſi ipſemet dediſſet, vel repertus fuiſſet dare. facit l. fi. C. de impub. & ali. ſub. & l. 1. in prin. in verbo familia. ff. de publica. vbi factū familiæ reputat factum ꝓprium. ¶ Cōſtat aūt, q̄ talis emendatio ꝑtinens ad declarationem verbi dubij pōt fieri qñcunq; lite pendente vſq; ad ſñiam excluſiuę, ſm Bart. qui ita no. in l. edita. C. de eden. in 1. art. de emendatione in fi. p l. ſi q̄s in tentione ambigua. ff. de iudi. maximè qñ per eā non auget vel minuit ꝯdemnatio, ſicut eſt in caſu nr̄o. Nā idem vr̄ ſi augeretur, ſi tñ actio uel ius agendi non uariaretur, ſed quædam qualitas. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. & per Bar. in l. prætor. non ergo debuit præfatus Mattheus abſolui ꝓp ineptam actionem intentatam, ſed per dictam declarationem apparuit qualiter accuſans intellexit illa verba, damnum dedit &c. & ſic q̄ intentauit actionem ſeu conditionem orientem ex ſtatuto ſupra relato. ſ. ſtatuimus, q̄ filius &c. quæ declaratio trahebatur retro ad diem dati libelli. l. hæredes palam. §. ſed ſi motam. ff. de teſta. l. adeo. §. cum quis. in fin. ff. de acquiren. rerum domi. & ſic apparet q̄ non intentauit actionem ineptam, ſed aptam. Non enim ſe reſtrinxit, q̄ damnum dedit per ſeipſum, ſed ſimpliciter q̄ damnum dedit, quod poterat intelligi vt dixi; ſed qualiter ipſe intellexit, patuit ex ſequenti declaratione.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Viget ſtatutum in ciuitate Paduæ ꝯditū. in 1320. quo cauetur, vt agnati maſculi & mulieres per lineam maſculin. deſcendentes pñt qñcunq; rem per vnum ex agnatis venditam auocare reſtituto pretio & ſeruata gradus prærogatiua. Poſtea in 1430. emanauit reformatio ducalis ad iſtud ſtatutum, p quam declarat. Rñdemus q̄ de ſtatuto de præſentatione ꝓpinquorum & carentium obſeruetur conſuetudo ſolita, cum hoc quod abſentes a diſtrictu Paduæ & hi, quibus per ignorantiam non fuiſſet factum cognitum, habeant terminum vnius anni ad præſentandum.

¶ Modò in 1434. dñs Karolus vendidit Vberto certum paſculū, quod tenuit per quatuor annos, una domina agnata dicti Karoli vult præſentare pretium & auocare paſculum uigore ſtatuti, qđ dicit qñcunq; niſi fuerit ſibi facta notificatio, quæ dictæ dñæ ſcā nō fuit. Ex aduerſo Vbertus ſe defendit vigore reformatiōis ducalis, & dicit q̄ ex quo ipſa dña fuit præſens, ſciuit dictum paſculum fore vēditum dicto Vberto, & tenuit per quatuor annos, non poteſt amplius præſentare, imo ſi ſolum per annū tacuiſſet. Quæritur quid iuris pro parte dicti Vberti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum uel reformatio de aliquo ſtatuto facta ſic debet interpretari, ne fruſtatoria & ludibrio ſit.*

CONSILIV CCCLI.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶†Præſata reformatio duca 3
lis debet aliqđ ꝑpari, ne uideat̃ fuiſſe fcã ludibrio. a
C. de bo. q̃ lib. l. fi. §. nō aūt filio. ff. de cura. furio. l. cū
alijs. in fi. & in c. cōmiſſa. §. 2. de elec. li. 6. Sed fruſta
toria & ludibrio foret, ſi illi q̃ fuerunt abſentes, vel q̃bus ꝑ igno
rātiā non fuiſſet factū cognitū, admitterent̃ poſt annū. Nā ad qđ
ꝑfigeret terminū vnius anni talibus ad ꝑñtandū, ſi lapſus anni eos
nō excluderet. no. gl. in l. 1. §. cū di. ff. ſi cui pluſquā ꝑ l. fal. & l. 3.
§. diuus. de iure fiſci. fac. l. ſi legatario. §. fi. ff. de fideicō. li. & l. 4. §.
fi. e. tit. l. a quo. in fi. de dā. infec. qđ uo. Inn. in c. cū in tua q̃ matri. 4
accu. poſ. & Bar. in l. ariſto. de iure delib. ¶ Corrigit ergo dicta re
formatio ducalis ſtatutū ꝑdictū inquātū admittebat illos, q̃bus
non erat notū factū, q̃ñcūq; venirēt ſiue ſciuerint ſiue ignoraue
rint vēditionē factā, vt nō admittant̃ niſi vſq; ad annū, qđ ē itelli
gēdū. ſ. a tpe ſciæ. ff. de cal. l. ann⁹. & qđ no. Bar. ī l. gño. ff. de his q̃
not. inf. Et ſic ꝯcludit̃ ꝑfatā dñā volētē offerre ñ dēre audiri, ſi ſci
uit & tacuit ꝑ annū. Nā qđ certo tpe ꝑmittit̃, poſtea tacitè ꝓhi
bet. l. ſtatuliberū. §. ſtichū. ff. de leg. 2. l. j. §. ſi mulier. ff. de libe. agn.

a ¶Non facis fidem. A luerto tamē ꝙ licet teſtimonium unius ſegulariter nō probet ut habetur in c. ueniens. & ca. licet uniuerſis. de teſti. l. ubi numerus. ff. e. nō ſi teſtis ſolus productus an eo cōtra quē fuerat corruptus pecunia, ne teſtimonium diceret contra corrumpētem cum hoc deponat plene ꝓbat illud ſuis ſingu. dictū Bal. in c. 3 in 2. col. ſi de inue. inter do. & uaſal. lis ori. in uſi. feu. qđ dictū pro ualde no. refert & ſequit̃ Fely. in c. licet cām in no no. de probat. & ſimiliter refert & ſequitur Hypo. Marſi. ſing. ... ore duorum.

SVMMARIA. 5

1 *Societas an contrahatur ex nuda conuentione duorum fratrum dicentium ad inuicem quòd uolunt habere tempore omnia bona communia tam acquiſita quàm acquirenda. nu. 2. 3. & 4.*

2 *Societas eſt contractus nominatus & bonæfidei, qui ſolo conſenſu contrahitur, & producit actionem pro ſocio, & quando ex ea dominium ſine traditione transferatur.*

3 *Teſtis unus an probet, & uide in apoſtil.*

4 *Pactum nudum an producat actionem.*

5 *Conuentio duorum fratrum quòd omnia tàm acquiſita quàm acquirenda ſint inter ſe communia, an filiis unius præiudicet, ſi eius filii ſint ſibi ſubſtituti.*

CONSILIVM CCCLII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶†Viſis atteſtationib⁹
receptis inter ſer Ioānē & ſer Frāciſcū de ſtraſoldo
fratres ꝑ quēdā notariū de ꝯſenſu partiū aſſerentiū
ſe uelle eas valere in iudicio & extra, ac ſi in iudicio
fuiſſent receptæ; dubitat̃ de ipſarū importātia, & an virtute ipſa
rū poſſit ipſe ſer Frāciſcus petere partē oīm bonorū, q̃ tenent̃ ꝑ
ſer Ioānē, maximè illorū q̃ fuerūt ſer Hectoris, in q̃bus ipſe ſer
Ioānes & eius hr̃des ſeu filij fuerūt inſtituti, nō aūt ſer Frāciſcus;
& vr̃ ꝙ nō; q̃a dicti teſtes nō ꝓbāt aliquā ꝯuētionē ſolēnē & obli
gatoriā, ſed ſimplicē & nudā, iuxta no. in l. 1. C. de vſur. ꝑ gloſſ. &
doct. q̃ nō ſufficit ad agēdū, & ſic nō hēt effectū nō ſecuta tradi
tione. ff. de pact. l. diuiſionis placitū, vbi vr̃ eſſe caſus. & l. iuriſgē
tiū. §. igit̃ nuda. Etiā ſi diceret̃ ꝯtinere ꝯctum innoīatum. ſ. do vt
non facias ꝑ ꝑ ꝯdōnem appoſitam, qđ quouſq; ſtaret abſens nihil
poſſet petere vel de domo extrahere & offerre ſe paratū vr̃ obſer
uare & cauere de obſeruādo pactū illud negatiuum ſeu ꝯdōnem.
ꝑ gl. q̃ eſt in d. l. iuriſgentiū. circa prin. q̃ incipit. idē in alijs. in fi.
& C. de pac. l. 1. in fi. magnæ glo. Maximè, q̃a cùm dictus ſer Ioā.
nō fuerit ſolus inſtitut⁹, ſed vnà cū filijs ſuis copulatiuè, q̃a cùm
intelligantur inſtituti ordine ſucceſſiuo, ſm ea q̃ leguut̃ & uot.
in l. gallus. §. 1. ff. de lib. & poſthu. dicta bona vīr ſubiacere reſtō
ni poſt mortem ſer Ioannis. ſ. fiendæ filijs eius. arg. in l. peto. §. fra
tre. ff. de leg. 2. Et ſic nō potuit ſer Ioānes alienare dimidiā in ꝑiu
diciū filiorum ſuorum, ad quos poſt mortem eius bona prædicta
debebant peruenire. C. cōm. de lega. l. fi. & auth. res quæ. ¶ Sed in
ꝯtrium vr̃ veritas. Nam ſm ea quæ depoſuit ſecundus teſtis, illa cō
uentio non fuit nuda, quia fuit quædam ſocietas oīm bonorum
pñtium & futurorum; dicit. n. ꝙ Ioānes dixit ſer Fran. ꝙ ſiue ſer
Franciſcus fouerer iuſtitiam in petendo quod petebat, ſiue non,
intentio ipſius ſer Ioannis erat cōicare fratri ſuo omnia bona tā
prædicta, quæ fuerant ſer Hectoris, q̃ alia quæcunq;; & tam q̃ſi
ta, q̃ in futurum per ipſum q̃renda. Et illud idē poſtea dixit ſer
Franci. eidem ſer Ioanni; & ſic omnia bona, quæ tunc habebant,
cenſent̃ ſtatim effecta cōia, & dñium tranſlatum abſque alia tra
2 ditione. ff. pro ſoc. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. † Societas autem non eſt
conuentio nuda, ſed veſtita; quia eſt contractus nominatus, &
bonæfidei, qui ſolo conſenſu contrahitur, & parit actionem pro
ſocio. ut in toto titu. ff. pro ſocio. imo plus eſt in hoc contractu,
q̃ ſi ſit de omnibus bonis vniuerſaliter, transfert̃ ex eo dominium
ſine traditione. vt d. §. fi. quod in alijs non eſt, vt not. in l. 1. ff. pro
dote. per gl. & Bar. & ſi dicatur, hic non eſt niſi vnus teſtis, qui ſic
generaliter loquitur de bonis quibuſcunq; tam præſentibus q̃
futuris. Nā aliter non dicit niſi de bonis quæ fuerunt ſer Hecto
3 ris. † Et conſtat, ꝙ vnus teſtis quantumcunque magnæ autoritatis
a non facit fidem. l. iuriſiuran. C. de teſti. reſpondetur ꝙ alter non
fuit de hoc interrogatus, & dr̃ mihi ꝙ ſi interrogabitur illud idē
dicet, quod dixit alter. Poſſet etiam deferri iuramentum in defe
ctum probationis ex qualitate perſonarum & rerū, ſi iudici videbitur. Potiſſimè quia dictus Franc. eſt miles; qui tempore adeptæ
militiæ præſtat iuramentum, vt dicitur, de non petendo rem iniu
ſtam, & de non aſſerendo rem falſam, & quia eſt frater ſer Ioan.
vnde reſultat præſumptio pro eo, vt ſibi potius ſit deferendum.
4 iuxt. no. in l. admonendi. ff. de iureiu. ¶ † Præterea de iure canoni,
quod eſt ſeruandū in patria Forijulij, quæ ſubdita eſt in tꝑalibus
eccleſiæ iux. no. per doc. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. Com
muniter dicimus, ꝙ ex nuda & non ſolemni conuentione oritur
actio, quia penes Deum non eſt ficnda talis differentia, ſed ſola
fides intuenda. c. 1. de pac. 7. q. 1. c. quotiens cordis oculus; quinimmo ēt in terris non ſubditis eccleſiæ, tū in foro eccleſiaſtico,
vbi ſubeſt naturalis obligatio, pōt quis conſequi ius ſuū per viam
denunciationis euangelicæ, vel iudicialis, ſm doc. vt not. per Inn.
& Io. And. in c. nouit. extra de iudi. & per Bar. in extrauag. ad re
5 primen. ſuper verbo denunciatione. † Nec ob. ꝙ filij fuerint ſimul
inſtituti cum ſer Ioan. quia cenſentur potius vulgariter ſubſtituti
ꝑñi, ſi hæres eſſe nolet, vel nō poſſet; q̃ per fideicōmiſſum, ſi hæres
eſſet, & poſtea decederet. vt no. in d. l. gallus. §. 1. ff. de lib. & poſth.
& arg. l. ſi. C. de hæred. inſti. & quod no. in l. verbis ciuilibus. ff. de
vulg. & pup. in gl. Sed dicta vulgaris expirauit per aditionem hæ
reditatis dicti Ioan. l. poſt aditam. C. de impub. & alijs ſubſti. & ſic
dicti filij non poſſunt impugnare dictam conuentionem.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Titius habens duos filios puberes & maiores N. & C. ac vxorē
A. condidit teſtm̃ nuncupatiuum coram 8. teſtibus, in quo di
ctos filios vniuerſales inſtituit hæredes, & inuicē ſubſtituit, ſi al
ter decederet ſine liberis maſculis; vxori autem A. reliquit vſum
fructum quintæ partis oīm bonorum. Sed notarius, qui prædictū
teſtm̃ in publicū inſtr̃m redegit, nullam mentionem fecit de di
cta ſubſtitutione in dicto inſtr̃o, in quo prædicti 8. teſtes ſunt de
ſcripti; verumtamē tres ad minus de teſtibus in inſtr̃o deſcriptis,
& vnus alius qui aderat tempore confecti inſtrumenti, depoſuit
de dicta ſubſtitutione inuicem facta; Mortuo Titio vxor ſciens
dictum relictum vſufru. ſibi factum habitauit ſimul in eadem do
mo cum dictis N. & C. communibus filijs & ſimul cum dictis fi
lijs incepit gubernare vniuerſum patrimonium hæreditarium
operando in domo & eundo rus ibique percipiendo & faciendo
percipi fructus de poſſeſſionibus dicti patrimonij. Nunquam ta
men hactenus præſtitit cautionem, quam vſufructuarij præſtare
debent, demum N. vnus ex prædictis filijs moritur inteſtatus ſu
perſtite tantum vna filia impubere, cuius nomine tutor ſuus pe
tijt dimidiam partem totius dicti patrimonij, quaſi de iure com
muni ad dictam pupillam ſpectantem. Obijcitur per præfatum
C. fratrem defuncti de ſubſtitutione prædicta inuicem per patrē
communem facta. Item prædicta A. petijt æſtimationem vſufru.
qui pro quinta parte hactenus percipi potuit ante dicto primo.
¶ Quæritur ergo de duobus, an ſatis plene intelligatur probata
dicta ſubſtitutio per prædictos teſtes, attento ꝙ inter liberos eſt
facta. An dicta A. poſſit petere æſtimationem vſufructus præ
teriti prout ſupra.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio omiſſa per notarium poteſt probari per duos teſtes et quo ſit inter liberos.*

2 *Mater cui ſimpliciter relinquitur uſusfructus, non reſtringitur ad alimenta.*

3 *Mater ſi non præſtitit cautionem ut uſufructuaria, an faciat fructus ſuos.*

CONSILIVM CCCLIII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Ad primum
dicendum, ꝙ
cùm frequenter contingat, quòd teſtator plus vel
aliter dicit, notarius minus vel aliter ſcribit per
errorem. C. de teſtamen. l. errore. ff. de hæredita.
inſtitu. l. prima. §. ſi autem ibi, quaſi plus nuncupatum, minus
ſcriptum &c. eodem titul. quia error ſcribentis nocere non de
bet, quando conſtat de veritate. vt l. ſi librarius. ff. de regu. iur.
qui error

qui error.pôt ibi ꝓbari ꝑ teſtes ſibi deſcriptos,& ẽt alios ſm.Bar.
i d.l.ſi librarius.ante fi.& Bal.i l.errore.in tm̃ ꝙ ꝓbato errore poſ
ſet notarius cum autoritate iudicis addere inſtro illud qđ ipſe
omiſerat.vt no.in Spe.de inſtr.edi.§.inſtrm̃.verſ.ſed nunquid côfe
ĉtio.in fi.& requiruntur tot teſtes,quot ſunt neceſſarij ad diſpô-
nẽ,quando id qđ fuit omiſſum côcernit ſubſtãtiã diſpoſitionis. vt
no.in l.cum ꝓponeretur.ff.de lega.2.vbi vr̃ caſus de eo,qđ quæri
1 tur.ve3 † ꝙ ſubſtitutio reciproca per errorem omiſſa in ſcriptura
pôt probari non ſolum per teſtes deponentes de veritate,ꝙ audi-
uerunt eã fieri ſed ẽt ſi de non veritate,ſed de alijs coniecturis qñ
agitur de non directa.i.de obliqua ſubſtitutione ſeu fideicômiſſa.
idcirco videndum eſt ex omnibus prædictis dictam ſubſtitutionẽ
fore ſufficienter probatã,cùm inter liberos ẽt ad probandum di-
rectam inſtitutionem vel ſubſtitutionẽ ſufficiãt duo teſtes. C. de
teſt.hac conſultiſſima.§.ex imꝑfecto.fa. berc.l. fi.& qđ ibi no. in
gl.q̃ incip.dumtñ duobus iunctis his q̃ no. Bal.in d.l. errore. C.
de teſt.& Bar.in l.j.§.j.ff.de leg.3.& qđ no. in l. qui decẽ liberis.
§.teſtõ.de ſecun.tabul.¶ Circa ſcđm quæſitũ,an dicta vxor poſ-
ſit petere æſtimationem quintæ partis vſuſruc.pro tempore præ-
terito quo non habuit,vr̃ ꝙ ſic.per.l.quæſitum.ff. de vſuſru. & l.
ſi vſufr.mihi.ĩ.biennium. ĩ.de uſufru.leg.¶ In ꝯtrium . qꝛ illæ le
ges loquuntur qñ ſtetit per hr̃des quominus præſtaretur, ſed hic
non ſtetit,ſed per eam,quia nunq̃ petijt.Sed breuiter hoc non ha
bet ſibi nocere,quominus petere poſſit ipſam æſtimationem, ſed
non vſuras vel intereſſe ratione moræ, in qua hæredes non fue-
runt.l.cum vnus.§.verbis de alimen.& cib leg. & l. liberis quos.
2 §.j.eodem ti.vbi caſus.¶ †Secundò vidẽtur obſtare. no.in l.2.C.
ſi ſecundo nupſe.mulier.& auth.ibi poſita.Sed reſpondeo, ꝙ illa
vendicãt ſibi locum,qñ vxor relinquitur uniuerſaliter dña & vſu
fructuaria omnium bonorum,quæ verba de côſuetudine impor-
tant legatum alimentorum,qñ filij ſunt inſtituti.Sed qñ ſine illa
mixtura verborũ dña &c.relinquitur vſufr.maxime certæ rei,vel
fundi,tũc illa côſuetudo ceſſat, & verba ſtant ꝓpriè ſm Guil. de
cu.Bal.& Bar.in l.titia.§.fi. ff.de leg.2.ſed hic fuit legatus vſuſr.
quintæ partis,& ſic non vniuerſaliter,nec cum mixtura illorũ ver
3 borum , dña & vſufructuaria &c. ¶ † Tertiò vr̃ obſtare, qꝛ iſta
nunq̃ ꝓſtitit ſatiſdationem,de vtendo fruẽdo arbitrio boni viri;&
ſic non videtur feciſſe fructus ſuos,maximè quia non fuerunt per
cepti per eam,ſed per hæredes proprietarios. ff. de vſufruc. leg. l.
vxori.uſufru.bonorum.& qđ ibi per Bart.Sed ſecũdum Guil. de
cu.Oldr.Cy. & Bal.in l.vſufructu.C.de vſufruc.qñ bona fide omi
ſit neſciens ſe teneri,& ſic errauit in iure,ſibi non nocet talis error
vt perdat ius petendi,qñ eſt mulier in qua iuris ignorantia eſt tole
rabilis ſm eos,vel illud qñ cultura & cura pertineret inſolidum
ad vſufructuarium,hic verò nõ , qꝛ non fuit legatus vſufructus
omnium bonorum,ſed quintæ partis pro indiuiſo, & ſic hæredes
habebant colere , qui plures partes habebant ; vnde potius vr̃ re-
licta quinta pars fructuũ,qui conſiſtũt in corpore, q̃ quinta pars
vſuſr.qui conſiſtit in iure.arg.in l.defuncta.§.fi.ff.de uſuſr. & qđ
plene no.eo.ti.ſi ita.& de vſufru.leg.l. trebatiani . Vr̃ ergo nõ ob
ſtantibus ꝑdictis ꝙ petere poſſit,deducta tñ de dicta quinta parte
æſtimationis alimentorum,q̃ percepit d.dña ſtando cum filijs,qꝛ
potius de ſuo viuere debuit. argu. ff.de collat.do.l.j.§.penul.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Sunt elapſi anni. 13.ꝙ quidã ſer Petrus de mello côitatis zumel
larũ & diœceſis Cenetenſis ſanus corpore & mente donauit ſua
bona immobilia eccleſiæ ſanctæ Mariæ de mello cum conditioni
bus in d.donatione annexis. Qua donatione ſic vt præmittitur ce
lebrata,immediate condidit teſtm̃ in quo plura reliquit legata,&
inter cætera reliquit Bartholomeæ & Catherinæ neptibus ſuis ex
filia eius præmortua lib.300. pro qualibet iure inſtitutionis man
dans ipſas fore tacitas & contẽtas , iubens non poſſe detrahere
falcidiam ſeu treb. de legatis . In ſuis ceteris bonis immobilibus
pauperes chriſti hæredes uniuerſales inſtituit; quæ omnia ſupra
ſcripta latius & plenius uidere poteritis in dictis donationibus &
teſtamento.quo teſtamento facto vixit dictus teſtator per.12.an
nos ſemper in ſua opi.dicti teſti perſeuerans , adeo in tantum ꝙ
ſunt.15. mẽſes quòd mortuus eſt dictus ſer Petrus. Ipſo verò
mortuo miſſi ſunt cômiſſarij eccleſiæ ſanctæ Mariæ de mello in
tenutã dictorũ bonorũ eccleſiæ prædictæ ꝑ eũdem ſer Petrũ do-
natorum nomine pauperum Chriſti . Miſſa eſt domina Paſcha
eius vxor in tenutam ſui legati , prout habetur in teſtamento.
Nunc verò Domina ; Catherina filia quondam dñæ Magdalenæ
filiæ quondam ſer Petri de mello , cui dñæ Catherinæ eius neptĩ
in teſtõ li. ccc. reliquit ; petit in concluſione ꝙ dicta donatio &
dictum teſtm̃ mittatur conſilium ſapientis & iuriſperiti ; qui vi-
deat quid & quantum ſpectet & pertineat ipſi dñæ Catherinæ; &
quid & quantum ſpectet pauperibus xp̃i,& quid & quantum ſpe
ctet & pertineat dñæ Paſchæ. Et ex aduerſo côparent dicti cômiſ-
ſarij ſine eorum procu.& dicunt ꝙ debeant dare petitionẽ in ſcri
ptis & in ea ſpecificare quid petit cũ ſciant bene ad ipſam dominã
Catherinã ex dicto teſtõ aliquid ſpectare,qđ offerunt ſe daturos.
Et proteſtati fuerunt de expenſis,ſuper qua proteſtatione fiat ar-
gumentũ ꝙ in ipſis venit ipſa condemnanda, cùm non clarificet
quid petat ſed confuſè;& ideo vtile eſt ꝙ conſiderato ꝙ ſunt pa
rati dare ſibi illud,qđ ex teſtõ ſibi deueniat. Exiſtentibus amba-
bus partibus ad dandum ſuſpectos & confidentes & ad producen
dum allegationes,quæ debẽt in ſaco includi,& vni partibus igno
rantibus doctori & iuriſperito de numero confidentium mittant
cũ dicta donatione & teſtõ.qui deliberet ſm allegata. Itaq; oĩbus
viſis & conſideratis per vos fiant argumenta & allegationes pro
dictis cômiſſarijs & teſtamento ꝙ non dẽt dicta dña Cathe. habe
re niſi.ccc.li.in teſtõ relictas côſidereta illa clauſula,iubens ipſas
fore côtentas & tacitas & nõ poſſe detrahere falc.ſeu treb. de leg.
Et li dẽt habere vſq; ad legitimam vigore côſilij dñi Pauli de do-
tis,ꝙ vltra non habeat;& ſuperinde fiant per excellentiam veſtrã
allegationes debitæ & competentes pro dictis cômiſſa.nomine ec
cleſiæ prædictæ in fauorem teſti. Et in breui fiant argumẽta ad ma
nutenendũ & corroborandũ teſtm̃ cũ donõne & manutẽnẽdũ iu
ra ecclĩæ prædictæ & pauperũ Chriſti,qbus ſemꝑ dẽt ſubueniri.

S V M M A R I A.

1 Filia uel neptis iuſſa eſſe tacita & contenta de legato ſibi facto,poteſt tamen agere ad ſupplementum legitimæ.

C O N S I L I V M CCCLIIII

1 IN Chriſti nomine Amen ¶ †Dicta Catherina dẽt habe
re legitimã ſuam , quæ eſt tertia pars eius qđ ipſam
tãgeret ab inteſtato,ſi auus non feciſſet teſtm̃. C. de
inoſ.teſt.auth.nouiſſima.cum.n.eẽt deſcendentibus
ꝑ lineam fœmineam,debebatur ſibi legitima ſicut ſi per maſculi-
nam poſtq̃ a matre ſua non præcedebatur tpe mortis aui materni;
qđ patet,quia eius præteritio redderet hodie teſtm̃ nullũ,ſi facta
eſſet ſine cauſa.vel ſubijceret ipſum querelæ ſi cum cauſa. iuxta
no.in Auth.de hære.& fal.§.exhæredatos.quod nõ eſſet,ſi legiti-
ma nõ deberet,nec ꝑ dictã donationẽ potuit dicta legitima tolli,
vel minui.Sed ita debet đ bonis donatis, ſicut de nõ donatis.C.de
inoſ.teſt.auth.vñ ſi parens de inoff.dona. ꝑ totũ. Et qꝛ erãt duæ,
ſorores,& ſic legitima cuiuslibet erat tertia pars dimidiæ , & legi
tima vtriuſq; erat dimidia pars totius.l.parentibus.& l. cum q̃rit.
C.de inoff.teſt.ſi ſoror eſt præmortua, & ipſa ſibi ſucceſſit debet
ſibi tertia pars totius hr̃ditatis,& bonorũ repertorũ i hr̃ditate tpe
mortis, & ẽt dictorũ donatorũ licet exiuerint patrimoniũ ꝑ do-
natione in qua legitima ſeu tertia quã habere dẽt partim ex pſo-
na ſua,partim ex perſona ſororis debet computari legatum trecẽ
tarum librarum factũ vtriq;.l.oĩmõ.C. de inoff. teſt.& in Auth.
vt cũ app.cogno.§.aliud quoq; capitulum.& ſic libræ ſexcẽtę.Itẽ
ẽt dos,quã mater ſua habuit a patre ſuo , ſm ea q̃ determinat Bar.
in l.in quartã.ff.ad l.falci.in vlti.col. Et facta æſtimatione oĩm bo
norũ ꝑdictorũ,ſi aliqd defecit côputatis ꝑdictis ad itegrã ſũmam
dẽt fieri ſuppletio ꝓ rata,tã de bonis donatis,q̃ de bonis legatis,
q̃ ẽt de remanẽtibus penes pauperes hr̃des inſtitutos.C.de inoff.
teſt l.ſcimus.§.repletionẽ iuncta.l.ſi libertus ſub ꝯdõ.§. libertus.
ff.de bonis libertorum.& quod not. Bar. in d.l.in quartã. ante fi.
Cætera bona pertinent partim ad eccleſiam ex donatione,partim
ad pauperes ex inſtitutione , partim ad legatarios electos , quos
noĩatim dicere nõ poſſum.qꝛ ignoro. Donatio nãq; prædicta va-
luit;qꝛ nõ fuit de oĩbus bonis ſed de ĩmobilibus tm̃,nec de oĩbus
immobilibus,ſed de nõ expreſſi in teſtõ, & cũ reſeruatione vſuſ-
fructus, & ſic nõ auferebat teſti factionẽ directo vel ꝑ indirectũ.
iuxta no.ĩ l.fi.C de pa.ff.de ver.ob.ſtip.hoc mõ.ꝑ Bar. De alijs du
bijs q̃ aĩs occurrerũt in iſto negotio nihil tãgo; tũ qꝛ in pũcto.ſ.
formato nõ quæritur.nec fit q̃ſtio niſi de eo ꝙ debet habere Ca-
therina,tum quia ſuper illis conſultum fuit per alium egregiè.

¶ Punctus ſuper quo conſilium poſtulatur talis eſt.

¶ Titius habens Nicolaum filium ſuum legitimũ naturalem ,&
Ca-

Catherinam eius Titij vxorem matri dicti Nicolai ſuum condidit teſtamentū, in quo inter cætera inſtituit hæredes dictos Nicolaum & Catherinā æquali portione, cum hoc ꝙ dicta Catherina decedente ante dictum Nicolaum eius filium non poſſit relinquere partem ſibi tangentem niſi Nicolao prædicto filio ſuo. Et in caſu quo ipſa nō poſſet ſtare cum dicto ſuo filio, ſit hæres æqualiter cum dicto Nicolao dicto filio ſuo in vita ſua tantum, ita tamen ꝙ ipſe Nicolaus teneatur partē tangentem dictam dominam Catherinam laborare, & ſibi dare partem omnium frugum ipſam tāgentem. Cum hoc etiam, ꝙ non poſſit ipſe Nicolaus viuente dicta eius matre aliquid vendere de dicta hæreditate ſine licentia expreſſa dictę ſuæ matris. Et in caſu quo ipſe Nicolaus ante eius mortē decederet ſine filijs & legitimis hæredibus, ꝙ tūc dicta Catherina habeat medietatem omnium bonorū dicti teſtatoris, & de alia medietate detrahere poſſit dotem ſuam integram, quæ eſt de libris ducentum tredecim, & contra dotē prout in eius inſtrumento dotis ſerioſius continetur. Mortuus eſt dictus Titius ſuperſtitibus prædictis Nicolao, & Catherina ſimul cohabitātibus in dictis bonis, demum moritur Nicolaus ab inteſtato ſuperſtitibus ſibi Ioanna & Antonia filiabus ſuis legitimis & naturalibus, ac ſuperſtite dicta domina Catherina, modo dicta Catherina vult dimidiam dictæ hæreditatis vigore inſtitutionis factæ æqualiter de ea & d. Nicolao, & de alia dimidia dicit debere detrahere dotem ſuam. Replicatur ꝙ nullam partem habere debeat de dicta hæreditate, maritus grauādo eam ꝙ non poſſit relinquere vel diſponere de ſua parte niſi Nicolao prædicto videtur eam potius vſufructuariam quàm hæredem facere, vt declaratur ex alia clauſula, qñ ſtare nō poſſet cum filio quo caſu eam in vita tantum hæredem inſtituit pro dimidia, quod nil aliud eſt q̄ vſufructuariam eſſe, dotem autē de cumulo totius hæreditatis habere debet, quia dictus Nicolaus deceſſit cum filijs, licèt fœminas tm̄ reliquiſſe dicatur, maximè cum in teſtamento ſubdat & legitimis hæredibus.

¶ Modò quęritur ſi aliqua portio dictę hæreditatis ſpectet dictæ dominæ Catherinæ vigore primæ inſtit. An vero de dicta parte vſufructuaria. ¶ Secundò, an extantibus dictis filiabus poſt mortem dicti Nicolai ab inteſtato defuncti dicatur fideicommiſſum euanuiſſe, & dictam Catherinam non poſſe petere dictam dotem de parte dicto Nicolao relicta ſimpliciter. ¶ Tertiò, an poſito ſine p̄iudicio ſed non conceſſo, ꝙ deberet habere partem dictæ hæreditatis pleno iure ipſam poſt mortem ſuam teneatur relinquere dictis filiabus Nicolai, de quibus teſtator cogitaſſe videtur, vel aliter diſponere vt ſibi libeat.

S V M M A R I A.

1 *Mater ſi inſtituatur unà cū filio, an in ſua dimidia tātū dicatur uſufructuaria.*

2 *Subſtitutio facta, ſi quis ſine filiis decedat, expirat ſuſceptis filiabus.*

3 *Filiæ poſitæ in conditione an cenſeantur ſubſtitutæ cohæredi, ita ut pars ſua debeatur iſtis. nu. 4.*

4 *Arg. a contrario ſenſu ualet tam in diſpoſitione legali, quàm teſtatoris, dummodo non reſultet prauus intellectus.*

CONSILIVM CCCLV.

1 IN Christi nomine Amen. ¶ † Ad primum quæſitum reſpondeo, ꝙ dicta domina Catherina quouſque viuit eſt proprietaria in dimidia parte hæreditatis, poſtquam in ea fuit hæres inſtituta, non vſufructuaria tantum, etiam ſi dicta dimidia fuiſſet ſibi relicta ad vtendū fruendum per l. fin. ff. de vſu earū rerū quæ vſu conſu. ff. de auro & argen. lega. l. ſpecica ff. de vſufr. l. procul. ff. de dona. l. donatio. in concubinā. §. ſpecies. & qđ ibi no. in gl. quæ incipit per quæ verba.
2 ¶ † Ad ſecundū quæſitū reſpondetur, ꝙ Nicolaus non dr̄ deceſſiſſe ſine filiis, ex quo filias fœminas reliquit, quia maſculinum concipit fœmininum in materia indifferenti, & non odioſa. ff. de lega. 3. l. qui duos. ff. de pac. l. tres fratres. & l. i. cum ibi plene no. ff. de verb. ſig. & probatur in l. t. C. de condi. inſer. vbi non dicitur ſine filijs decedere q reliquit nepotem ex filia; ergo nec qui reliquit filiam, cùm nepos ex ea non veniat niſi propter eam argu. C. de ſacroſan. eccle. authen. multomagis, deficit ergo fideicom. vel onus dotis detrahendæ de dimidia Nicolai, quod fuerat relictum ſub conditione, ſi Nicolaus deceſſerit ſine filiis, poſtquam illa conditio deficit. C. ad trebellia. l. iubemus. §. penulti. Et ſic ſine dubio dicta Catherina non poteſt petere vt tota dos ſua detrahatur, quæ fuit Nicolai, ſed ſolum dimidia pars dotis pro altera dimidia in qua ipſa fuit hæres inſtituta, cùm actio de dote, quæ ſibi contra maritum competebat, fuit per aditionem hæreditatis confuſa. C. de neg. geſt. l. ſi ab eo, cū ꝯcor. vbi ꝓbat ēt dictū p̄cedēs.
3 ¶ † Ad tertiū q̄ſitū, qđ eſt magis dubitabile, ſi Nicolaus ſupuixiſſet, nulli dubiū ꝙ in dimidia in qua dicta dn̄a fuit inſtituta, cēſebat̄ ſubſtitutus poſt mortē dictæ dn̄æ, tum ex eo ꝙ dicta dn̄a fuit grauata non relinquere eam alteri q̄ dicto Nicolao. Et ſic apparet, ꝙ voluit eā poſt mortē dictæ dn̄æ ꝑuenire ad Nicolaū; igitur &c. ff. de leg. 3. l. fideicom. §. hæc verba. & §. itē ſi qs. in fi. ff. de leg. 2. l. cū ꝓponeret. C. de fideicō. l. cū virū. tū qa voluit ipſam ſore hr̄dē in vita ſua tm̄, & ſic cēſetur ꝑ mortē grauata de reſtituendo cohęredi ſuo. ff. de leg. 2. l. peto. in prin. & l. titia. §. fi. la. prima. C. de leg. l. fi. cū ſimi. qa verò deceſſit prius Nicolaus cū filiabus, eſt dubium an filiæ cenſeant̄ ēt ſubſtitutæ in dicta dimidia dn̄æ Catherinæ, ſi extabunt tp̄e mortis eius, & vr̄ ꝙ non, qa filij Nicolai fuerunt appoſiti in ꝯdōne. ſ. ſi Nicolaus deceſſerit ſine eis; ergo
* ſi cū eis, nō cenſent̄ ſubſtituti, ꝑ gl.* q̄ cōiter tenet̄, q̄ eſt in l. lucius. la. 2. ff. de hære. inſti. qa q̄ ſunt in ꝯdōne, nō ſunt in diſpōne l. ſi qs ſub ꝯdi. ff. ſi qs om. cauſa teſta. ¶ Contrariū tm̄ vr̄ verius; qa teſtator voluit dictā dimidiā fore dictæ dn̄æ Catherinæ liberè & expeditè ſolum eo caſu quo Nicolaus decederet ſine filijs; ergo a ꝯtrio ſenſu, ſi deceſſerit ſine filijs, voluit dictā Catherinā dictā dimidiam hr̄e liberè, vt ſic de ipſa poſſit liberè diſponere;
4 † quod argumentum a ꝯtrio ſenſu validū eſt in iure, tā in diſpōne legali, q̄ teſtatoris, ſi ex eo nō reſultet abſonus intellectus; iuxta ea q̄ hn̄r in l. 2. C. de condi. inſer. hoc aūt importat, vt dictis filijs quorum contemplatione hoc voluit, cenſeatur rogata reſtituere. arg. d. l. peto. iunctis his q̄ notan. per gl. in l. filius. §. cum quis. ff. de leg. 1. Nec ob. alleg. in ꝯtrium; quia illud qñ quæreretur an filij Nicolai cenſerentur ſubſtituti patri ſuo Nicolao. Nos quærimus an cenſeantur ſubſtituti dictæ dn̄æ cohæredi Nicolai, ī quo ſubeſt alia ratio, quam. ſ. dixi.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Titius hn̄s trium millium librarū valorē ꝯdidit teſtm̄, in quo Anaſtaſiæ eius nepti ex filia. 50. iure inſtōnis reliquit, & demum Bertam eius vxorem & Sempronium ſibi teſtatori extraneū hæredes inſtituit, deinde infirmus grauiſſima infirmitate & decrepitus ſimplr̄ & inter viuos donauit Bertæ eius vxori & Sēpronio, q vt ſ. hr̄des in teſtō relicti erant, domum ſuæ hr̄ditatis & maſſaritias & mobilia in ea exiſtentia, q̄ ſunt valoris. lib. 800. benè quo ad ꝓprietatē reſeruatio ſibi vſufructu poſtquā donationē p̄dictā fecit ꝑ ſex dies mortuus eſt ſuperſtitibus dictis hæredibus & donatarijs, & præfata eius neptis pupilla.

¶ Quæritur modo.

¶ Primò, an dicta eius teſtōris neptis hr̄e dēat lt̄imam bonorū dicti teſtatoris, & q̄ poſſidebat ante dictā donationem. An vero eorum ſolum, quæ poſſidebat tempore mortis, & per ꝯn̄s an ante omnia dicti hæredes & donatarij poſſint detrahere dictam donationem, de reſiduo autem date dictæ nepti ſuam legitimam.

¶ Secundò ſi de donatione facta dictæ eius vxori ſaltē dicta eius neptis debet habere legitimam in caſu, quo non deberet etiam habere de parte donationis factæ dicto Sempronio. Si iſta donatio quæ ualet. 800. libr. non detrahetur legitima iſtius neptis eſſet mille libr. bonorum valentium tria millia. Si verò deducēda eſt, ut æs alienum, in bonis remanent duo milla ducentæ lib. de quibus legitima eſſet ſeptingente. 33. & vna tertia. Cum ergo iſta donatio facta ſit ab illo, qui ſperabat citò ſe moriturum videtur facta animo fraudandi & minuendi legitimam iſtius neptis, & per conſequens non videtur valere vel ſaltem quatenus per eam minuitur ius & legitima iſtius neptis. arg. l. poſt contractum cum ibi nota.

S V M M A R I A.

1 *Parens, qui certum quid iure inſtitutionis reliquit nepti inſtituta uxore & extraneo in reliquis, ſi ex eiſdem hæredibus donat inter uiuos quædam bona, non propterea diminuere poteſt legitimam neptis ſuæ.*

2 *Donatio quando dicatur inofficioſa.*

CONSILIVM CCCLVI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Dubitatio, q̄ fit contra iſtam neptem, procederet ſi reſiduum bonorum deductis bonis donatis remānſiſſet penes ipſam neptē, qa alios nō inſtituiſſet; tūc. n. ſi duas partes eorū donaſſet, reſeruata tertia quæ ad legitimam ſufficeret, & illa tertia peruenſſet ad neptem ex teſtamento ſine onere vel ab inteſtato non

poſſet donationē impugnare, quia non eſſet frandata ſua lĕtima, & ſic donatio nõ eſſet inoſſicioſa, cū inoſſicioſa non dicat̄ niſi qñ legitima fraudat̄ filij. Sed in caſu noſtro dictū reſiduū bonorū nõ peruenit ad neptē, ſed ad inſtitutos; & ſic ſi donatio nõ diceretur inoſſicioſa, nõ poſſet petere ſupplemētū niſi de alijs bonis nõ donatis, cū ſi donatio facta nõ fuiſſet poſſet petere ſupplementū de oĩbus; iõ dr̄ & reddit̄ per hoc inoſſicioſa, ſicut qñ pater donaret duas partes bonorū reſeruata tertia ꝓ lĕtima filij. Nã donatio non eſſet inoſſicioſa ſi in illa tertia filiū inſtitueret, & ipſum nõ grauaret, ſed ſi ipſum granat, ſic, ſi pp grauamē illa tertia minuit̄, incipit eſſe inoſſicioſa ex poſtfacto, & pp hoc grauamen reijcit̄, ꝓut determinat gl. & doc. C. de inoffi. dona. l. 1. in 6. q. Nec eſt conuenies, dicere, ꝙ donatio q̄ a principio nõ fuit inoſſicioſa, efficiatur ex poſtfacto. vt ibi no. gl. in ver. itē ēt vltima relicta &c. p l. pœnales. §. annua. & l. in quantitate. §. ſed & ſi legata. & l. plautius. ff. ad l. fal. Sic in ꝓpoſito donatio nõ fuit inoſſicioſa viuente teſtatore, qa ſupererāt cętera bona nõ donata valētia plusq̄ deberet̄ huic nepti ꝓ lĕtima. Sed effecta fuit ex poſtfacto. ſ. eo mortuo cū eodē teſtō in quo alios extraneos inſtituerat, & nõ neptē; ſicut ſi poſt donationē illos eoſdē donatarios inſtituiſſet, nõ neptē, vel ēt neptē, & eã intantū grauaſſet, ꝙ nõ remaneret integra lĕtima. i. tertia oĩm bonorū ēt donatorū per ibi no. qualitercūq;. n. fraudet̄ qs lĕtima per donationē, dr̄ inoſſicioſa. C. de inoſ. teſt. auth. vnde ſi parēs. & in corpore vnde ſumit̄, hic aūt frandata fuit iſta neptis, nõ ſolū re per iã dicta, ſed ēt cõſilio, eo qa cū p̄dictos extraneos hæredes inſtituiſſet vſes, & eſſet ꝓpe mortē; qa cū eſſet ſenes & infirmus; vt apparuit, qa in paucos dies mortuus eſt, nõ expediebat ꝙ illis eiſdē inſtitutis bona p̄dicta donaret, ſi pure intendebat & volebat dūtaxat ſua bona ad illos peruenire, quatenus iuris rõ patiebat̄, & neceſſarium erat ſi fraudare volebat; ſufficiebat. n. ſola inſtitutio ad hoc, quã nõ timet̄ debere reuocare rõne p̄dicta, qa ꝓpe mortem erat, vnde dictã donationē nõ põt credi feciſſe, niſi qa cõſiliũ fraudis cõceperat ꝯ neptē, quã ſciebat vel putare poterat poſſe petere ſupplementū de oĩbus bonis repertis in hæreditate tpe ſuæ mortis, ſi in ſola inſti. permãſiſſet. vt l. ſcimus. §. repletionē. C. de inoſ. teſta. vnde cogitauit alienare dicta bona p donationē inter viuos, vt ſic non reperirētur in hęreditate ſua tēpore ſuæ mortis, & ſic tãto minus ſibi ſuppleret̄; alia. n. rõ eſſe nõ potuit, vnde illa præſumit̄ fuiſſe cã motiua. vt in ſimil. not. gl. C. de fideicõ. l. q̄uis ante fi. gl. magnæ. ibi dũ dicit. Nã ob quã aliã cãm &c. ſicut in ſimili dr̄ in l. titia. §. imperator. ff. de leg. 2. de illo q ad ſubuertendū q̄relã inoſſicioſi teſtī fecit donationē. Suppleant ergo dicti inſtituti legitimã dictæ neptis, vt habeat tertiã integram oĩm bonorū, ēt donatorum, perinde ac ſi donatio prædicta facta non foret, vt dicta authen. vnde ſi parens. Quinimmo cum facta fuerit extraneis, & fuit inoſſicioſa re & conſilio, vt dixi, videretur poſſe in totū reuocari per l. ſi libertus. in fi. ff. de iurepatro. qđ tenet Bar. in d. l. 1. C. de inoffi. dona. licet Bal. aliter, quod tamen non affirmo pro nunc.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Factum ſic ſe habet. Apparet quædã feriola ſiue aqua manu facta nomine minera, q̄ extrahitur de flumine melle, quod eſt flumē publicum, q̄ iam lõgiſſimo tpe in cuius ꝯrium memoria non hr̄, lapſa eſt per territoriū de Cobiado ſuper quo eſt bucha ipſius feriolæ, & deinde per territoriū de Vrago & per certa alia territoria ſucceſſiuè, ſuper qua ſunt multa molendina & ex ea poſſeſſiones adaquãtur, q̄ ſp manutenta eſt per cõe de Vrago & ēt molinarios & ciues quorū ſunt molēdina terræ de Cobiado, vt in curãdo buchã ipſius feriolæ q̄ ſæpe inundatur pp ipſius melle impetum, & ēt netezando totam feriolã, & eam curãdo hoc tñ modo. Quia cõe de Vrago & dicti de Cobiado inſimul curabant ad ipſam buchã, & ēt per dictam feriolã, donec durabat vſus ipſorū de Cobiado, abinde verò infra curabatur ſolum per dictos de Vrago manutenendo pontes ſuper eam dũ ſtratas publicas tranſuerſat &c. Nunc aũt ſunt anni 60. vel circa, apparet ꝙ quidã Antonius fieri fecit vnã feriolã in eodē flumine melle, & infra dictam feriolã primã bene per vnū milliare, deinde apparet ꝙ certa pars aquæ feriolæ primæ ſuperabundabat ripis propter abūdantiam aquæ in vno certo loco, & ita diſcurrebat per quoddã dugale in vnū certū pratum, & ibi faciebat vnam lametã. Et deinde ipſa lameta ſgolabat in feriola ſecunda ipſius Antonij, & ita lapſa eſt forte per annos 16. vel 20. & hoc de per ſe ſine facto alicuius hominis. Verū modo ſunt anni 26. ꝙ vaſum feriolæ primæ illorum de Vrago fuit ampliatū alargatum & curatum, ita ꝙ aqua illa quæ ſuperabundat abinde citra eſt lapſa p ſuum vaſum, & non in dictã lametã, nec per ꝯñs in dictam ſecundam feriolam, dubitat̄ nunquid illi de vrago potuerint illū vaſum alargare, & curare, & totam aquã ibi facere in illū in p̄iudiciū ſcđæ feriolæ & dicti anto. ſiue eius filiorū, q remanſerūt poſt eius mortem. Et p̄ſuppoſito ꝙ eſſent minores tpe dictæ alargationis, & curationis, & abinde citra.

S V M M A R I V M.

1 *Aquæductum põt quiſque ſuum ampliare ob ſuper abundantem aquam colligendam, etiam in præiudicium alterius conductus mõ nihil in alieno ædificetur.*

CONSILIVM CCCLVII.

1 *IN Christi nomine Amen.* ¶ † Notandum eſt, ꝙ dicta prima feriola & aqua diſcurrens per eam eſt illorū de cobiadu, in quorum territorio hēt originem & caput; & p qđ diſcurrit & poſtquã ingredit̄ territoriū de vrago eſt illorum, & ſic eſt aqua priuata non publica; qa p priuata territoria & loca diſcurrit, ſicut dicit gl. de rapo, & mellonceello. ff. de flu. l. 1. §. fluminum. & ita determinat Bart. ſ. ꝙ ſit priuata. eo. tit. l. quominus. in 12. q. dicens ꝙ de iurecõi appellatur incile. ff. de riuis. l. 1. §. incile. in aliquibus locis appellatur formula. ſ. locus prædictus cõcauus per quem ducit̄ aqua de flumine publico ad prædia priuatorum. C. de aquæduc. l. 1. vel. 2. in partibus iſtis appellat̄ feriola, alicubi vallum, vel uallatum ſm eūdem Bar. qui determinat ibi eſſe locum priuatum, & ꝙ ſit eorum in quorum territorio hēt originem ſiue caput, patet. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. hæc interdicta. de aqua plu. ar. l. apud trebatiū. in prin. C. de ſerui. & aqua. l. aquã. rum. n. ex flumine publico non nauigabili cuilibet concedat̄ aquã ducere, vt d. l. quominus, efficit̄ occupantis, vt patet ex ibi no. p Bar. in 1. q. & l. ſi qs ex argen. §. ſi initium. ff. de edē. qa nõ põt p ſuperiorē vel inferiorē aliqd fieri, p qđ incõmodet̄ vſui eius q præuenit & auferat̄ ſibi utilitas quam hēt ex publico, vt ibi no. & l. 2. §. meritò. & §. ſi qs a principe. ne qd in loco publ. licet non ſit ꝓprie occupatio de eo ꝙ in nulli' bonis eſt, qa dicta aqua fluminis publici eſt publica, & in dñio rei publicæ, nõ aūt in bonis nullius. ut no. Bar. in d. l. quominus. in 5. & 15. q. ſed eſt ſimilis illi. facit. l. ſi pluribus. in fin. ff. de lega. 1. ¶ Et ex his patet rñſio ad id de quo q̄rit̄, vz ꝙ illi de vrago potuerunt in vaſe dictæ feriolæ. ſ. primæ facere qđ voluerunt, tanquã in re ſua ꝓpria, & ipſum ampliare ſic, vt totam aquã poſſet ꝯtinere & totam ducere. Et ſic auferre cõmodum aquarum, q̄ pp ſuperabundantiam ſuperueniebat in ſecundam feriolam, qa non fecerunt principalr̄ ut alteri nocerent, ſed ut ſibi ꝓſpicerēt, & nihil immiſerunt in alienum vel in eo fecerunt, ſed in ꝓprio & nullam ſeruitutem debebant ſcđæ feriolæ vel eius dñio. C. de ſeruit. & aqua. l. ſi tibi ſeruitutē. in fi. vbi caſus. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. deniq; macellus. & §. p̄cedēti. idē aiunt &c. in fi. Nec vñr iniuriã vel damnū inferre inferiori vel ſcđæ feriolæ vel dño eius ex eo, ꝙ lucrum ſibi auferant. ff. q̄ in fran. credi. l. 1. §. ſimilimõ. ff. quarū re. actio non det̄. l. 1. §. ſi manumiſſo. in fi. maximè ꝙ ꝓueniebat ex ſuo. i. vaſo primæ feriolæ nõ valente totã aquã ꝯtinere, q̄ feriola prima erat ipſorū. vt ſ̄. ꝓbaui. iuncta. l. ꝓculus. circa finē. ff. de dam. infect. Nec ob. l. 1. §. fi. ff. de riuis. in verbo dilatet, vel extendat &c. quia ibi in eo qui habebat riuū in ſolo alieno, qui poteſt prohiberi a dño ſoli, ſi uult ipſum riuum dilatare vel extēdere in præiudicium dñi ſoli. Nos loquimur in illis qui habent riuum in ſolo proprio, qui non poſſunt ab aliquo prohiberi facere in ſuo quicquid uolunt etiam auferendo lucrum alteri proueniens ex ſuo dummodo non immittant in alienum, vel cauſa nocendi non faciant, ſed ſibi proſpiciendi per iura prædicta. facit. l. 1. §. ſunt q putant. in fi. ff. ne quid in flumine pub.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Titius & Seius fratres magno tempore omnium bonorum ſocij vixerunt, omnia enim proſpera & aduerſa communicauerunt, qua ſocietate durante Titius filiam propriam maritauit, cui de bonis cõibus cētū in dotem dedit, & deceſſit relicto A. eius filio & hærede. Seyus verò tribus filiabus ſuis dotes legauit, videlicet earum cuilibet flo. 200. & deceſſit relicto. B. eius filio & hærede. Qui A. & B. fratres conſanguinei in cõionem & ſocietatem omnium bonorum, in qua & eorum parentes fuerant, perſeuerauerunt magno tempore, & dicta ſocietate durante dotes relictæ per Seyum patrem ipſius B. & alia legata per eundem facta de cõmuni per dictum A. & B. ſoluta fuerunt. Nunc verò dicti A. & B. cum uellent a dicta ſocietate diſcedere, & quia de aliquibus

bus dubitatur, vt diuiſio cum concordia tranſiret, vellent informari quid iuris circa illa, videlicet.

2 ¶ Veſtes quotidianæ & quid de ueſtib⁹ & annulis q ſunt in uſu quotidiano, & maxime vxorum diuitum an ſoluto matrimonio repeti poſſint. Vide Alex. in cõſil. 4 a inci. in cã & hæc uertẽte to. e. uolu. H. F.

¶ Primò, vtrum dotes & alia legata a pr̃e ipſius. B. in teſtõ relicta & de cõi ſoluta per ipſum A. & B. intelligant̃ de cõi ſoluta, an verò de parte tm̃ ipſius. B. cum ab eius patre relicta fuerunt. Et poſito ꝙ videant̃ datæ de cõi ex natura ſocietatis oĩum bonorũ, an ſi de pñti qñ ad diuiſionem veniunt dictus. A. hẽt aliquas filias nubiles poſſit illas de cõi maritare, & dare tm̃ plus, quãtum ꝓ ſororibus dicti. B. datum fuerit.

¶ Scdo q̃rit̃, Si dictus. A. & B. tpe diuiſionis hñt veſtes quotidianas & ẽt feſtiuas, quo ad illas agendũ ſit. An nõ ſint diuidẽdæ, an ſint diuidẽdæ; & ſi ſunt diuidẽdæ, ſm quã ęſtimationẽ ſunt diuidẽdæ, vz. An ſint appciãdæ q̃tũ ꝯſtiterũt, an verò quãtũ de pñti valẽt, cũ forte ſint attritæ & antiquæ, & minus valeãt q̃ ꝯſtiterũt.

¶ Tertiò q̃rit̃. Si d. B. & ẽt. A. obl̃ones aliquas & ꝯctus durante ſocietate fecerint, q non ſpectent ad cõem vtilitatem, an dñium ex illis debeat eſſe cõe. An verò eius tm̃, qui ꝯxerit, & petitur conſilium, ꝙ damnum ſit eius qui contraxit, & non commune.

S V M M A R I A.

1 *Filiæ ſociorum in omnibus bonis dotatæ cenſentur de communi, & filiæ nubiles tempore diuidendæ ſocietatis itidem ſunt dotandæ de communi.*

2 *Veſtes fratrum quotidianæ & feſtiuæ qualiter ſint diuidendæ & æſtimandæ.*

3 *Debita contracta per unum ex fratribus non occaſione ſocietatis contrahenta debent imputari.*

CONSILIVM CCCLVIII.

ſubijcitur, & ſic dicit hia non obſtantibus act. ex teſtõ poſſe auo-
care de manibus Toxeti. ¶ Quæritur quid iuris, & ſuper his ve-
ſtrũ ſalubre quæritur conſiliũ allegationibus iuris ſubmixtum.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſarius ſi approbat venditionem rerum ſibi reſtituendarum ex eo ꝙ hæres grauatus tantundem ſibi dederit in rebus, datis euictis poſſit fideicõmiſſarius redire ad vendicandum alienata.*

CONSILIVM CCCLXXII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Viſo puncto & q̃buſdã
allegationibus factis ꝑ dñm ꝯſultorẽ, añ oĩa tãgam
vnũ tm̃ in dictis allegationibus, qđ hic nõ eſt tractã
dũ de ꝯdi. ob cãm, poſito ꝙ liberatio & q̃etatio fcã
ꝑ ſer Rolãdũ diceret̃ fuiſſe fcã ob cãm cambij, qđ ipſe ſer Rolan
dus receperat; q̃a ꝯdõ ob cãm dat̃, qñ fuit aliq̃d datũ ob cãm de
futuro, q̃ ſecuta nõ eſt. l. 1. ff. de ꝯdi. ſine cã in prin. Sed hic fuit da
tũ ob cãm de p̃terito, q̃ nõ durauit, & ſic potius eſt tractãdũ de cõ
di. ſine cã, quaſi q̃ ſuberat reducta fuerit ad non cãm. l. ſi illo. ff. de
cõdi. ſine cã. & de cõdi. inde. l. elegãter. §. pe. Sed nec de cõdi. ſine
cã vr̃ tractãdũ, q̃a illa cõpetit ꝓ eo qđ eſt datũ; ſed ſer Rolãdus
nihil dedit, ſed remiſit, & q̃etauit; & ſi dicat, ꝙ ẽt tũc cõpetit cõdi
ctio ob cãm. l. ſi q̃s accepto tulerit. ff. de cõd. ob cãm. ergo & ꝯdõ
ſine cã põt cõpetere. Rñdet̃ ꝙ illa loqr̃, qñ q̃s liberat̃ ipſo iure ab
oblõne pſonali, quo caſu agit̃ vt q̃s ſe reponat in priſtinã oblõ-
nẽ, q̃a ueius oblõ erat extincta; ſed ſi nõ fuiſſet in totũ extincta,
vt ſi ꝑ pactũ fuiſſet q̃s liberatus nõ ꝑ acceptionẽ, non ageret̃ ꝯdi.
ob cãm deficiente cã, ſed actione prima; & ſi e aciperet̃ de pacto li
beratorio, replicaret̃ de defectu cãæ. l. ſiue apud acta. cum ſi. C. de
tranſac. & hæc dico ne in æquoco ꝓcedamus, q̃a hic nõ fuit fcã
liberatio ab oblõne pſonali, cũ ille emptor nulla oblõne pſonali
teneret̃ d. ſer Rolãdo. Sed fuit liberat⁹ potius a reali actione, quã
ſperabat ſer Rolãdus acq̃rere exiſtẽte cõdõne ſui legati, vel fidei
cõ. C. cõia de leg. l. fi. §. fi. in verbo vẽdicare. ꝑ quã liberationẽ nõ
uit q̃ſitũ dñiũ liberato, ſed parata ſibi exceptio, ſed cã ob quã fa
cta fuit duraſſet. d. l. ſiue apud acta. in fi. ibi, rerũ vẽdicatione &c.
ſicut nec ꝑ ſniam abſolutoriã. l. exceptio cũ ibi no. ff. de exce. rei
1 iudi. ¶ † Eſt ergo vidẽdũ, an dictus ſer Rolãdus poſſit dictã rẽ vẽ
ditã & ſibi relictã vẽdicare cũ effectu, nõ obſtãte dicta q̃etatione
poſtquã res ſibi data in cãbiũ fuit euicta. Et ſi excipiat̃ de q̃etatio
ne, an poſſit replicari de euictione, & ſic ꝙ cã nõ durauit, vr̃ ꝙ nõ
ꝑ l. ſi ꝓ fundo in fi. ff. de trãſac. ſed loqr̃ in ꝯctu tranſactionis, &
qñ ꝑ aliã viã erat ſibi cõſultũ; vñ ne lis reſuſcitet̃, nõ redit ad pri-
mã actionẽ odio litis. arg. l. ſi fratris. eo. tit. ſed hic nõ erat trãſa-
ctio; q̃a nõ erat tũc lis, cũ cõdõ nõ extitiſſet, & ultra hoc ꝑ aliã viã
nõ poſſet ſuccurri; ergo &c. d. l. ſiue apud acta. in fi. Et hoc exp̃ſ-
ſè poſuit Bar. in l. ſi q̃s aliã. poſt prin. ꝑ vnã col. ff. de ſolu. Dico
ergo ꝑ illã. l. ſi q̃s aliã. vbi dr̃ determinari pñs q̃õ, ꝙ euicta re di-
cto ſer Rolãdo põt in cãbio ipſe redire ad rei vendi. quã hẽret, ſi
nullã q̃etationẽ feciſſet extãte cõdi. fideicõ. Quia ſi ipſe emptor
eidem ſer Rolando dediſſet illã rẽ in cãbiũ, & ꝑ ꝑ hoc ipſe ſer Ro
landus ipſum emptorẽ q̃etaſſet ab oĩ eo qđ ab ipſo poterat pete
re ex cã fideicom. nihilominus ſecuta euictione rei datæ in cãbiũ
poſſet redire ſer Rolandus ad actio. primã; vt eſt ibi caſus in l. ſi
q̃s aliã. q̃a fuiſſet q̃dã ꝑmutatio, cũ ſpẽs dat̃ ꝓ ſpecie ĩ qua req̃rit̃
trãſlatio dñij ab vtraq; parte, & tñ ꝙ nõ poſſit euelli. ff. de rerũ
ꝑmu. l. 1. & hic apparet ꝯrium ſecuta euictione; igit̃ &c. Et idem
ſi dictus hæres, q̃ dedit dictũ cãbiũ rem ſubiectã reſtit. non vendi
diſſet, vt euicta re data in cãbiũ poſſet agi ꝯ eũ actione prima ex
teſtõ, nõ obſtãte q̃etatione ſibi facta. ꝑ d. l. ſi q̃s aliã. Idẽ ergo in
caſu nr̃o, in quo vendidit, & emptori facta fuit q̃etatio, licet ipſe
emptor non dederit in cãbiũ, ſed venditor ab emptore, ſed ab hæ
rede venditore; q̃a ſicut culpa emptoris aſſerentis rem eſſe ſuam
irreuocabiliter cum daret in cambiũ ſecuta euictione & apparen
te ꝯrio debet ſibi nocere. l. & hæc diſtinctio. cũ ibi not. ff. loca. ita
& culpa hr̃dis vẽditoris, q̃ cũ dedit in cambiũ, ſic aſſeruiſſe vr̃, de-
bet nocere emptori hñti cãm ab eo poſt culpam commiſſam. l. ſi
ſuperatus. §. fi. ff. de pig. & quod no. eo. tit. l. ſpẽs. C. de pig. ſibi autẽ
venditori, ſi non uendidiſſet, noceret, vt re euicta poſſet actione
prima ex teſtõ, & ẽt rei vẽdi. cõueniri, ſi rẽ nõ alienaſſet. per d. l.
ſi quis aliam. & ꝑ l. libera quidem theodora. cũ ibi not. C. de ſen.
& interl. & per. d. l. deferre. §. fi. cum l. ſeq. ff. de iure fiſci. & per. l.
eleganter. cum ibi no. ff. de pigno actio. ergo & emptori cãm ab
eo poſtea habenti, vt dictũ eſt. Nec ob. ꝙ dictus ſer Rolãdus non
denunciauit dicto emptori litẽ ſibi motam ſuper re data in cam-
bium; q̃n cũ ab eo nõ habuiſſet cãm, ſed ab hærede vendente, nõ
habuit illi denunciare, ſed venditori qui erat eius autor cãm ab

eo habe

eo habēt pp ꝑteritā culpā in vēdendo rē ſubiacentē reſtõni, tanq̃ nõ ſubiacētē ꝑ iā dicta. Poſſet aūt fouere iuſtitiā dictus emptor, ſi tpe emptionis vel nte feciſſet ſibi fieri dictā quietationē; quia tūc emptor de ea cõfeſſus ad emptionē ꝓceſſiſ.t, nõ ꝓceſſurus ſi qetatio facta nõ fuiſſet, vñ ſibi dēt imputare ſer Rolādus, ſi reſeruationē aliqñā nõ feciſſet. o ea q̃ no. Cy. C. ſi pignus pig. datū ſit. l. iūcta. l. q. tabernas. ff. ď ɔhē. em. qa emptor remaneret decep. ex qetatione ſimpľr factā ſi cõdi. nõ expſſam pti reciperet, qď eſſe ñ b dēt. l. ſi qs in cõſcribēdo. C. de pac. cū ſi. ſed hic cū pri' emiſſet, ñ pc ꝗqueri de ſer Rolā. ꝙ ex ſua qetatione remaneat decept', igiť &c.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Magiſter Franciſcus tenc hñs Tarſiā filiā ſuā lētimā & naturalē ex q. prima eius vxore, & Marga. ex ſcđa q. eius vxore, & Bartholomeū & Zanuictorē eius filios pupillos lētimos & naturales ex d. Apolo. tertia eius vxore, maritauit Chriſtophoro notario d. Tarſiā eius filiā, & ei dedit in dotē duc. 400. auri, ꝓ qbus quidē duca. 400. d. Tarſia cū autoritate eius curatoris ſibi ad hoc ſpāliter decreti, fecit finē dicto eius pri de bonis paternis & maternis, & videat conſultor inſtrm dictæ finis in quo ēt hoc fuit additū & ſolē ni ſtipľone firmatū inter dictū magiſtrū Fran. parte vna, & d. Tarſiā parte altera ꝑdicti eius curatoris autoritate interueniente vcʒ. ¶ Quod ſi caſus acciderit qď Deus auertat, d. magiſtrū Fran. decedere ſine filijs maſculis, aut filios maſculos d. magiſtri Fran. decedere in pupillari ætate, vel poſtea ſine filijs, aut teſtō, ꝙ in quolibet dictorū caſuum d. Tarſia venire debeat ad æqualē ſucceſſionē bonorū d. magi. Fran. vel filiorum maſculorū d. magi. Fran. ſic vt ꝑdicitur decedentiū ſimul cū alijs filiabus d. magi. Fran. &c. vt latius in dicto inſtro apparet. ¶ Deceſſit poſtea d. magi. Fran. inteſtatus relictis poſt ſe ſuperſtitibus ꝑdictis Bartholomeo & Zanictore pupillis eius filijs & inſolidū hæredibus ab inteſt. vigore ſtatuti. & ſuperſtitibus ꝑdictis Tarſia & Margarita eius filiabus. ¶ Quę Margarita recepta dote de bonis pťnis & mťnis fecit finē D. Apo. mři & tutrici d. Bartholomei & Zanuictoris, & videat inſtrm dictæ finis ¶ Poſtea deceſſerūt prædicti Bartho. & Zanictor a pupilli ſuperſtitibus D. Apo. eorum matre, & prædictis Tarſia & Marga. eorū ſororibus conſanguineis tm̄. ¶ Quæritur mō vtrum ex prędictis pacto & ſtipulatione interpoſito in inſtro dictæ finis d. Tarſiæ ipſa Tarſia veniat ad ſucceſſionē bonorū d. magi. Fran. & eius filiorū vel alicuius eorū, & vtrū inſolidū, an ꝓ parte, & ſic ꝓ parte, pro quota, & qñta parte. ¶ Itē q̃ritur an dictū pactū & ſtipulatio d. Tar. proſit d. Marga. ita vt ēt ipſa admittatur ad dictā ſucceſſionē, ſi in quantū non feciſſet finē, & inquantū appareat eā feciſſe fratribus finē validum de bonis paternis & maternis. Quæritur ad quem ſpectet portio d. Margaritæ, quam ipſa aliter habuiſſet ſi finē non feciſſet. ¶ Et no. ꝙ dictū pactū fuit appoſitū in caſu inteſtati, qñ decederēt ſine teſtō, & ſic non impedit libertā teſti factionē. ¶ Itē q̃ritur, quid de d. D. Apo. an ſucceſſerit dictis eius filijs in totū excluſis ꝑdictis Tarſia & Marg. an verò ſimul cū eis admittatur, an verò ipſa D. Apol. penitus ſit excluſa vigore pactorum & finis dictæ Tarſiæ, & an in totum vel pro parte.

SVMMARIA.

1 *Statutum ſi excludat fœminas extantibus maſculis, utrum ipſæ fœminæ per pactum poſſint ſibi conſeruare ius ſuccedendi poſt mortem filiorum.*

Succedenti iure per pactum cõſeruatum an ſit deuolutum an vero per ſtatutum . . . . quando mater eſt in medio.

CONSILIVM CCCLXXIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Notandū eſt ad euidentiā eius de quo quęritur, ꝙ ſi in loco, in quo qō vertitur, vi-
2 get ſtatutū[a], ꝙ extantibus maſculis filiæ fœminę nõ ſuccedūt ab inteſtato, prout audio, qđ eſt & cõiter viget p totā Italiā &c. Vide de verbo ad verbū conſi. 288. ʒ. eo. lib.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo diſponens fructus ſuperabundantes pupilli effici tutoris extenditur & ad annuos redditus extra patriam exiſtentes.*

Redituum nomine quid ueniat, & uide in apoſtil.

2 *Statutum loquens de incontinentia & dilapidatione intelligitur ſecundum quod communiter eſt interpretata.*

CONSILIVM CCCLXXIIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ Super iſtis dubijs parū expedit laborare, quia reſponſiones videnť claræ. † Et quantū ad primū ꝑſuppoſita cõſuetudine ꝑdicta vigēte i Canodiſtria, ꝙ tutores ſuplucrant fructus quoruſcūq; bonorū pupillorū, & in quocunq; loco poſitorū, ſolutis tm̄ debitis, & cū onere miniſtrādi uictū & veſtitū pupillis & quoſcūq; redditus eorū; nõ video cur dictus tutor nõ debuerit lucrari ꝓ tpe quo tutelā vel curā adminiſtrauit ſm volūtatē defuncti reddit' impſtitorū quos dictus pupillus hēbat, & hēt venetijs; qa dicta conſuetudo valida eſt, & potuit extēdere ſuū effectū ad bona, ēt q̃ pupillus hēbat alibi rõe pſonæ pupilli ſubditæ iuriſdõni ſtatuētiū. ar. ī l. magis pu-
b to. §. illud q̃ri. ff. de re. eo. Et appľone redditū [1] q̃ eſt gñalis, comprehēdunť annuæ pſtationes ꝑdictæ. ī Auth. de nõ alie. §. hic igiť. iūcta. l. 7. ff. de vſufr. & qd hť in l. frugis. de uer. ſig. in text. & gl. a & qď no. Inn. in c. paſto. de dona. ſup uerbo redditus. & hoc etiā fulciť volūtate defuncti, q. uoluit in utroq; teſtō dictū tutorē regere & gubernare dictā tutelā ſm modos & conſuetudines illius pťiæ, vbi viget dicta ꝯſuetudo; ergo &c. ar. ff. de pac. l. ltīma. Nec ob. ꝙ in primo teſtō fcō venetijs dixit, ꝙ volebat ipm valere ſm modos venetos &c. ꝓnūciatū eſt, ꝙ illud obtineat vim quo ad bona q̃ ſunt uenetijs, q̃ ꝓnūciatio nõ fuit iuridica; qa nõ põt qs decedere cū duobus teſtīs validis, niſi ſit miles, ſed poſterius tollit ꝑcedēs. Inſti. q. mo. teſt. infir. §. poſteriore. licet hoc nõ poſſit hic aſſignari pp dictā ꝓnūciationē. l. res iudicata. de reg. iur. Ea igiť ꝑſuppoſita rñdeī, ꝙ uerba teſtōris ꝑdicta ꝙ uolebat valere teſtm̄ illud ſm modos venetos, debēt intelligi quātū ad ſolēnitatē teſtī ſeu ꝓbōnū, q̃ multū differt ab illa, q̃ reqriť de iure cõi. iuxta no. p doc. in l. cūcto appľos. de ſum. tri. q faciūt mētionē de tali ꝯſuetudine venetorū; nõ aūt dēt intelligi quantū ad adminiſtrationē tute'æ vel bonorū; qa quo ad illa teſtōr in ꝑcedēti particula ſpāliter diſpoſuit, ꝙ volebat i ea ſeruari modos & ꝯſuetudines vigētes i Canodiſtria; iō gñalia verba ſequētia ꝙ illud teſtm̄ eēt ad modū venetiarū nõ referunť ad ea, qbus in ꝑcedēti particula fuerat ſpāliter ꝓuiſum. l. ſtipľones. §. cõmodiſſimū. & l. doli clã. ff. de verb. obl. l. cohēdi. §. q patrē. ff. de uul. & pu. de lib. & poſth. l. 1. §. dein de. ꝯs ſibiipſi fuiſſet teſtōr ꝯrius, qď nõ eſt dicēdū. Ex his appet, ꝙ ſnia lata in ꝯrīū, vcʒ ꝙ ꝑdictus tutor redderet rõnē de denarijs
a dictorū impſtitorū quos lucrari dēbat, õ fuit iuſta. ¶ † Circa ſm q̃ſitū rñdeť, ꝓ ſtatutū loquēs de tutore accuſatore de incõtinentia ſeu dilapidatione bonorū, vt ſibi dēat auferri adminiſtratio rõne cuius lucrať dictos fructus & redditus, nõ debet huic nocere in lucro ꝑdicto rõne accuſationū factarū de ipſo; qa illę nõ fuerūt de incõtinētia carnali, prout dictū ſtatutū in illo verbo incõtinētia fuit cõiter intellectū. l. ſi de interpretatione. ff. de leg. Nec ď dilapidatione bonorū, q̃ ꝯſiſtit in pdēdo, diminuēdo, diſſipādo, vel alienādo bona, vel eis abutēdo. l. de pditū. ff. de peti. hær. C. de ſnīam paſ. l. fi. circa med. quorū nullū fecit iſte tutor, & ſic nõ deliqt circa pťimoniū & bona teſtōris, qd importat verbū, diſſipare, vel dilapidare; ſed fuerūt dictæ accuſationes de delicto ſeu falſitate cõmiſſa circa ſcripturā teſti, & ſic circa diſpõnē teſtōris, vľ circa ſcripturā actorū, de quo vel qbus uerba ſtatuti nõ loquunť; ergo nec eius diſpō locum ſibi vēdicauit. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accu. ſi tñ pp dicta crīa, de qbus fuit accuſatus & ꝯdēnatus, fuiſſet expſſè remot' a tutela, nõ virtute dicti ſtatuti, qď hoc nõ reportat, ſed alia rõne q̃ iudici viſa fuiſſet; tūc ab illa a qua remotus fuiſſet, & nõ añ, debuiſſet carere dicto lucro, qď ei ꝯcediť rõne adminiſtrationis & laboris, qbus ceſſantibus debuiſſet in ꝯtinētiā ceſſare lucrū. ff. de annu. leg. l. ſeyo amico. in fi. prin. & quod no. in fi. in l. fi. C. de indict. vid. p Cyn. Et p hoc rñdeī ēt ad tertiū q̃ſitū; ſicut. n. remotus ab officio tutelæ futuri tpis nõ timet picula. ff. de ſuſpe. tu. l. decreto. ita nec cõmoda ſentire debet, vt ꝯtrariorū ſit eadē diſciplina. l. & ſi ꝯ. ff. de uul. & pup. ſed ſi pp dictas ꝯdēnationes nõ fuiſſet ab officio tutelæ remotus expſſè, nõ cēſereť pp illas remotus, nec ſuſpēſus ab officio tutelæ; qa nõ fuerūt factæ rõne delicti cõmiſſi in offō, iuxta no. p Bart. ī l. eadē. §. hac. ff. ad l. repetūda. Et ſic ēt ꝓ tpe ſecuto poſt cõdēnatōnē, quo adminiſtraſſet, debuiſſet lucrari, qa lucrū ſeqˀ adminiſtrationē bonorū. ¶ Circa vltimū q̃ſitū cõſiderādū eſt, ꝙ cõſuetudo dictæ pťiæ ñ arctat tutorē lucrātē ad alimētādū pupillū ſecū vľ i domo ſua; forte. n. ſubeſt iuſta cā pp quā hoc fieri nõ debet de iure; vt ſi tutor ſpat eius ſucceſſionē, quo caſu magis eſt alēdus penes ꝓpinquos ſucceſſionē nõ ſperātes. ff. vbi pupil. edu. debe. l. 1. C. e. l. j. & 2. ſed arctat ad adminiſtrādū expēſas vict'. Poſito ergo ꝙ dict' pupillus fuerit alitus penes alios ꝓpinquos, hoc nõ vť nocere dicto tutori i ꝑſato lucro fiēdo, ſi ipſe ſubminiſtrauit illis expēſas neceſſarias, vel p cū nõ ſtetit ar. l. iure ciuili. ff. de cõdi. & demõ. nec ſit ī ptāte aliorū dictū lucrū illi auferre, arg. ff. de arbi. l. ne ī ptāte. &c.

¶ Magſ

[a] ¶ Statuti . . . de exclusione . . . tione. uide d. Alex. de imo. in cõſi. 7. in . . . lu. & unde pulchrā limitationē, quā ponit idē. d. Pau. de ca. in cõſi. 227. lei. circa primum quæſitum. doc. in ꝯl. lege. C. de legi. hæredi.

[b] ¶ Et appellatiõe redditum. Adde ꝙ uerbū redditus ē latius, & in plus ſe hēt quām uerbū fructus, ut patet ex notatis per gl. in c. gñali. de elec. li. 6. & ponit Soci. in cõſil. 36. incip. in cauſa Antonij in 4. col. uer. 10. confirmat in quarto no. & an appellatione redditum & prouentuū ueniāt iura uide Alex. in l. diuortio. §. ſi uir. ff. ſo. ma. in 3. col uerſi. q̃ aūt ueniāt appellatione ubi ꝙ non, & ibi ſubdit not. qď appellatione fructus uenit quodcūq; intereſſe, allegat textū quem dicit eſſe not. in l. loci corpus. §. 1. ff. ſi ſer. uen. quē ad hoc ibi nota. Bal. H. F.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Magr Federicus ceroicus ex prima uxore tres ſuſcepit filios dñm Albertũ Florã & Honeſtã ambas maritatas & dotatas vẽ. Et deinde ea mortua ex ſecũda vxore filiũ maſcu. ſuſcepit. Et veniẽs ad mortẽ vltimũ ſuũ ꝯdidit teſtm̃ vt in forma q̃ mittit. mortu' eſt ipſe magiſter Federicus relictis D. Alberto pubere & Flora & Honeſta puberibus & maritatis vtrinq; ꝯiũctis & dicto maſculo ex ſcđo mr̃imonio tũc impubere & nũc pubere ex vno latere tm̃ ꝯiũcto. Vltimo mortuus eſt D. Alber. ſine filijs & inteſtatus relictis ſuprascriptis ſororibus ſuis utrinq; ꝯiunctis, & fratre maſculo ex uno tm̃ latere ꝯiũcto. ¶ Dubitat de ſucceſſione, an ſorores ſuccedãt uigore fideicõmiſſi pr̃ni ꝑ formã ſubſtõnis, q̃ copulatiuè loqt̃ moriẽte dicto D. Alberto ſine filijs ab inteſt. & D. Gabriele ſine filijs &c. & ſic vr̃ reqri ꝯcurſus & verificatio in extremis copulatiuis maximè ſtãte rõe l. municipalis. cuius copia mittit. E ꝫ vr̃ q nõ, attẽta diſpõne iuris cõis, & forma ſubſtõis, & forma teſti, & videat oino l. hr̃des mei. §. cũ ita. ad treb. & C. de impu. & ali. ſub. l. cũ qdã. cũ ibi no. p doc. modernos. & maxime per Saly. ¶ Scđo dubitat. Quia nulli dubiũ, q ſorores ſuccedũt fratri ab inteſtato in bonis ꝓprijs ipſius D. Alber. nõ obſtãte ſubſtõe fideicõmiſſaria & excluſo altero maſcu. ex vno tm̃ latere cõiũcto p auth. defunctorũ, & auth. poſt fratres & auth. i ſucceſſione. vtrũ cẽt dos mr̃is & in bonis emptis de pecunia ſua ſi expreſsè ꝓbari poſſet. Cæterũ ſi hoc expreſsè ꝓbari nõ poſſet, an ſufficiat ꝓbari q habuit officia & exercitia pſonalia, ex qbus ſolent lucra pcipi ad onus ꝓbãdi trãſferẽdũ in aduerſariũ. Loquor in libris emptis & certis poſſeſſionibus, maximè cõſiderato q nõ erant tot redditus ex bonis patris percepti nec percipi potuiſſent, q ultra victũ hoc fieri potuiſſet, & videatur Bart. poſt glo. in l. cum oportet. de bo. quæ lib. cum alijs per eum ibidem adductis.

SVMMARIVM.

1 *Sorores utrinque coniunctæ admittuntur ad bona fratris mortui excluſo alio fratre conſanguineo tantum, etiam quòd ſubſtitutio de ſororibus videatur facta aliquo ex filiis morientibus.*

CONSILIVM CCCLXXV.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ 1 † Vr̃ q dictæ ſorores admittant ex ſubſtõe pdicta ad bona pr̃na licet ſupſit ali' filius maſculus; qa iſta eſt ſubſtõ fideicõ. & ſuit fcã ſint expreſſione noĩs collectiui. ſ. ſi vterq; vel ambæ. p tex. i l. lucius. §. Gayo. ff. ad treb. vbi vr̃ caſus. Nec ob. q fuit fcã copulatiuè, ad cuius verificationẽ reqrit̃ cõcurſus copulatorũ. l. ſi hr̃di plures. ff. de cõdi. inſti. qa ꝓcederet, ſi in eadẽ orõne, & ad vnũ effectũ copularet; puta ſi talis & talis deceſſerint ſine liberis, talẽ ſubſtituo; ita q illa cõdõ ſine liberis ſemel tm̃ cẽt poſita, & ita ꝓbat illa. l. ſed & hic bis fuit repetita in pſona cuiuſlibet, & ſic illa pluralitas reſoluit i duas ſingularitates, & eſt pinde ac ſi in diuerſis orõnibus cẽnt noĩati. l. falſa. §. fi. ff. de cõdi. & demõ. & ſic in pſona cuiuſlibet de p ſe põt cõdõ pdictæ ſubſti. verificari, ſicut ſi duæ ſubſtões factæ fuiſſent. l. pe. ff. de iniuſto teſta. In ꝯtrariũ vr̃, qa pdicta ꝓcederent inſtitutis & grauatis extraneis, inter quos nõ cẽt ius ltimæ ſucceſſionis ab inteſtato; ſed qñ filijs, tunc ẽt ſi fcã fuit eis ſubſtõ fideicõmiſſaria, vel ẽt pupillaris ſine expſſiõe noĩs collectiui, nõ vẽdicat ſibi locũ, ſi cõdõ ſubſtõis eueniat i pſonã primi moriẽtis, qa ſupeſt alter q ex pſumpta mẽte defuncti ſubſtitutũ excludit ſm̃ Bar. q ita no. i l. qdã teſtõ ꝓculũ. ff. de vul. & pu. & ẽ gl. i l. ſi pr̃ ipuberes. e. ti. q̃ dicit q vltimo [a] tm̃ morienti cẽſet i fcã ſubſtõ, & p eũdẽ Bar. i l. hr̃des mei. §. cũ ita. ff. ad tre. ſecus ſi exiſterẽt ꝯdõ i pſonã vltimi moriẽtis, vt ibi; qa tũc ceſſaret dicta rõ. Br̃ illud ꝓcederet, ſi iſti cẽnt fratres vtrinq; cõiũcti, ita q alter alteri poſſet ab inteſta. ſuccedere, qa tũc illud ius ſuccedẽdi cẽſeret teſtãr voluiſſe inter eos reſeruare ẽt in ſuis bonis. C. de impu. & ali. ſub. l. qdã teſtõ ꝓculũ. Sed hoc nõ hic; qa ex latere tm̃ pr̃is erat cõiũctus defuncto iſte frater ſupſtes, & ſic ſtãtib' ſororibus vtrinq; cõiũctis nõ põt illis ſuccedere. C. de legi. hæred. auth. ceſſante, & in corpe vñ ſumitur. vñ nihil ꝓdeſſet huic fratri ſupſtiti ſorores excludi a ſubſtõne; qa nõ propterea ipſe admittitur nec ex ſubſtõe, qa nõ fuit illi ſubſtitut', licet e ꝯ; ſic nec ẽt ab iteſ. ſed ſuccedũt ſorores vtrinq; cõiũctæ. Qđ ergo bonũ cẽt ſibi fauere ad excludẽdũ ſorores a ſubſtõe nihil habituro. l. ſi poſt mortẽ. §. liberi. ff. đ ꝯtra. Et ſic ꝯcludu' ꝓ pr̃ia pte dictas ſorores fore admittẽdas ex d. ſubſtõe. Nec ob. l. municipalis. qa illa excludit ſi has dotatas a ſucceſſione iteſtati pr̃is extatibus maſculis, non ẽt

a ſucceſ. teſtati; vnde ſicut pater poterat eas inſtituere directo vnà cum fratribus, ita poteſt & fortius eas ſubſtituere per fideicõ. poſt eorum vel alterius eorum mortem in portione illius.

a ¶ Vltimo. Adde ad huius conſi. materiã. d. Alex. de imo. in cõſil. 38. in 1. vol. & cõſ. 84. in 4. vo. In. eod. d. Pau. de ca. in conſil. 232. incip. dubitatio vertit. doc. in l. i. C. de cõdi. inſer. & in c. raynaldus. de teſtamẽtis.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Quidã Iacobus Cicchi morit ab inteſtato relicta quadã D. Philippa q̃ fuerat ſoror patruelis d. Cicchi pr̃is Ia. ac ẽt relicto quodã Ciccho Thomaſij. Qui Cicchus Tho. erat frater ꝯſobrinus ſeu frater cuginus ſm̃ vulgare ſenẽſiũ d. Cicchi pr̃is Ia. necnõ relictis tribus filijs Iaco. Thõ. Itẽ tribus Mini Tho. & trib' filijs Geor. Tho. q filij Ia. Mini & Gor. erãt fr̃es cõſobrini ſm̃ vulgare noſtrũ d. Ia. Cicchi ab iteſtato mortui, vl' ſm̃ leges erãt filij cuginorũ ſeu cõſobrinorũ. Itẽ relicto quodã Cione filio D. Ludo. q̃ D. Lud. ſr̃ erat ſoror cugina d. Ia. Ci. Nũc vertit̃ ꝯtẽtio inter pdictos de ſucceſ. & hr̃ditate d. Ia. attẽtis maxime ifraſcriptis ſtatutis & reformatiõib' ſed vt res clari' intelligat ponã arbores parẽtelæ ſignãdo pſonas mortuas p vnũ M & pſonas viuẽtes p vnũ V. & primò pono parẽtelã D. Philippæ.

FIGVRA

Antonius. M.

Thomaſius. M. — Iacobus. M.

Dña Philippa. V. — Cicchus. M.

Ia. M. de cuius hr̃ditate agit̃.

Pono parentelam Cicchi Thomaſij & nepotum. ſ. filiorum Iacobi Giorgij & Mini.

Cicchus Bartholomei. M.

Thomaſius. M.

Cicchus. V. — D. Margarita. M.

Minus. M. tres filij. V. — Cicchus. M.

Georgius. M. tres filij. V. — Ia. de cuius hereditate agitur.

Iacobus. M. tres filij. V.

Pono parentelam Cionis filij D. Ludouicæ.

Antonius. M.

Meus. M. — D. Ioanna. M.

D. Ludõuica. M. — Iac. M. de cuius hæreditate agitur.

Ciones. V.

SVMMARIA.

1 *Statutum ſi dicat, q propinquiores ſuccedant inter deſcendentes, poteſt eſſe quòd plures ſint eodem gradu, & tamen unus ex his ſit propinquior alio.*

Statutum loquens de gradu an intelligatur de iure ciuili an de iure canonico.

2 *Statutum licet diſponat idem quod ius commune, tamen ex hoc reſultat utilitas.*

CONSILIVM. CCCLXXVI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ 1 † Super iſto facto requiſitus olĩ ꝓ parte d. Cicchi Thomaſij nõ facta mẽtione de Cione, nec de D. Philippa, q dicunt nũc pariter attinuiſſe iure cõſanguinitatis illi Iaco. de cuius hæreditate agitur. ſ. in tertio gradu de iure canonico, & in linea inæquali, & in quinto gradu de iure ciuili, ſicut attinebat d. Cicchus Tho. non credens pro tunc aliũ eſſe propinquiorẽ q̃ d. Cicchũ d. Ia. cõſului pro eo, vcꝫ q hæreditas d. Iac. pertinebat ad Cicchum excluſis filijs fratrũ d. Cicchi ſuis nepotibus, cũ quibus ipſe Cicchus contẽdebat de dicta hereditate tanq̃ eis fuit proximior d. Iac. q̃ dicti nepotes attinebant d. Iac. in ſexto gradu de iure ciuili, q̃q̃ de iure cano. tam d. Cicchus, q̃ dicti nepotes & filij fratrũ attinerẽt illi Iaco. in gradu tertio, ſed illud non faciebat dictos nepotes eſſe pariter ꝓpinquos d. Iac. cum d. Ciccho, cum duo poſſint eſſe alicui attinentes de iure cano. in vno & eodem, & tñ alter eſt illi propinquior. Nã de iure canoni. ego ſum fratri meo in primo gradu, filio verò fratris mei ſum in ſecũda linea inæquali; ſl'r filius alterius fratris mei eſt illi in ſecundo; & tñ quia ego ſum in linea inæquali, illi verò in linea æquali, ego dicor ꝓpinquior filio vnius fratris mei, q filius alterius fratris mei; qđ patet quia de iure ciuili ego ſum in tertio, filius vero alterius fratris in quarto. ff. de gra. l. iuriſconſultus. §. 3. & 4. gradu. iuncta regula canoniſtarũ, q̃ habet quoto gradu remotior diſtat a ſtipite, toto diſtat ab alio per aliã lineã deſcẽdentẽ. de qua in c. fi. extra de cõſan. & affi. Nec ob. ſtatutũ ſub rub. de ſucceſſione deſcẽdentiũ, qđ vr̃ cõſiderare gradũ ꝓut ſumitur de iure canonico, quia vt tunc dixi, & . ſ. in allegationibus tãgitur illud, nõ quantũ ad oſtẽdendũ ꝓximitatẽ ſeu q eſſent ꝓximiores defuncto de cuius hr̃ditate agitur, ſed quãtũ ad extẽdẽdũ gradũ vſq; ad quẽ ꝓpinqui debẽt admitti, vcꝫ vſq; ad quartũ gradũ vulgariter intellectũ. ſ. de iure ca. q facit octauũ de iure ciui. cũ tñ de iure cõi diſponatur aliter. ſ. q vſq; ad decimũ, vt no. p gl. in l. certũ. C. vnd.

vñ cog.& in auth.de ſucceſ.C.de ſuis & legi.q decimus facit qnꝰ-
tū de iure cano.abinde no.ī.vnlt ſtatutū admitti curiā cōis Sena
rū,& ꝓpinqtatē nō ꝯſiderari. Cæterū ī. dictū quartū gradū pñt
eſſe duo, q ſint in uno & eodē gradu,& tñ vnus erat ꝓpinqor al-
tero defuncto de cuius hr̃ditate agiť,ꝓut eſt in caſu nr̃o; qa dictꝰ
Cicchus,& d.Ciones,& dicta dña Philippa,attinebant illi Iac.de
cuius hr̃ditate agiť ī tertio gradu de iure cano.& eodem mō filij
fratrū d.Cicchi;& tñ d.Cicchꝰ,Ciones,& D. Philippa erãt illi Ia.
ꝓpinqores & p ꝯñs potiores in hr̃ditate,q̃ filij fratres Cicchi,qđ
patet.Nã ſi pr̃es dictorū filiorū fratriſq; Cicchi erãt pares d.Iac.
tã in gradu q̃ in eius hr̃ditate,ſeqť q filij eorū nō dñt eſſe æqua-
les pr̃ibus eorū,qa tñ deſcēdũt p vnū gradū, & plus remoti ſunt
a ſtipite q̃ eorū pr̃es.ſtatutū aũt vult,q ꝓpinqores ſuccedant, &
nō dicit q exiſtēs in ꝓpinqori gradu de iure canoni.Nã iſte eſſet
diuerſus modus loquēdi.Et ſi ita loqreť ſtatutū, poſſet dici q di
cti filij fratres Cicchi pariter venirēt cū Ciccho,Cione,& D.Phi
lippa,qa iſti nō erãt in ꝓpinqori gradu,ſed in eodē,qa oẽs in ter
tio.Sed qa dicit,q propinqores ſuccedãt, & dicti tres ſunt pro-
pinqores,vel erãt d.Ia.ſeqť q illi ꝑferunť tã ea forma ſtatuti ꝑ-
dicti,q̃ de iure cōi,quo poſt fratres & eorū filios admittunť pro
pinquiores,vt in auth.poſt fratres.C.de legi.hæred.Nec expedit
multū laborare ſup intellectu ſtatuti veteris ſub rub. de ſucceſ.
qa ſtatutū illud nō pōt gloſari,& loqť,qñ agiť de ſucceſſione fr̃is
carnalis defuncti īter aliū fratrē carnalē, & filios alterius fr̃is car
nalis;quo caſu filij fratris licet ſint in diſpari gradu cū pr̃uo fra-
treq; defuncti,pariter tñ admittunť cū eo tã de iure cōi;ut auth.
ceſſante.ver.& qđ ꝑdicti &c. C.de legi. hr̃di. q̃ ẽt ea forma dicti
ſtatuti qđ minime corrigiť p ſequẽs ſtatutū ſub rubri.de ſucceſ.
deſcēdētiū.ſed potius ꝯfirmatur ver.q filij fratrū &c.Nec ob. q
ſm̃ hoc dicta ſtatuta nihil opãtur vltra ius cōe;qa frequẽter hoc
2 ꝯtingit,† q ſtatutū diſponit illud idē qđ ius cōe,& tñ aliqua reſul
tat ex hoc vtilitas;iuxta no.p Bar.ī l.t.ī fi.prin.ff.ad l.fal.& p gl.
ī c.t.de ꝯſti.li.6.& qđ no.Bal.ī l.a.C.de ꝯſti.pec.añ ſi. ¶ Cōclu-
do dictū Ciccū,Cionē,& D.Philippã ꝑferendã in dicta hr̃ditate.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Quidã Lazarus hebreus ſuū ꝯdidit teſtm̃ in effectu, ſic dicẽs in
ter cætera & in oĩbus ſuis mobilibus & immobilibus iuribus &
actionibus & rōnibus qbuſcūq;,q̃ ipſi Lazaro teſtatori nūc ſpe-
ctãt & ptinēt,& ſpectare & ptinere poſſent,& poterũt in futurū
quacũque rōne,mō,& via,cã,& ingenio, q̃ q & qđ dici poſſit, &
qualitercũq; excogitari in qualibet ciuitate,caſtro,loco,& foro,
ſibi iſtituit & eẽ voluit atque iuſſit ipſe Lazarus teſtōr vr̃es hr̃des
æqs portionibus oẽs ſingulares,filios lĩimos & naturales, quos
& quas nũc hēt,& ipſum teſtōrē ꝯtingerit hēre in futurū ex An-
na hebrea uxore ſua,& poſthumus. ¶ Itē in alia parte teſtĩ dicit.
Cæterū qa ꝑfatus teſtōr eſt hebreus,& uult & intēdit ſeq ſuū ri-
tū,& vſum hebreorū,& ſm̃ ipm̃ ritū vſum & modū ac formã, tã
pro eius aĩa,q̃ pro ſuis ꝑdictis filiabꝰ certū dare ordinē in hebreo
voluit,& mãdauit,& ſic eſt eius finalis intētio & diſpō, q qcqd
ipſe teſtōr dixit & diſpoſuit,ſiue dicet & diſponet in hebreo, &
ſm̃ ſuū ritū,vſum,modū,formã,tã de ipſis ſuis bonis,& rebus,iu
ribus,& actionibus p eū ſ.dimiſſis ipſis ſuis filiabus tm̃,q̃ de ꝑfa
tis ſuis filiabus,ac ẽt de infraſcriptis tutoribus, ita adimpleatur,
& exeq dẽat cū effectu,ac inuiolabiľr obſeruari, ac ſi in pñti ſuo
teſtō & in hac ſua vltima volũtate & diſpōne de eis oĩbus plenã
ac de verbo ad verbū feciſſet mētionē,ſine aliquo obſtaculo & ꝯ-
dictione;hoc addito & declarato, q ipſa eius diſpoſitio ordinata
ſeu ordinanda ab ipſo teſtatore hebreo in nihilo nocere,præiudi
care,& derogare poſſit huic ſuo ultimo teſtamento, uoluntati,
& diſpoſitioni,vel alicui ſuæ parti,quin in omnibus ſuis coutinē
tijs hæc ſua ultima volũtas & diſpō in oĩbus & per omnia ſuum
forte nō poſſit ſortiri effectū,aut qn poſſet executionē ꝑdictorū
oĩm mō quoquo in aliquo impedire ordinationem & ꝯfectionē
prædictæ ultimæ uoluntatis. Et hoc voluit eſſe ſuum vltimum
teſtm̃,qđ præualere uoluit oĩbus alijs, caſſando, & annullando
oẽs alias vltimas voluntates &c.& voluit valere iure teſtamen-
ti & codicillorū &c. ¶ Item reperitur alia diſpoſitio in hebraico
ſic ī effectu dicēs. Ancora comãdo che mie fiole ſiano maridate ī
queſte contrade & non mandarle in terra todeſca, ſel non foſſe
forza,& de farle mãridare cum honore; & ſia partiti li mei beni
infra loro egualmẽte, e qual di loro moriſſe torni li beni ali altri
heredi. Ma ſe mia mogliere parturiſce fiolo maſculo,in quella ſia
da dadi a mie fiole ſtituire a zaſchaduna come meao maſchio &c.
E piu altri legati parerã a la ſua dōna, e tutori, ordina ī queſto he
breo teſtamento non compreſi in lo primo teſtamento. Deinde
accidit qđ teſtator predictus obijt cū ꝑdictis ordinationibus reli
ctis poſt ſe quatuor filiabus & vxore ꝑgnãte,ex qua natus eſt poſt
humus maſculus,poſt ꝑdicta per plures annos forte 14.fit diuiſio
bonorū inter filias fœminas,& maſculū tali modo. Qđ vnaqueq;
filia habuit medietatē eius,qđ habuiſſet ſi fuiſſet maſculus,modo
fuit æqualis reſpectu bonorū ipſa,ſed inæqualis habendo ſolum
reſpectū ad hebraicū teſtm̃, & ad diſpōnē hebreã ñ pōderatis ver
bis,forma,ac ſubſtãtia teſtĩ ꝑdicti more Chriſtiano, & p tabellio
nē Chriſtianū cōpoſiti; ſuper qua diuiſione factū fuit publicum in
ſtr̃m,& in fine dr̃,qualiter habita parte eis filiabus cōtingēre pro
diſpōne hebrea fit finis,remiſſio,liberatio,& pactū ſuper oĩ re hę
reditaria paterna & materna,quã ꝑdictæ filię vel earū aliqua pete
re poſſet,licet de bonis & hæreditate maternis nulla fuerit facta
diuiſio,nec aliter verbū vllū,mō dubitatur de quibuſdã. ¶ Primò,
ſi diſpō illa hebrea,in qua teſtator ſecutus eſt quo ad ſolēnitatē vi
delicet pñtibus duobꝰ teſtibus,& quo ad alia ritū & modū hebreo
rū,valeat ſiu aliquo,& in quo. ¶ Scđ ò poſito ſine ꝑiudicio verita-
tis,q ordinatio hebrea valeat vt ordinatio,an filiæ dēnt eſſe æqua
les,& æqualiter inſtitutæ cū maſculo maxime p ꝯ verba Chriſtia-
ni teſtĩ,& potiſſime in illa pte & vltima, q̃ dicit hoc addito & de-
clarato &c. ¶ Tertiò, ſi dicta finis pactū & remiſſio eo caſu quo
filiæ cū maſculo ęqualiter intelligantur inſtitutæ, aliquid noceat
dictis filiabus,quin petere poſſint reſiduū bonorū hæreditariorū
cū fructibus perceptis p eas nō habitorū ſub velamine hebraicæ
diſpōnis, quã exiſtimarũt formaliter & effectualr opari & valere.

SVMMARIA.

1 *Hebreus teſtator, qui fecit teſtamentū in latino in quo æquauit filias maſculis, nō cenſetur mutaſſe voluntatem in ſecundo teſtamento hebreo facto,ex quo primum erat derogatorium ſequentis.*

2 *Finis & quietatio an noceat ſorori erranti, & ſi ſit iurata.*

3 *Et ſi plus reperiatur an ſors tantum an etiam uſura.*

CONSILIVM CCCLXXVII.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ † Ad primū
vđr dicēdum,
diſpōnē hebraicã nō valere,ſi nō hēt ſolēnitatē & nu
merum teſtium requiſitum de iure ciuili. ſm̃ ea q̃ ha
bētur.C.de codi.l.fi.in fi.Cū debeant viuere ſm̃ ius
cōe Romanorū & ſm̃ eorū leges.C.de iudæis.l.iudęi.Et nemo vi
uēs iure Romano pōt facere quominꝰ leges Romanę locū hēant
in ſua vltima voluntate.ff.de leg.1.l.nemo pōt.C.de teſta.l.teſtãdi
ff.de leg.2.l.codicil.§.fi. Cōtrariū eſt verū,poſtq̃ fuit expreſſè cō
firmata,teſtō facto manu notarij & ſm̃ ritū Chriſtianorū,in quo
fuit adhibita debita ſolēnitas. Nã eſt perinde,ac ſi totū qđ cōtine-
tur in dicta hebraica diſpōne,ꝯtineretur in dicto teſtō ſolēni cōfe
cto manu notarij.ff.de hær.inſt.l.aſſe toto.ff de cōdi.& demō.l.fi.
l.poſthu.§.ſi paganus.ff.ď iniuſt. teſt.ff.de teſt.mili.l.q̃rebatur.ff.
ad treb.l.ſi qs priore.in rōne ſui;& hoc expſſe dixit teſtator in di-
cto ſolēni teſtō. ¶ Ad ſcđm vđr,q dictæ filiæ fœminæ nō debeãt
eſſe æquales,ſed inæquales cū maſculo, ꝓut cōtinetur in diſpōne
hebraica,q̃ fuit poſterior, vcꝫ q q̃libet earū hēat medietatē eius
qđ hēbit maſculꝰ vt moris eſt eorū,cū poſterior ſcriptura ꝑualeat
tã ī vltimis volũtatibꝰ.l.ſi mihi & tibi.§.I legatis.ff.de leg.t. q̃ in
actibus inter viuos.C.de pac.l.pacta nouiſſima. cū multis cōcor.
Contrariū eſt verius,qa qđ dixi,ꝓcederet ſi pcedens voluntas nō
eſſet derogatoria ſequentis,alias præcedens ꝑfertur, niſi in poſte-
riori voluntate ſpāliter & expreſſè pœnituerit prioris,& eã reuo
cauerit in ea parte qua derogauit ſequēti,vt eſt caſus in d.§.in le-
gatis.ver.interdū.& de leg.3.l.ſi qs in priu.teſtĩ.in prin. Sed hoc
in præcedēti teſtō ſolēni dixit,q volebat valere per oĩa ſequentē
diſpōnem hebraicã,ſaluo q per illã in aliquo derogari in præce-
denti teſtō ſolēni,vt habetur in illo verſ.hoc addito & declarato.
q ipſa eius diſpō.ſ.hebraica ordinata vel ordinanda ab ipſo teſta
tore hebreo in nihilo nocere derogare vel ꝑiudicare poſſit huic
ſuo vltimo teſtō,voluntati,& diſpōni,vel alicui ſuæ parti,quin in
oĩbus ſuis contentis hæc ſua vltima voluntas & diſpō in oĩbus &
per oĩa ſuum forte nō poſſet ſortiri effectū,aut quin poſſet execu
tionē omnium ꝑdictorum in aliquo impedire &c. In illo aũt te-
ſtō ſolēni fuerunt filiæ fœminæ pariter & æqualiter inſtitutæ cū
maſculis; vnde ſi procederet ſequēs diſpō hebraica,q̃ facit eas inę
quales,derogaretur dicto teſtamēto in hoc, quia ſimul iſta ſtare
non poſſunt.ſ.q ſint æquales cum maſculis, & q ſint inæquales
cum eis, cum ſint inter ſe cōtrariã,de quorum natura eſt, vt vno
poſito

poſito tollaᵗ alterū.l. ſed & ſi pupill'.§.pe. & ibi no.ff.de inſti.qa natura ꝓhibet vt ꝯtra q̃q; iūgant. poſita ergo inæqualitate ceſſaret æqualitas,& ſic fieret cōtra illū ver.hoc addito. Nec in iſta diſpoſitione hebraica dixit ſe pœnitere eius qđ dixerat in primo teſtō,& in d.verſ.hoc addito. Nā debuiſſet ſaltē dicere,cū faciebat eas inæquales nō obſtātibus q̄buſcūq; verbis in cōtrariū ꝓlatis ī p̄cedēti teſtō,ſeu q̄ hērent huic inæquali diſpoſitione vel ordinationi p̄iudicare vel derogare,ſm ea q̄ plene hāt & no.p Bart.in d. l.ſi q̄s in prin.t.ſtī. Nec tū ꝑ p̄dicta redderet inutilis p̄ſata diſpō hebraica,quā tātopere dixit ſe velle valere,& obſeruari dēre in dicto teſtō ſolēni, qa multa alia cōtinent ibi q̄ nō fuerūt in dicto teſtō ſolēni diſpoſita. Nec ſunt illa cōtraria;vnde nō ſufficit ꝙ in illis valeat & obſeruet̄.l. ſi qñ.C.de inoff.teſt.& qđ no.in l.meuius. §.cū q in vlt.gl.ff.de leg.2.¶Cōcludit̄ ergo,ꝙ dictæ filiæ fœminæ debuerūt habere portiões æquales cū maſculo in diuiſione hr̄ditatis. Et ſi nō habuerūt fuerūt deceptæ per errorē iuris, qa nō cōſiderauerūt nec ponderauerūt d.verſ.hoc addito.q̄ faciebat ꝓ eis ſm verba immediate p̄cedētia,in quibus cōfirmat̄ diſpō hebraica facta vel fiēda,q̄ erat cōtra eas. Nō aūt p̄ſumunt̄ acqeuiſſe diuiſione p̄dictæ factę inæqualiter ex certa ſcīa,ſed potius per errorē.ar. ff.de ꝓb.l.cū de indebito,maxime rōne ſexus.ar.l.ſi ego.ff.ad ſtu ni. Et ſi alius vel alij fecit dictā diuiſionē, multominꝰ dēt factū il-
3 lorū eis nocere.C.ſi in cōi eadēq; cā.l.1.†Ex his p; rñſio ad tertiū q̄ſitū vc;,ꝙ finis pactū & q̄etatio factæ p dictas filias,cū factę fuerint p errorē iuris, nō hñt eis nocere quominus poſſint petere ſe æquari cū maſculo,qa error iuris nō nocet ī dānis vitādis,imo ꝓdeſt & repeti.inducit.l.iuris ignorātiā.ff.de iur.& fac.igno.la 2.maximè fœminas,q̄ plus excuſant̄ ſi in iure errāt.l.regula circa prin. ibi,ꝙ in fœminis &c.eo tit.& ff.de ꝓba.l.cū de indebito.circa mediū ibi,ſina āt is Qui.n.errat,nō tñ paciſci ᵗ.ff.de trāſac.l.cū tutoribus,qa nō cōſentit,et ſi errat in iure.l.ſi p errorē.cū ibi plene no. ff.de iuriſ.om.iu. Et pactū eſt duorū pluriūve in idē placitū & conſenſus.ff.de pac.l.1.in prin. Et iō nō ex tēdit̄ vltra intentionē paciſcentiū. Cū aūt iſtæ vel alij earū noīe diuiſerūt cū fratre inæqualiter,iō fecerūt finē & q̄etationē, qa crediderūt habuiſſe partes eis cōtingētes, & ꝙ eis nō plus dēretur. Nā & tunc fiēda erat finis & quietatio.C.de cōdi.ea lege.l.diſſolutæ. Nō aūt fuit earū intētio,ſi plus debebaᵗ,illud remittere vel dōnare,cū donatio nō p̄ſumat̄ in dubio,ſi alius animus & veriſimilitudo pt ſubeſſe.l. ſi cū aurū. ff.de ſolu. le oper.lib.l. cāpanus. maxī nē in mulieribus,quarū genus auariſſimū ē.ff.ad velle.l.ſi ego. Ex qbꝰ ſequit̄,ꝙ ēt ſi fuerunt iurata dicta finis,& quietatio,nō nocet eis quominus poſſint petere qđ reſtat eis tradendū,cū per hoc nō veniatur contra iurm, ſicut nec cōtra pactū finē vel quietationē; quia ēt iuſm non extēdiiur vltra cogitataᵃ,vel vltra intentionē iurantis.ext. de iureiur. c.clericus.cū ibi no.in gl.c.quēadmodū. Et cōditio, q̄ ineſt diſpoſitioni iuratæ,ineſt iurō,vt ibi & l.fi.C.de nō nu.pecu. cum habeat tres comites.ſ.veritatē,iuſtitiā, & iudiciū.i.diſcretionē & cōſenſū 22.q.2.c.animaduertendum.& nō.C.de nup.authē.ꝙ eiaſ in glo. ¶†Vltra p̄dicta quæritur,an dictæ ſorores poſſint petere a dicto Lazaro fratre ipſarū n̄ ſolū capitale,qđ eis tāgebat, vt eſſent æquales cū eo ſm iam dicta,ſed ēt vſuras quas dictus Lazarus percepit ex illo capitali dādo & exercendo ipſum ad vſuras ſuo nomine & non noīe ſororū,qa credebat ſatisfeciſſe illis. Et vr̄ ꝙ ſic per l. q̄-uia.§.fi.ff.đ pig.ac man.l.idēq;.§.2.ver.ſed & ſi pecuniā meā.& §. ſi mandauero procuratori.ſed in contrarium facit ille.§.in fi. Sed non ob. quia loquitur qñ mutuaſſet ſuo noīe & ſuo periculo.ff. ꝓ ſoc.l.ſi vnus.& qđ no. Bart.in l. qa poterat.ff.ad treb.in fi. Sed hic nullū periculū ſubijt ille Lazarus, tū quia recipiebat pignora ſufficientia,tū quia erat bonæ fidei, & ſic ſi fuiſſent perditæ illæ pecuniæ dānū fuiſſet iſtarū,nō illiꝰ.ff.de pet.hære.l.itē veniūt.§.eos. Et eodē modo lucrū vſurarū ab illo pceptarū vr̄ ad iſtas ſorores pertinere,ad quas periculū pertinebat.C.de fur.l.manifeſtiſſimi. §.ſed cum in ſecundam circa fi.ad l.falc.in ratione.la 2.in prin.

a ¶Cogitata quid ad hoc oīno cōdē. d. Pau. de Caſt. in conſ.68. d. Ale. đ Im. 3 in l. ſciendū.col. 12. in lib.meo de uer. ob. & in l. ſtipulatur. §. 1.eo titu.

S V M M A R I V M.

1 *Filiæ non obſtante inſtrumento finis iurare an poſſint petere & conſequi partē eis tangentem de dote materna, quæ nec venit in illa diuiſione, nec unquam fuit diuiſa, quod dub um ex ſuperiori themate prouenitur.*

CONSILIVM CCCLXXVIII.

1 IN Chriſti nomine Amen.¶†Inſtrumētū diuiſionis dicit, ꝙ diuiſerūt bona p̄rna & m̄rna.ſ. Lazari & n. Annæ ſuę vxoris & parētū d. Lazari iunioris & parentū ſuarū inuincē ꝯtendētiū in uno & eodē mō, vc; qa q̄libet p̄dictarū ſororū habuit medietatē eius,qđ habuit Lazarus frater earū,tā de p̄rnis, q̄ de m̄rnis bonis;& ſic de dote m̄rna q̄ cōputat̄ inter bona m̄rna,cū dos ſit ꝓpriū p̄rimoniū mulierū.l.3.§.ſed utrū.ff.de mino. Vidēdū eſt ergo,an dictæ ſorores videant fuiſſe deceptæ in diuiſione bonorū m̄rnorū,ſicut fuerunt in diuiſione bonorū p̄rnorū,vt ſic poſſint petere ſe æquari cū maſculo in m̄rnis,ſicut.s.dixi in p̄rnis,nō obſtante diuiſione q̄etatione & iurō.vr̄ ꝙ nō, qa in p̄rnis iō dici ꝙ poterant hoc petere, quia Lazarus p̄r eorū in ſuo teſtō ſolēni facto manu notarij faciebat eas æquales cum maſculis,nec erat reuocatū p aliud teſtm̄ factū ſm morē hebraicū; ſed in bōis m̄rnis nō erat teſtm̄ m̄ris faciēs eas æquales, nec teſtm̄ p̄ris factū in bonis ꝓprijs ipſius p̄ris vires ſuas extēdit, vel extēdere pōt ad m̄rna. Br̄ ꝯtriū dici pōt,qa licet nō extet teſtm̄ m̄ris faciēs eas ęq̄les cū maſculo, attñ poſtquā deceſſit inteſtata extat ius cōe, cui ſubijciunt̄ iudæi.C.de iudæ.l.iudæi.qđ ius cōe diſponit, vt in cāſ inteſtati fœminæ deſcēdētes pariter & ęqualr̄ ſuccedāt cū maſculis.C.de li.p̄te.l.maximū vitiū.uerſi.ſancimus.itaq; ius cōe vires ſuas porrigit vbiq; locorū.C.de tēp.in integ.reſti.l.fi.in q̄bus sūt bona. Et ſi dicat̄,iudæi hñt inter ſe ꝯſuetudinē,ꝙ in cā inteſtati ſolus maſculus ſuccedit exclusis fœminis,q̄ debēt dotari, ſicut & q̄ pluribus locis & mihi aſſerit̄. Rñdet̄,ꝙ hoc verū eſt, qñ mulier q̄ remāſit vidua iurauit ſe nihil hēre de bonis mariti vltra dotē. aſs ſm eos & eorū ritū dos remanet in bonis mariti;q a p̄ſumit tātūdē ſubtraxiſſe;& ſic erit iudicādū ita,tāquā đ bonis mariti,cū nō iurauerit,vt mihi aſſerit̄. Quid aūt ex illis ſit dici.s. in alio ꝯſilio.

¶Caſus talis eſt.

¶Inter cætera iudæi fœneratores priuilegiati ſunt, vt ſi q̄ō de pignoribus oriat̄ vel de eorum luitionibus vel ſolutionibus, ſtetur eorū libris cū ſacrō,& plena fides adhibeat̄, niſi p euidētiſſimas & clariſſimas ꝓbōnes oñdat̄ de iuſtitia aduerſarij.¶Mō q̄dā pignoranit vnā rem, & in libro ſcribit̄ res & nomē pignorātis cum aliq̄bus ſignis pſonæ pignorātis, vc; talis magnus ſtipēdiariꝰ & indutus nigrō;inde ad paucos dies apparet p librū hebrei pignus eē reſtitutū pignorāti,ſcriptū eſt.n.in lib.pignorātis pignus fuiſſe reſtitutū pignorāti tali die;vel ſimplr̄ dicit tali die pignꝰ fuiſſe exactū,& vult hoc iurare ipſe iudæus. Ex aduerſo pignorās vult ꝓbare ea die,qua dr̄ fuiſſe reſtitutū,ſe nō fuiſſe ī vrbe p plures teſtes fidedignos,ſed ī alio loco diſtāte ēt p dietas.¶Quærit̄ ſi hoc ꝓbet̄,vtrū hebræus ad pignoris emendationem ſit cogendus.

S V M M A R I V M.

1 *Decreto ſtante quod iudæo de reſtituto pignore credatur cum iuramento, non prodeſt pignoranti probare, qu a ea die fuerit extra territorium per dietas.*

CONSILIVM CCCLXXIX.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶†Cōſiderandū eſt, ꝙ ſi in libro hebrei ſcriptū eſt. ſimplr̄ pignꝰ exactū fuiſſe; qa dr̄ reſcoſſo el tal di &c.nec ſcribit̄ nec p quē i eo qđ ſcribi.ſ.exactū fuiſſe ſtat̄ dicto libro vigore decreti,licet ꝙ pignorāti fuerit reſtitutū nō ꝓbet̄ hoc caſu;qa hoc ſcriptū nō ē ar.l.ſi adulteriū.§.idē pollio-i.ibi.vtiq; ſi error &c. ff.de adul.& qđ legit̄ p Bar.in l.cū q̄d.circa fi.ff.ſi cer.pet.ꝓbatur ergo vt dixi,pignus exactū & reſtitutū,ſed cui ignorat̄. Si ergo pignorās affirmat ſibi nō fuiſſe reſtitutū,nec ſcit̄ cui; ergo probat̄ iſtud pignus iā amiſſum eſſe & ſic p librū hebrei in caſu nr̄o probatur amiſſio iſtiꝰ pignoris,nec eſt amiſſum dolo, vel lata culpa, vel leui,de quibus creditori ad pignus tenetur.l.ſicut.C.de pign. l.ſi cum uenderet.§.fi.cum fi.de pig.ac.vt probabo; ergo hebreꝰ venit abſoluendus.l.ſi nulla.C.de pig.act. Clarum eſt enim,quòd dolo vel lata culpa ipſius hebrei non eſt amiſſum, cum a talibus omnis cauſa excuſat, ut not.in l.1.in gloſſ. magna. in fin.ff.ſi qs iuſdi.non obtemp. Iſte autem in caſu noſtro non ſolum habuit iuſtam cauſam, ſed quodammodo iuſtiſſimam credendi illi qui venit ad luendum pignus. Ex quo ēm dixit, quæ pignora erant, & qua die erant pignorata,& pro quanto. Si hebreus credidit,nō eſt quid ei imputetur,& excuſatur non ſolum a dolo & lata culpa,ſed ēt a leui quātū ad ipſum pignorātē;facit qđ no.i l.1.§.dolū.de eo p quē factū eſt.in l.titio fundū.de ꝯdi.& demō.in l.paulus.§.1.de ope.lib.benefacit.c.ſi beneficia.de præben.lib. 6. Nec ob.ꝙ creditor ēt de ſegnitia tenet̄.l.ſi ſeruos.ff.đ pig.ac.& C.eo. l.ſi nulla culpa vel ſegnitia.& ſic vr̄ hebreo imputādū,ſi nō inquiſiuit,an ille eſſet pignorans, & quare fuit ſegnis inquirendo, ſi ille qui luebat erat ille qui pignorauerat. Nam ſi hoc non fecit,

tolerandus

tolerandū eſt ꝑ alias.n.forte occupationes ipſi & locus talē inq ſitionē nō patiebatur.l.1.in prin.de exerci. Et qa ēt ſi diligentiam iſtā feciſſet, nihil ꝓfuiſſet, cū ēt pignorantē nō cognouiſſet; ergo nō imputatur ei, ſi illā nō fecit.ff.qs ordo in bo.poſ.ſeruet l.fi.§.q ri pōt. Præterea ēt ſi iſta ceſſarent, ex quo amiſſio ꝓbata eſt per di
1 ctū librū hebrei, ſi pignorās vult dicere hebreū eſſe i dolo vel culpa, hoc ſibi ꝓbandū incūbit l.quotiens.§.q dolo.de ꝓba. & in terminis noſtris tenet Cy.C.de pig.ac.l.ſi creditor. Sed ſi ī libro ipſiꝰ hebrei eſſet vlterius ſcriptū, vcʒ pignus eſſe reſtitutū pignoranti, adhuc minus dubiū eſſet ꝓ hebreo, quia vigore dicti decreti crederetur & fides daret in eo qđ ſcriptū.ſ.pignorāti fuiſſe reſtitutū poſſet tñ ipſe pignorans ꝓbare ꝯriū.ſ.ſibi non fuiſſe reſtitutū; vñ q̄ritur an ꝓbādo ꝙ illa die, qua ſcriptū eſt fuiſſe reſtitutū, nō erat in loco ſed abſens ēt per dietas vt mihi dr̄ eū velle ꝓbare dicat ꝓbare ꝯriū eius qđ ſcriptū.ſ.ſibi pignoranti nō fuiſſe reſtitutū, & dicendū vr̄, ꝙ non, licet.n.ex illa ꝓbatione, ꝙ fuerit abſens, ꝓbet ꝙ ſibi perſonaliter non fuerit reſtitutū, nō tñ ꝓbat, ꝙ alteri eius nomine vel ab eo miſſo non fuerit reſtitutū, liber aūt hebrei, vbi ſcribit fuiſſe reſtitutū pignorāti, verus eſſet ēt ſi alteri mādato vel miſſo a pignorāte fuerit reſtitutū, qa pignorans per aliū pignus luēdo per ſe luiſſe videt̄. vt in regula iuris ad hoc.l.ſolutā.ff.de ſolut. Et iſtud veriſimile eſt, attenta perſona ipſius pignorātis, q ſtipendiarius eſt; vnde ꝯ talē virū cadit p̄ſumptio, ꝙ cauſa fraudandi hebreū aliū miſerit, & inſtruxerit de qualitate pignorū, & alijs facturus ipſe poſtea qđ mō facit, & ad hoc facit.l.1.§.ſed ſi improuiſo & qđ ibi no.a ꝯrio ſenſu.ff.de re mili.talis ergo ꝓbatio, ꝙ abſens fuerit eū nō releuat, & nō ꝓbat hoc eſſe &c.vt l.vulgari.& in c. in ꝓſentiā.de ꝓba.in gl.Fruſtra ergo laborat ad ꝓbandū de iſta abſentia, q̄ ēt ꝓbata ſuæ intentioni nō p̄bet adminiculū, ff.de ꝓba.l. ad ꝓba.in fi. ¶ Concludo ergo quocūq; ſcriptū ſit, ſiue ſimplr̄ ꝙ pignus fuerit reſtitutū, ſiue ꝙ pignorāti fuit reſtitutū hebreū ab impetitione ſtipendiarij, ēt ꝓbantis ſe fuiſſe abſentē niſi aliud ꝓbet fore abſoluendū. ¶ Angelus de Caſtro ſa. vtriuſq; iuris doc.

S V M M A R I A.

1 *Iudæus an teneatur probare, ꝙ is cui reſtituit, erat verus procurator pignorantis.*
2 *Pactū ſeu contractus factus ab eo, qui habet ꝑtātē legis cōdendæ, hēt vim legis.*

CONSILIVM CCCLXXX.

1 IN Christi nomine Amen. ¶ † Videtur ꝙ dictus iudæus non ſit liberatus, qa vel dicit ſe reſtituiſſe huic principali pignoranti, & tunc apparet ipſum dicere falſum, eo ipſo ꝙ iſte probat ſe illa die fuiſſet abſentem per dietas, & ſic fuiſſet hoc impoſſibile.iux.no. in l. pantonins.§. rei perduellionis.in gl.ff.de acqui.hære.vnde nō debet ſtare libro ſuo, cū ꝑ euidētiſſimas ꝓbationes appareat de iuſtitia aduerſarij vt patet ea forma pactorū. Aut dicit ſe reſtituiſſe alteri de mādato iſtius principalis, & tunc neceſſe habet probare de mandato illius, & ſic ꝙ ille eſſet verus procura.cui debitor ſoluendo liberat̄. ff.de ſo.l.vero procuratori.alias liberatus nō erit. l. qui homines. §.ſi nullo.ff.eo.tit.Et videtur tex.cum gl.in l.ſi quis vxori.§.apud labeonē.ff.de fur. Iſtud aūt probare nō pōt iſte iudæus; ergo &c. Contrarium eſt verius per illā eandē gl.q̄ eſt in d.§.apud labeonē. q̄ dicit iō ſoluentē ibi non liberari, licet habuiſſet iuſtā cām credēdi illū, cui ſoluit, habere mandatū, cū nō haberet, quia tenebat̄ ad quantitatē, q̄ perire nō poterat; & ſic ēt de caſu fortuito tenebat̄, C.ſi cer.pet.l.incendiū.ſed qñ tenetur ad ſpeciē certā, ꝓut tenet̄ creditor ad reſtōnem pignoris, tunc ſi habuit iuſtā cām credendi illū cui reſtituit habuiſſe mandatū, cū tñ nō habet, liberatur ope exceptionis de æquitate, ſi paratus eſt cedere condi.furtiuā ꝯ illū cui reſtituit aſſerenti ſe habere mandatū.ff.ſi cer.pet.l.cū fundus, §.ſeruū tuū impudens.in fi.vbi eſt tex.cū gl.fi.qa ſufficit ꝙ nō habet, nec dolo vel culpa deſijt habere.l.ꝙ ſæpe.§.ſi res.ff. de ꝯhentem. Sicut ergo ſi ꝓbaret illū, cui reſtituit oſtēdiſſe inſtrumētū mādati, qđ tñ forte erat falſū, diceretur habuiſſe iuſtā cām credēdi, & eſſet liberatꝰ ope excep.de æquitate cedēdo illi acti.vt dixi, ita ī caſu nr̄o poſito ꝙ nō ꝓbet hoc, qa ſufficit ꝙ hoc aſſerat cū iuro, ꝙ illa talia aſſeruit ꝑ ꝗ merito ſibi credidit ꝑ pacta q̄ hēt cū cōitate, q̄ potuit in hoc p̄iudicare ſingularibꝰ pſonis ꝑ pactū, ſicut ꝑ le-
2 gē, vl̄ ſtatutū.vt no.C.đ decretis decu.ſup rub. † qa pactū ſeu ꝯctꝰ illius, q p̄t legē facere, vl̄ ſtatutū, hēt vi legis & ſtatuti, & ſic dēr ꝑ oēs ſeruari.ff.de publi. l.cæſar.& per Bar.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.

S V M M A R I A.

1 *Exceptio nullitatis licet nō impediat executionē quādo indiget altiorē indaginē, tamen ſi non ſeruatur forma ſtatuti in executione, non valet quod agitur.*
2 *Sententia contra aliam ſententiam quando ſit inualida.*

CONSILIVM CCCLXXXI.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ In q̃õne quæ uertit̃ Vtini inter dñam Elenam uxorẽ ſer Henrici petentẽ executionẽ cuiuſdã laudi ex parte una,& dñam Beneuenutam uxorẽ ſer Nicolai de Coloreto ream & conuentam ex altera , de & ſuper bonis ſer Candidi mariti quondã primi dictę dñæ Beneuenutę ſup qbus dr̃ fuiſſe latum laudum,qđ p quatuor uncias cũ dimidia deberent pertinere ad dictam dñam Elenã p reſiduo.i.7.unc.cũ dimidia deberent ptinere ad dictã dñam Beneuenutam. In qbus qdẽ bonis dicti quõdã ſer Candidi dicit dña Elena cõprehẽdi debere medietatẽ bonorũ quõdã ſer Iacobi fr̃is dicti ſer Candidi,q ipſum ſer Candidũ hr̃dem inſtituit, & ſi decederet ſine filijs aut cũ filijs decedẽtibus an̄ quartum annũ , ſubſtituit quẽdam Ioannẽ;& ipſe deceſsit relictis duob' filijs pupillis, quorũ unus deceſsit pubes factus inſtituta matre ſua.ſ.dicta dña Beneuenuta;& ſic dimidia dictorũ bonorum ſer Ia.q̃ ad illũ peruenerat tanq deficta cõditione ſubſtĩonis,remãſit apud dictam puberẽ hr̃demq; ei' mixta & unita cũ bonis & hæreditate dicti ſer Cãdidi , cui uidebat̃ facta ſubſtĩõ de Ioanne ſub duplici ꝯditione uel euẽtu, & ſic uidebat̃ comprehẽdi appĩone bonorũ ſer Candidi in ſnĩa arbitrali lata inter dictas dñas,& in cõpromiſſo facto ĩter eas de bonis ſer Candidi ſm̃ iuris interpretationem;uñ vult dicta dña Elena hr̃e quatuor uncias cũ dimidia bonorũ ſer Iacobi facta diuiſiune ipſius,deinde in 12.vncias ſicut de alijs bonis ſer Candidi q̃ non peruenerunt ad eum a dicto ſer Iac. Alter uerò filius deceſſit impubes,& ſua dimidia puenit ad Ioan.ſubſtitutũ,& ſic acceſſit a bonis ſer Candidi,& de illa non eſt dubium ꝙ ap.dictorũ bonorum ſer Cãdidi non uenit,qa de illa nõ potuit eſſe q̃õ inter p̃dictas. ¶ Præfata uerò dña Beneuenuta dicit,ꝙ nec partes in compromittẽndo,nec arbiter in ꝓnunciando unq̃ ſenſerunt aliqd de bonis quæ fuerũt olim dicti ſer Iacobi, ſed ſolum de illis quæ ſer Candidus habuerat aliunde , & ita dictus arbiter iuratus deponit, quod uidetur ſufficere dictæ dñæ.Beneuenutę.per l.expreſſam.ff. de excep.rei iud.l.ſi cum teſtamento poſt prin.cum l.præcedenti. in fi.Sed domina Elena dicit forte,quòd de intentione partium & arbitri cẽſẽtur fuiſſe omnia illa, quæ ueniunt ex vi & ꝓprio ſignificatu uerborum, ſm̃ iuris interpretationem.ar.cotũ q habentur & no.in l.ſub prætextu.la ſcđa.C.de tranſa.ſed hic eſt hmõi; quia

poſtq̃ hæreditas ſer Iacobi fuit adita per ſer Candidum pro illa parte quæ apud ipſum vel hæredes ſuos remanſit, nõ poterat amplius dici hæreditas ſer Iacobi, ſed ſer Candidi, iux. not. in l. eius q. in prouinciam. ante fi. ff. ſi cer. pe. in gl. ſuper verbo hæreditati. & l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſ. de his qui. ut indig. l. qui titij teſtamẽtum. in prin. ad carbo. l. 3. §. plane mater. quæritur ergo qd iuris.

2 ¶† Circa quod notandum, ꝙ qõ q̃ erat inter d. dñas rõne cuius deuenerunt ad compromiſſum, prouenerat rõne teſti ſer Candidi q̃ filios ſuos hæredes inſtituit, & ſi decederent anteq̃ peruenirent ad xx. ann. ſubſtituit d. Beneuenutam vxorem ſuam & quandam Geltrudam ſororem ſuam in earum uita, & poſt earum mortem quoſdam alios, qui alij mortui ſunt viuentibus dictis dñabus. Cõditio verò dictæ ſubſtõnis euenit, qa filij mortui ſunt anteq̃ ad dictam ætatem. xx. anno. peruenirent, & ſic hæreditas & bona oĩa d. ſer Candidi peruenit ad dictas dñas & ẽt remanſit. Præfatæ verò Geltrudæ dr̃ ſucceſſiſſe dicta dña Elena, quæ petebat dimidiã partis hæreditatis ſer Candidi, quæ pertinuit ad Geltrudam, cuius dicebat ſe hæredem, ſed D. Beneuenuta quæ aſſerebat ſe hæredem filiorum, petebat deducto ære alieno deduci legitimam filiorum quæ erat quatuor vnciæ, dicens illas ad ſe pertinere, & reſiduum diuidere per medium; & ita vr̃ feciſſe arbiter, qui aſſignauit dictæ Elenæ quatuor unc. cum dimidia. Sed neſcio quare illã dimidiam, cum ipſam tangerent quatuor tantum; i. octo tangebãt D. Beneuenutam neſcio ẽt quare non plus. ſ. rõne trebellianicæ.

¶ His ergo præmiſſis videndum eſt, an in gñali diſpoſitione dicti ſer Candidi facta de bonis ſuis, vt poſt mortem filiorum peruenirent ad dictas duas dñas, includeretur ẽt illa dimidia bonorũ, quæ fuerunt ſer Iacobi primi teſtõris, & quæ dimidia peruenit ad illũ filium factum adultum; an non includantur, tanq̃ poſt mortẽ ſer Candidi fuerit potius illius filij facti adulti, tanq̃ tacite ſuis patri ſuo ſubſtitutus per ſer Iacobum, & ſic a ſer Iaco. cenſeatur ille filius habuiſſe, non a patre ſuo ſer Candido; & ſic nõ includatur in gñali diſpoſitione ſer Candidi facta de bonis ſuis. Et breuiter, ſi ſer Iacobus feciſſet ſubſtõnem de Ioanne d. ſer Candido in unum tm̃ caſum. ſ. ſi decederet ſine liberis, non eſſet dubium, ꝙ liberi nõ cenſerentur ſubſtituti pr̃i decedendo cum eis, & ſic ſer Candidus potuiſſet dicta bona alienare tam inter viuos q̃ in vltima voluntate tanq̃ non ſubiecta reſtõni, per ea quæ habentur in l. lucius. la ſecunda. ff. de hære. inſt. & p ꝯñs veniret in gñali diſpõne d. ſer Candidi facta de bonis ſuis, ſicut & alia bona ſua q̃ habuiſſet aliunde, q̃ a ſer Iaco. qa ſua eſſent iſta ſicut illa, cum vnicum pr̃imonium faciant bona vndecunq; quæſita. l. iuriſperitus. §. cum oriundus. ff. de excu. tu. verum qa ſer Iac. fecit ſubſtõnem de Ioanne in duplicem caſum. ſ. ſi Candidus decederet ſine liberis, & iſta ſine dubio fuit facta Candido. Item ſi decederet cum liberis, & illi poſt ea decederent in pupillari ætate, dubitabatur de iſta cui facta cenſetur, an Candido ſicut præcedens, qa tunc eſſet idem quod in illa, licet eius condõ euenerit poſt mortem ſer Cãdidi; & iſtam partem vr̃ ſentire. Bar. in l. cẽturio. ff. de vul. & pup. & añpc. co. in uer. quo vlterius, qd ſi teſtõr dixit &c. vbi ſentit, ꝙ tunc videat̃ facta filijs, qñ expſſè & ſpecificè filij ſunt noĩati, aliàs cẽſeatur facta hærede inſtituto ſub duplici ꝯdõne & ſic ſicut in primo caſum filij non cẽſentur ſubſtituti patri, ſic nec in ſcd̃o, & ſic bona remanent in libera diſpõne inſtituti, ſi neutra condõ exiſtat, & per ꝯñs ueniũt in eius gñali diſpõne facta de bonis ſuis. in ꝯriũ ꝙ cẽſeatur facta filijs, qa ſubſtõ facta poſt mortem plurium cẽſetur facto ultimo morienti. l. codicillis. in fi. prin. & ibi p Bar. ff. de vſufr. leg. vñ in caſu nr̃o, ſi teſtõr habuiſſet iſtos in ptãte ſua, videret̃ ꝙ in pſonam vltimo morientis, q decesſit in pupillari ætate, fuiſſet pupillaris tanq̃ magis fauorabilis; & ſi ita eſt, vr̃ ꝙ vltimò moriẽs uideatur ſubſtitutus fuiſſe penultimo morienti, & penultimò moriens primò morienti; ſicut ſi ſpecifice fuiſſet facta in pſonam filiorũ, p ea q̃ no. Bar. in d. l. centurio loco præall. & p te a. in l. titia ſcyo. §. ſeya. ff. de leg. 2. & ſi hoc eſſet, mortuo d. Candido bona, q̃ fuerant q. ſer Iacobi, perueniſſent ad filios ſer Cãdidi potius ex teſtõ ſer Iacobi ex tacita ſubſtõne q̃ cenſetur fuiſſe facta per eum, q̃ ex teſtõ ſer Candidi & potius q̃ ad hæredes ſer Candidi, & ſic diſpõ ſer Candidi gñaliter facta de bonis ſuis non comprehenderet iſta bona, q̃ poſt eius mortẽ ſubiacebant reſtõni fiendæ filijs, & ſic nõ erant tranſitura ad filios ſer Candidi tanq̃ ad hr̃des eius, ſed tanq̃ extraneos fideicommiſſarios; vñ de ipſis nõ poterat eſſe qõ inter d. dñas tanq̃ de bonis ſer Candidi, qa ptinebãt ad D. Beneuenutã tanq̃ hr̃dem filij ſui quẽ mortuus eſt pubes & ad quẽ peruenerũt tanq̃ bona ſer Iaco. & ex teſtõ ſuo non tanq̃ ad hæredem ſer Candidi pr̃is ſui, nec ex teſtõ ſer Cãdidi. Iſta ſunt ſubtilia dubia ſatis, tñ qcqd ſit, poſito ꝙ prima pars eſſet verior, tñ qa tam per partes q̃ p arbitrium putabat ꝯriũ. ſ. ꝙ bona q. ſer Iac. non caderent in hoc ꝯpromiſſo facto ſu p bonis ſer Candidi, put tam arbiter, q̃ ẽt notarius rogatus de cõpromiſſo atteſtant̃ quantuncunq; cõpromiſſum fuerit factum gñalr̃ de bonis ſer Candidi, & ẽt laudum ſic latũ fuit. Attñ iſta bona, de qbus partes nõ cogitarunt, nõ cõprehẽdũtur. l. ſi cũ dies. §. plenũ. ver. ſed ſi forte. ff. de arb. C. de iudi. l. licet. & ſic virtute laudi non põt peti portio de illis bonis, ſed nec ẽt in alio iudicio ſi maliciose D. Helena omiſit proſequi quod dicitur præſumi, cùm de illis nunquam mẽtionem feceret, per l. de rebus in fi. ff. de arb. ſ. quia incideret in pœnam compromiſſi.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Illuſtris D. Marchio eſtenſis confiſcauit oĩa bona ſer Nicolai Bergamini exiſtentia in territorio & diſtrictu Ferrariæ. Cui Nicolao remanſerunt bona exiſtẽtia Venetijs, vcƺ duc. 8000 imprestitorum, qua cõfiſcatione ſecuta p̃libatus D. Marchio qbuſdam creditoribus d. Nicolai exiſtentibus Ferrariæ ſatisfecit, qbuſdã non; ſiue uni quorum ꝯctus ſunt Ferrariæ celebrati d. dñs ſatisfacere noluit, quo fit vt tales ſiue talis creditor vult exigere debitũ ſuũ ab ipſo Nicolao domiciliũ habẽte Paduæ, maximè occaſione bonorum venetorum p̃dictorum in totum vel ſaltẽ p rata bonorũ uenetorũ, q̃ non fuerunt cõfiſcata, licet bona Ferrariæ fuerint ualoris duc. 20000. credita verò & æs alienũ paruæ quãtitatis reſpectu bonorũ; d. verò Nico. ſe defendit dicẽs nõ teneri virtute talis cõfiſcationis, ſed ꝙ D. Marchio p̃libatus, q ẽt alijs ſoluit creditoribus, tenet̃ ſoluere. Ea p̃dictis q̃rit qd iuris. Si d. Nicolaus in totũ vel parte aliqua ſiue reſpectu bonorũ venetorũ, ſiue reſpectu bonorũ d̃ nouo acqſitũ teneat̃ ſoluere d. ſiue d. creditorib. uel ne.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor illius, cuius bona ſunt confiſcata, non tenetur ſoluere creditoribus de bonis alibi exiſten. quando bona confiſcata in loco ſufficiũt unde fiſcus tenetur.*

CONSILIVM CCCXC.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶† Licet illi q̃ ꝯtraxerũt cum d. Nicolao Ferrariæ cenſeantur habuiſſe reſpectum ad totum pr̃imonium, quod præfatus Nicolaus ubique habebat. ff. de pecul. l. hinc q̃rit̃. §. põt circa med. quia non niſi unicum pr̃imonium dicebatur habere, licet in diuerſis locis haberet bona. l. iuriſperitus. §. cum oriundus. ff. de excu. tut. in fi. Attñ hoc intelligitur ordine ſucceſſiuo, ut per prius ad bona exiſtentia Ferrariæ, maximè qa plura erant, & ꝙ de illis primo loco ſatisfieret, ſcd̃ò ad exiſtẽtia Venetijs ut de illis ſatisfieret in ſubſidium alijs non ſufficientibus, ut d. §. põt. verſi. certe. de tribu. l. procuratoris. §. ſi plures. de teſt. milit. l. ſi certarum. §. j. Et ſm eundem ordinem intelliguntur ꝯcta hypothecaria, ſi quod debitum erat cum hypotheca bonorum, cum illa reguletur ſm ordinem perſonalis actionis, quæ eſt principalis. C. cõia. de lega. l. j. §. fi. ff. de auro & arg. leg. l. ſi non ſint. §. perueniamus. & l. cum aurũ. in fi. & in regula acceſſorium. de reg. iur. vñ cum bona confiſcata Ferrariæ ſint ſufficiẽtia, fiſcus ille debet ſoluere iſti, de quo nũc agitur, ſicut ſoluit alijs. C. ad l. iul. de ui. l. ſi tutoris. nec habet recurſum ad bona exiſtentia Venetiis.

S V M M A R I V M.

1 *Actiones quando in libello plures colligi poſſunt, uidetur actor intentaſſe magis conducibilem.*

2 *Maritus non poteſt præſcribere bona uxoris non data in dotem, & an in dubio bona quæ probantur fuiſſe uxoris, præſumantur data in dotem.*

CONSILIVM CCCXCI.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ In cauſa q̃ uertitur ĩ ciuitate Maſſæ comitatus Senarum & coram poteſtate dictæ ciuitatis inter Pierum Michaelis & Iacobam filiam Antonij & uxorem Ambro. ſeu procuratoris eorum petentes e a vna parte, & D. Gregoriam relictam Michaelis neri ream & conuentam e a altera, de & ſuper quadam domo & quibuſdã petiis terrarum. viſo & diligẽter examinato p ceſſu agitato inter partes mihi tranſmiſſo p conſilio hñdo, q̃ debeant eſſe partes iudicis in p nunciando, & ẽt qbuſdã cõſiliis doctorũ habitis p vtraq; parte & iuribus earũdẽ, vr̃ mihi finalr̃ in puncto iuris ferendã eſſe ſnĩam p agentibus, & d. D. Gregoriam fore cõdemnandam ad reſtõnem bonorum deductorũ in libello, cũ intentio agentiũ videat̃ eſſe fundata, & ex altera parte nihil eſt p batum quod habeat eã excludere.

Nam

1 ¶ †Nam ex verbis libelli tres actiones uidenẽ poſſe ꝯprehendi. ſ. petitio hæredit. dum declaratur ꝙ in hæreditate D. Franciſchinæ remanſerunt dicta bona q̃ petunẽ, & ꝙ hæreditas D. Franciſ. pertinet ad eos ab inteſtato tanq̃ ꝓximiores, vel ex pſona parentũ ſuorum ſi eam adiuerunt, vel ex pſona ꝓpria, & p ſucceſſorium edictum ſi ea non adiuerunt, cum non extẽt alij ꝓpinquiores ꝯſanguinei. ſic dẽnt ſuppleri verba petitionis, & petũt declarari d. hæred. ad ſe ptinere, q̃ verba ꝯueniunt petitioni hæreditatis. ff. de peti. hære. l. licet minimam. ergo ille vr̃ intentata. p ea q̃ not. ff. de libe. & poſth. l. gallus. §. 1. & ibi p Bar. lu fi.] Item ꝯprehendit rei vendicatio, & publiciana, dum petit declarari d. bona ſpectare & ptinere ad actores iure dnij uel quaſi, q̃ verba pdictis actionibus conueniunt. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei ven. & in c. abbate ſanè. de re indi. li. 6. q̃ actiones concurrere pñt cum petitione hrdit. qñ res q̃ petũtur erant hrditariæ, qa fuerant in dñio defuncti uel quaſi dñio. l. item videndum. §. fi. ff. de pet. hære. & ẽt in plus ſe hẽt petitio hrditatis, qa ꝯpetit ẽt ꝓ rebus non hrditarijs, q̃ tñ fuerunt in hrditate repertæ; puta poſſeſſæ vel detẽtæ p defunctum tpe ſuæ mortis. l. & non tñ. in prin. ff. de peti. hære. Cũ aũt oẽs d. tres actiones tendant hic ad eundem fi. ſ. vt agentes cõſequanẽ d. bona ſibi reſtitui licet ex diuerſis principijs oriantẽ, & ſic vnã tenentẽ eligere reo ſup hoc inſtante & petente. l. nemo ex his. §. quotiens. ff. de reg. iur. l. qd' in hrdem. §. eligere. ff. de tribu. Reo tñ ſup hoc non inſtãte ꝙ eligat actor expſsè cẽſeẽ illã elegiſſe, p q̃ leuius & facilius põt ſuã intentionem ꝯſeq pp clam appoſitam, ꝙ pdicta petit oĩ meliori mõ, via, forma &c. ꝓut determinat Cy. in l. edita. C. de eden. in fi. v. qõnis, & ſic in caſu iſto vr̃ intentata petitio hrdit. in qua agentibus ſufficit ꝓbaſſe d. bona tenta & poſſeſſa fuiſſe p d. Do. Franciſ. tpe ſuæ mortis tanq̃ ſua, qd' optime fuit p plures teſtes ꝓbatũ. Nec ob. ꝙ durante mrĩmonio maritus, vt dr̃, poſſidebat, qa nõ apparente ꝙ fuerit ſibi in dotẽ data, pſumitẽ maritus iure familiaritatis vſus potius q̃ iure ſuo. ff. qb' mo. vſuf. amit. l. ſi mulieri uſus domus iũcta. l. q iure familiaritatis. ff. de acq. poſ. Nec ẽt ob. ꝙ d. D. Greg. vr̃ habere titulum legati, qm̃ habuit iſm a Michaele q poterat ꝯueniri peti. hære. ergo ipſam non excuſat, quominus d. actione poſſit ẽt ipſa ꝯueniri, cum non debeat eſſe melioris ꝯdõnis, q̃ eios autor. ff. ad velld. fi. §. j. & no. Bart. expſſe. in l. cogi. in fi. C. de peti. hær. ¶ Præterea dicit Bal. in l. fi. C. de edic. diui adr. tol. p tex. illius. l. in fi. qd' tunc ti. excludit peti. hęre. quando fuit acquiſitua uiuente teſtatore, de cuius hæreditate agitur, ſecus ſi poſt mor-
2 tem, vt ipſe ibi no. in 9. col. †Item non ob. ſtatutũ de pſcr. decennali; qa d. Michael non potuit pſcribere ꝯſtante mrĩmonio, qa non poſſidebat iure ſuo, ſed pſumitẽ uiſſe vſus iure familiaritatis, ut. ſ. dixi. ergo &c. l. fi. ff. quẽad. ſer. amit. poſtq̃ apparet, ꝙ nõ incepit vti niſi poſt ꝯtractum mrĩmoniũ cũ illa D. Fran. & ꝙ ad manus illius dñæ ꝑuenerat p prius & poſt mortẽ ptimi mariti, q p plures teſtes ꝓbanẽ tenuiſſe & poſſediſſe ꝓ ſuis & tanq̃ ſuas. Nã ꝓ antiquo-
a ri poſſeſ. pſumitẽ. C. de acq. poſ. l. in ꝓbata. c. licet cãm. de ꝓb. & no. doc. ĩ mã iterdicti vti poſ. & ſic poſſeſſio d. mariti acqſita poſt ꝯtctũ mrĩmoniũ cũ d. Frã. q poſſidebat, pſumitẽ poſſediſſe, q̃ſi & potiꝰ ꝓ uxore, q̃ ꝓ ſe; ergo ñ potuit pſcribere. l. male agit. C. ď pſcr. 30. an. Nã ſtatutũ intelligitẽ de illo, q poſſidet ꝓ ſe, & nõ ꝓ alio, tñ intelligi dẽat ſm iũs cõe, ut no. in l. li. §. licẽtia. in fi. gl. magnæ. C. de iure delib. Sed nec poſt mortẽ ſuæ uxo. potuit pſcribere, qa nõ potuit ſibi mutare cãm poſſeſ. ſolo aĩo nõ ſũ ꝑuiuẽte noua cã. l. cũ nemo. C. de acq. poſ. ptere a ſciebat res eẽ alienas, quo caſu ſtatutũ nõ hẽt locũ, qa includeret pctm̃, ut tenet Bal. ĩ l. oẽs pplĩ. ff. ď iuſt. & iur. in 3. q. priu. ver. ecce aliã. & Io. an. in c. fi. de exc. li. 6. Itẽ nõ ob. ꝙ d. bona videanẽ fuiſſe data in dotẽ, & ſic ꝙ fuerit ea lucratus ex forma ſtatuti. qa hoc nõ eſt verũ, ex quo nõ apparet ꝙ data fuerint huic ſcďo marito, nec ẽt primo, imo ipſa habuit a primo uiro, & ſic ñ cẽſeẽ data ſcďo marito, nec rõne ſcď i mrĩmõij, nec pp patiẽtiã vxoris ꝙ maritus teneret & poſſideret & fructus colligeret, nec rõne lõgi tpĩs quo fuit paſſa, ꝓut determinat. Bar. in q. di ſpu. p eũ q ĩnce. mulier habẽs largũ pñmonlũ, nec ẽt ob. ꝙ d. bona fuerũt poſito in æſtimo d. Michaelis, & ꝙ ſteterũt tãto tpe, & ꝙ ſoluit ꝓ eis tanq̃ ꝓ ſuis, poſtq̃ apparet, quaẽr ad manus eius ꝑuenerũt. ſ. ab uxore, & ſic nõ erãt ſua ſed uxoris. p l. ſolẽnibus. C. de rei ven. de ac. emp. l. ſi pr̃. & qď ibi no. p Bal. vec. neq; .n. Poſtq̃ ergo p teſtes q̃plures ꝓbatũ eſt, ꝙ d. bona fuerint tẽta & poſſeſſa p primũ maritũ tanq̃ ſua, & poſt eius mortẽ ꝑuenerũt ad manꝰ d. D. Fran. q tenuit ſilr̃ vt ſua 2. uel 3. ann. anteq̃ nuberet ſcďo uiro, & ꝙ poſtq̃ nupſit etiam tenuit poſſ. unà cũ marito uſq; ad ann. Dñi. 1420. quo mortua ẽ, & nõ apparet, ꝙ fuerint ĩ dotẽ data, nec data pſumunẽ ut dixi, patet ꝙ ĩ hæreditate dictæ dñæ vñr remãſiſſe & repertæ fuiſſe, & ſi ueniũs in petitione hæreditatis, poſito ꝙ dñiũ dictæ dñæ nõ foret ꝓbatũ, cui actioni nõ fuit præſcriptũ p iã dicta, & ſic dicti agẽtes dẽt obtinere; qa teſtes de ponũt de parentela, & ſic cõiter habebanẽ & reputabanẽ, qď ſufficere dẽt p ea q̃ no. p doc. in. l. nec naturales. C. de ꝓba. & p Bar. in. l. 1. §. iul. ff. de lib. agno. qa ſunt in quaſi poſſeſſione parentelæ quæ facit præſumi eos eſſe uel fuiſſe tales. l. liberis. §. fi. ff. de lib. cau. nec apparet extare alios ꝓpinquiores. Nec ob. ꝙ pater & mater iſtorũ agentiũ, qbus fuit prima hæreditas primo loco non ꝓbanẽ adiuiſſe hæreditatẽ pdictam, & ſic eam non tranſmiſerunt ad pdictos agẽtes, qa poſito ꝙ ita eſſet, & ſic non poſſent eã habere ex pſona parentum & ex iure tranſmiſſo, ſaltẽ ex propria perſona & recta via p ſucceſſoriũ edictũ, qď habet locum tam in agnatis q̃ in cognatis de iure ciuili. Inſti. de legi. agna. ſuc. §. placebat. Item poſſunt & uerba illa libelli ſunt apta cõprehendere hũc caſum, ſi bene inſpicianẽ; qa dicunt ſe fuiſſe ꝓximiores, & alios ꝓpinquiores ñ extare, & pp clauſulã libelli ꝙ pdicta debent oĩ meliori mõ & forma, quibꝰ melius poſſint &c. Præterea ẽt in rei uen. vidẽtur poſſe obtinere; qa ex dictis teſtiũ patet, ꝙ dña poſſedit annis. 30. & ultra, & pſumiĩ ꝙ bona fide cõpleto dicto tpe. C. vnde ui. l. cum q̃rebaẽ. & ibi no. per Bar. in fi. & ſic acquiſiuit dñium ſaltẽ utile & ius uendicãdi a quocunque poſſeſſore. C. de præſcrip. 30. an. l. ſi quis emptis. §. qď ſi quis ad eius hæredes tranſiuit, l. hæreditas. de uerbo. ſignifi.

¶ Caſus qui ex hoc proceſſu colligitur talis eſt.

¶ Nobilis uir ſer Aſq̃nus de ſubrogauacca duos habens filios uidelicet ſer Macorẽ & ſer Bertoldũ ex legitima coniuge iã defuncta, ſuũ ultimũ condidit teſtm̃, in quo aliqua fecit legata certis pſonis & ẽt pijs locis. Itẽ ſuos hæredes vniuerſales inſtituit pdictos ſer Macorẽ & Bertoldum filios ſuos legitimos & naturales, & ſi dicti ſui filij hæredes morerẽtur anteq̃ ad legitimã ꝑuenrient ætatem, aut ab inteſtato, aut ſine legitimis hæredibus ab ipſis legitimè deſcendentibus eiſdem Mocori & bertoldo ſubſtituit & eos uniuerſales hæredes eſſe uoluit ꝓximiores de parentela & domo ſua. ſ. de ſubrogauacca. deinde in fine clauſulã codicillarẽ appoſuit p hæc uerba. Et hanc ſuã ultimã uoluntatẽ & ultimũ teſtm̃ aſſeruit eſſe uelle, quam & qď uoluit ualere iure codicillorũ, & ſi iure codicillorũ non ualet uoluit ualere quocunque alio iure ultimæ uoluntatis & teſtamenti, quo melius utilius & efficacius de iure ualere põt & tenere. Tranſactis pluribus annis poſt dictũ cõditũ teſtm̃ dictus ſer Aſquinus ſcďam coniugẽ ſuſcepit, ex qua habuit duos filios. ſ. Rizardũ & Bartholomeũ, deinde poſt aliqď tpſ mortuꝰ eſt nullo alio cõdito teſtõ dictis primis filijs & ẽt ſecũdis, quorũ alter erat tũc ætatis circa annorũ quatuor ac ipſorũ matre ſuꝑuiuentibus, exiſtentibus tñ dictis filijs ex ſcďo mrĩmonio in pupillari ætate. Præfati aũt ſer Macor & Bertoldus filij ex primo mrĩmonio ſe in bonis & hæreditate patris immiſcuerũt, filiosq; ex ſcďo mrĩmonio vt fratres in domo paterna rexerunt, gubernauerũt, & alimẽtauerũt uſq; quo pdicti mortui ſũt parũ poſt pupillarẽ ętatẽ ab inteſt. Suꝑſtite tñ mr̃e dictorũ filiorũ ex ſcďo mrĩmonio, qbus mortuis pdicti ſer Macor & Bertoldꝰ filij ex primo mrĩmonio dictã hæreditatem & bona paterna ꝓut prius exercuerũt, adminiſtrauerũt, tenuerũt, & poſſederũt ferè p decẽ annos abſq; ꝯdictione alicuius pſonæ. Tandem dña Truda mater pdictorum Rizardi & Barth. ceſſit cuidã dñæ Bartholomeæ oẽe ius & actionẽ, qď & q̃ habet ſeu hr̃e deberet in bonis & hæreditate dictorum Rizardi & Bartholomei filiorũ ſuorũ ſic ab inteſtato defunctorũ. Nũc uero pfata dña Bartholomea iure ſibi ceſſo a dicta dña Truda agit ꝯ pfatos fratres ſer Macorẽ & Bertoldũ tanq̃ poſſeſſores hæreditatis & bonorũ quondã dicti ſer Aſquini patris ipſorũ, & petit ſententiari & declarari hæreditatẽ dictorũ Bartholomei & Rizardi ptinuiſſe & ſpectaſſe ad dictã dominã Trudã matrẽ, & iã ex ceſſione & trãſlatione de qua. ſ. ſpectare & ptineẽ d. Bartholomeæ pdictæ & inde p iudicẽ cõdẽnari pdictos ſer Macorẽ & Bertoldũ ad reſignandũ & tradẽdũ eidẽ d. Bartholomeæ hæreditatẽ & bona hæreditaria pdictorũ Bartholomei & Rizardi, & in hoc eidẽ debere tradi & reſtitui dimidiã bonorũ & hæreditatẽ q̃ fuerũt ſupradicti ꝯ ſer Aſquinũ cui ut aſſerit dicta dña Truba mater ſeu iã d. Bartholomea ſucceſſerũt dicti duo filij ꝓ dimidia ab inteſtato vnã cum alijs duobus fratribus. ¶ Ex aduerſo per dictos ſer Macorem & Bertoldum reſpondetur ſe non teneri aſſeren-
1 tes primò dictum ſer Aſquinum teſtm̃ ſolenne cõdidiſſe, etiam ſic te-

a ¶ Præſumitẽ Adda bar. i cõſi. 80. inc. In qõne cioli. & in cõſi. 96. incip. Matheolus cũ dẽ d. Pau. de ca. ia ꝯ ſi incip. In cã quæ uertitur doc. neũ ad ſcdem. de re ſti. ſpolia

teſtatum deceſsiſſe,& primò eſſe hæredes patris ex teſtõ ſaltẽ vigore clauſulæ codicillaris vt ſic dicti duo filij Bartholomeus & Rizardus poſt teſtamentum nati teneantur reſtituere per fideicommiſſum dictam hæreditatem, ſi qua ſibi obueniſſet retenta legitima dictis fratribus inſtitutis, poſito quòd dicti duo fratres in teſtamento patris præteriti ipſum teſtamentum tempore ſuæ vitæ impugnaſſent & nullũ dixiſſent, ſed nõ apparet nec apparebit ꝙ unq̃ ullo tẽpore dicti fratres ꝓdictũ patris teſtamentũ impugnauerint ſeu de nullitate egerint ꝯ prædictos fratres inſtitutos,& ſic nulla facta oppoſitione de nullitate dicti teſtĩ dicta dña Barth ›lomea petit dimidiã dictæ hæreditatis ꝓut in libello apparet & ꝓceſſu actitato: In qua etiam ſer Aſquini hæreditate ſunt plurima bona feudalia,quæ dicti fratre: dicũt nullo modo ꝑtinere poſſe ad dictã matrẽ cũ ſunt feuda & bona feudalia auita & antiqua. Itẽ dicũt dicti fratres,ꝙ præſuppoſito ꝙ dicti fratres fuiſſent patri hæredes & ſucceſsiſſent in aliqua parte dictæ hæreditatis, nihilominus dicti fratres ſunt potiores in ſuccedendo dictis ſuis fratribus q̃ ipſa mater,& hoc vigore conſtitutionis ſub rubrica de hære.ab inteſt.licet per aduerſam partẽ opponaĩ ꝙ dicta conſtitutio ſit reuocata & penitus ſublata,ut apparet ex deductis in ꝓceſſu. Ex qbus dubitaĩ de pluribus, de quibus petitur conſilium. ¶ Et primo, quia non apparet dictos Bartholomeũ & Rizardum filios præteritos teſtamentum prædictum patris impugnaſſe, ſeu de nullitate egiſſe,teſtm̃ prædictũ ualidũ remanſerit quaſi ꝑ quãdã tacitã approbatiunẽ. Et an dictum ius dicendi nullũ ad matrẽ tranſiuerit,ut mater nunc ex ꝑſona filiorũ poſſit dictũ teſtm̃ impugnare. ¶ Secundũ dubiũ præſuppoſita nullitate teſtamẽti ex cã prædicta præter tionis, an prædicta clauſula codicillaris operetur fideicõmiſſum ab illis filijs ꝑteritis ab inteſtato uenientibus,& an legata in dicto teſtõ facta cõſeruentur per auth. ex cauſa,aut ſaltem per dictã clauſulam codicillarẽ. ¶ Tertiũ dubiũ,an dicta cõſtitutio de hæredibus ab inteſtato teneat, uel ſit reuocata. Item q̃ritur ſi in feudis prædictis mater dictorũ filiorum ſuccedere poſſet uel ne. Item an legata dicti teſtamenti conſeruentur uirtute dictæ codicillaris clauſulæ.

S V M M A R I A.

1 *Subſtitutio facta de proximioribus, ſi filij inſtituti morerentur ſine prole, cenſetur facta etiam filiis præteritis,qui tacitè approbarunt teſtamentum.*

Mater præteritorum filiorum ex ſecundo matrimonio non ſuccedit niſi in treb. & legiti.ipſorum,non autem in totum propter tacitam ſubſtitutionem.

CONSILIVM CCCXCII.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo & põderato pũcto ſupraſcripto & allegationibus factis in fauorẽ conuentorũ & ſententia lata ꝯ eos in fauorem ceſſionariæ agentis ſm formã ſuæ petitionis, per quã dicti conuenti condemnãtur ad relaxandũ dimidiã partẽ bonorũ,quæ fuerunt primi teſtatoris, ſcilicet ſer Aſquini, quæ dimidia dicitur ſpectaſſe & pertinuiſſe ad duos filios natos ex ſecunda vxore ab inteſtato rupto teſtamento propter eorum præteritionem & erãt alij duo nati ex prima rei & conuenti in hac lite, & ſic ad quemlibet eorum pertinebat quarta pars dictæ hæreditatis,quibus natis ex ſecunda & defunctis dicit ſucceſsiſſe inſolidum domina Truda mater eorum excluſis fratribus ex latere patris tantum de iure cõi, a qua domina Truda præfata domina agens habuit ceſsionem. ¶ Omiſsis dubijs ſupra formatis,ſcilicet primo, ſecundo,& tertio, & fundamentis quæ ſuper eis fiunt per dominos aduocatos dictorum conuentorum & in eorum fauorẽ, quia tenera ſunt dubia ꝓp varietates quę fuerunt inter doctores ſcribentes ſuper eis, & præſuppoſito ſine præiudicio veritatis, ꝙ ex dictis fundamẽtis non poſſet dicta ſentẽtia redargui de iniuſtitia. & quod dominus abbas qui eam dederit veriorem partem elegerit quantum ad dicta dubia quæ ſatis plene fuerit proſecutus propter alia tamen quæ ipſe non tangit, videtur manifeſte redargui poſſe ſua ſententia de iniuſtitia tribus de cauſis. Et primò inquantum condemnauit prædictos ad reſtitutionem integræ dimidiæ bonorum dicti teſtatoris,quia poſito quòd dicta domina Truda fuerit inſolidum hæres filiorum ſuorum, attamen ſibi non debebatur integra dimidia dictorum bonorũ. ſed duntaxat dimidia dictæ dimidiæ, & ſic quarta pars omnium, & alia dimidia dimidiæ quæ facit aliam quartam debet remanere 1

1 pene dictos fratres conuentos † virtute cuiuſdam taciti & reciproci fideicommiſsi, quod cenſetur fuiſſe factum inter filios, 2

vt ſi aliqs eorũ vel aliqui deceſſerint ſine liberis portiões eorũ deueniant in ſuperſtites deducta legitima & trebellianica,q̃ faciunt dimidiã cuiuſlibet portionis. Si uero oẽs deceſſerint ſine liberis, tunc portiones eorũ oĩum deueniant ad ꝓximiores de parentela, hoc aũt ſic oſtẽditur,quia illa ſubſtitutio de ꝓximiorib. de parentela,cũ ſit facta filijs, licet facta fuerit ſine expreſsione nominis collectiui,non põt intelligi facta poſt mortẽ vnius vel aliquorum,cũ ſuperſint alij,qui ex ꝑſumpta voluntate defuncti ſubſtitutè excluderent,ſed intelligiĩ fuiſſe facta poſt mortẽ oĩum,iuxta plenè no. in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad treb.& l.quidam teſtõ proculum ff.de vulg.& pupill.nec ob.l.lucius.§. gayo.ff.ad trebel. quia illa dẽt intelligi,qñ fuiſſet facta extraneis; tunc ultima ſubſtitutio facta pluribus poſt mortem omnium intelligitur facta ultimo morienti. l. codicillis. in fi. prin. & ibi per Barto. ff. de uſufruct. leg. Sed qñ fit vltimo morienti in tota re vel hr̃ditate, videnĩ ꝑmorientibus ſubſtituti. l.titia ſeya.§.ſeyo.ff.de leg 2. vbi eſt caſus ſingularis, ꝙ fideicommiſſum relictum ab ultimo moriente facit videri eos inuicem ſubſtitutos,& ſic ſi unus ex duobus filijs iam natis & inſtitutis decederet ſine liberis, alter ſupſtes veniret ad portionẽ illius ex virtute dictæ tacitæ & reciprocæ ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ, in qua veniret dimidia pars portionis illius ꝑmorientis, quam ille non potuiſſet alienare; altera uerò dimidia remaneĩ penes hr̃des ꝑmorientis ꝓ legitima & trebe. ſi quos forte extraneos inſtituiſſet. ¶ Cõſtat aũt ꝙ rupto teſtõ ex cã ꝑteritionis fideicommiſſũ uniuerſale ꝯſeruaĩ ꝑ auth. ex cã ſicut legata pecularia quarũ uitianĩ directæ inſtitutiones & ſubſtitutiones ꝑ quas ſuccedi tur defuncto,ut no.doc.in auth.ex cã & ĩ l.filio ꝑterito.ff.de iniuſto rup.teſta.cũ tractaĩ q̃ ꝯtineantur appl'one cæterorum,& ꝑ cõſequens tale fideicommiſſum vniuerſale relictũ a ſcriptis hæredibus cẽſetur repetitum per legem in perſonam præteriti vel ſuꝑ tota hæreditate, ſi totam auocat a ſcrip. vt quia ſunt extranei, uel in partem quam auocant, ſi erant fratres,& ſic in effectu licet ſubſtitutio facta de proximioribus de parentela fuerit facta duobus tantum filijs inſtitutis, ſi ipſi tamen non ſucceſſerunt inſolidum, ſed cum duobus poſtea natis ab inteſtato, cenſetur fuiſſe facta omnibus quatuor .ſ.ſi omnes morerentur ſine liberis & in tota hæreditate, cum uoluerit totam deuenire ad dictos propinquiores, ergo portiones præmorientium debent deuenire ad ſuperſtites uirtute tacitæ & reciprocæ ſubſtitutionis,quæ cenſetur facta inter eos, ſi dicta legitima & trebellianica matri q̃ ſola fuit hæres filiorum,quæ legitima & trebel. faciunt dimidiam portionem eorum, & ſic dimidiam dimidiæ totius hæreditatis primi teſtatoris,quod erat probandum,non dico ex clauſula codicillari,quia tunc non foret niſi tertia;quia fideicõmiſſum reſultans ex illa fuiſſet purificatum uiuente teſtatore per natiuitatem poſthumorum præteritorum, & ſic legitima tm̃ ueniebat detrahenda, non trebel.per no.in l.quamq̃. C.ad l.fal.& in c.raynutius & c.raynaldus.de teſta. Sed quia eſt dubium, an illa clauſula ꝯſeruetur, uel locum habeat in caſu nr̃o. Propterea quia teſtator non vr̃ cogitaſſe de poſthumis implicitè uel explicitè, ꝙ ex eo deprehenditur, quia ſi cogitaſſet, non ſubſtituiſſet extraneos poſt mortẽ inſtitutorum, & ſic non eſt credendum ꝙ uoluerit naſcituros eſſe deterioris cõditionis quã iam natos, quod eſſet ſi uideretur eos pure grauaſſe de reſtituendo portiones eorum iam natis; ideo per illã uiam non tranſeo,quæ vr̃ magis dubia. Sed per iſtam, quam dixi, quæ eſt magis clara & minus iniurioſa iſtis filijs poſtea natis, ſi poſt eorum mortem ſine liberis uideantur fuiſſe grauati de reſtituendo fratribus, vt patet cuilibet ad ſenſum. Et iuuantur hæc ex ratione poſita in l.cum acutiſsimi. C.de fideicom. vt bona potius deueniant ad poſteritatem teſtatoris quã ad extraneos, quatenus in teſtõ potuit de ipſis diſponere. In alio uero uidetur dicta ſnia ꝯtinere iniuſtitiam, quia nõ exceptuauit bona feudalia, in quibus mater non potuit ſuccedere, ſed debent antiquã feuda remanere penes agnatos,ſic penes fratres, de gra.ſuc.in feu.cap.1.& de ſuc. feu. pater. Nec etiam dixit fore prius & ante omnia deducenda ea, quæ dictis filijs inſtitutis debeantur ſuper bonis paternis ex perſona matris eorum,quæ tamen erant in iudicio allegata & debebant deduci l.irritum.& l.in imponenda. ff.ad l.fal.

S V M M A R I A.

1 *Actio ad maximam ſummam cedi poteſt pro longè minori ſumma, propter dubium [illegible] eventum.*

2 *Præſcriptione non [illegible] qualiter tempora [illegible] computentur.*

CON-

CONSILIVM CCCXCIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Pro euidentia dicendorũ ſup dictis dubijs vidẽdũ ẽ qd & quãtũ petere poterat dicta Serena filia Gubertini priuſquã ceſſerat iura ſua, vt ſic appareat quid põt petere ceſſionari⁹ uel eius hæres. Rũdeo quãtũ ad bona q fuerũt quondã ſer Bonini aui ſui p̃ni, de quibus p̃r ſuus Gubertinus habuit dimidiã & Serenus frater ſuus alteram dimidiam ꝙ poterat petere dimidiã dimidiæ ſui patris ꝓ legi. & treb. debita p̃ri ſuo, ſi nihil erat apud eam quod imputandũ eſſet in eis, aliàs tanto minus. reliqua verò dimidia dimidiæ pertinet iure fideicõmiſſi ad Ioannem gubertũ filiũ Aalini ex teſtõ ſer Bonini, q in defectũ maſculorum deſcendentiũ ex eo ſubſtituit fratres ſuos & eorũ deſcendentes maſculos. Et ex deſcendentibus teſtatoris nullus ſupereſt maſculus ex deſcendentibus a fratribus ſolus Ioannes gubertus maſculus ſupereſt. Poterat ẽt petere oĩa bona q̃ fuerunt matris dictæ Serenę, cuius ipſa Serena erat inſolidum hæres, & hoc ſi erãt res mobiles vel immobiles ſpecies. Si uerò erat pecunia debita matri ſup boni ſui patris ꝓ qua dicta bona p̃na erant ſibi obligata, cùm ipſa Serena ſit hæres p̃ris inſolidũ de iure cõi & ẽt m̃ris. C. de ſuis & legi. hẽdi. auth. in ſucceſſione. ſi adiuit hẽditarem p̃ris ſine beneficio inuentarij, cõfuſa & extincta eſſet oĩs actio & oblĩo, qa creditor ſucceſſiſſet debitori. C. de pac. l. debitori. ff. de ſolu. l. ſtichũ. §. aditio. cũ ꝯcordan. ẽt ſi p̃na bona non eſſent ſufficientia ad reſtitutionem dotis. l. q̃ dotis. ff. ſolu. mat. Si verò cum beneficio inuentarij, tunc quatenus deficiebat dos m̃na, poterat detrahi etiã de illa dimidia bonorum q̃ ſubiacebat reſtõni ea cã fideicommiſſi. per auth. res quæ. & Auth. in corpore vñ lumĩ. C. cõia de leg. ¶ Et ſi duraret actio perſonalis & hypotecarie tanquam non extinctæ ꝫ Ioannem gubertum fideicommiſſum vlẽm. l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. & ꝫ poſſeſſores alios ſingulares duraret hypothecaria. Et inter bona p̃na computari debet dicta legi.

a & trebel. q̃ ex pſona p̃ris ᵃ detrahĩ. l. q̃q̃. C. ad l. falci. ¶ † Nũc eſt

2 primum q̃ſitum quod continet duo. Primum, an huic ceſſionario agenti poſſit obijci excep. præſcrip. ex forma ꝯſtõnis. Secundum poſito, ꝙ ſic, an habeat beneficium reſtitutionis in integrum, cũ ſit minor. 25. an. licèt ſit adultus. Dico ad primũ, ſi verum eſt quod. ĩ. narrat in caſu ante finem, vẓ ꝙ decretum primum factum fuerit vt ab anno Dñi. 1412. die penult. Aprilis vſq; ad annũ dñi. 1420. die vltima Auguſti nulla curreret præſcriptio põt obijci exceptio pſcripta quod ſic oñdĩ. Illa Serena ſedens tẽpore mortis Gubertini p̃ris ſui erat ætatis unius anni vel circa, vt narraĩ poſt princi. caſus ſeu puncti formati. Et pater ſuus mortuus eſt. 1383. quo anno mortis p̃dictorũ Pau. fuit datus tutor filijs eorum, vt ẽt ibi narraĩ. Igĩ bene computando p̃dicta Serena cõpleuit ætatem pupillarem. 12. annorum in anno dñi. 1393. vel circa. Et p̃dicta facta adulta p duos annos poſt. ſ. 1396. fecit ceſſionem. Erat ergo cœpta pſcriptio. 15. annorum ꝫ eã per duos annos antequam cederet. ſ. anno. 1394. & cucurrit antequã interrumperetũ per annos. 5. vſq; ad an. 1399. quo anno per citationem quã ceſſionarius fieri fecit, fuit interrupta ꝫ citatos, ꝓut colligitur ex forma dictæ conſtitutionis a contrario ſenſu, & etiam probatur quia dicta præſcriptio 15. annorum ſuccedit loco præſcriptionis 30. anno. quæ erit de iure communi, quod patet, qa erit in actionibus perſonalibus & ẽt in realibus ſine ti. ſicut illa; vñ ſicut illa interrumpitur per ſolam citationem. l. ſicut. C. de præſcript. 30. anno. ita & iſta quæ loco eius ſuccedit. ar. C. de non nu. pecu. l. in ꝯtractibus. in fi. prin. & expreſsè determinat hoc Bar. in l. 2. §. fi. ff. ꝓ empto. Contra vero non citatos dicta præſcriptio non fuit interrupta, cum ſit interruptio ciuilis. iuxta not. in l. cum nouiſſimi. §. ſed & ſi quis. de præſcrip. 30. anno. l. cum quis. §. ſi qa ꝓ eo. ff. de ſol. & l. naturaliter. ff. de vſuca. Ex tunc ergo ſi ab anno dñi. 1399. incœpit noua pſcriptio currere, vt not. in d. l. naturaliter. in glo. quæ incipit. l. pro quæſtionibus. in fin. & d. l. cum nouiſſimi. in gloſſ. quæ incipit hoc nomen. & cucurrit vſque ad annum. 1413. & tunc deſijt currere propter dictum decretum, & tunc reſtabat annum ad ſupplementum præſcriptionis, qui currere nõ potuit vſque ad annum. 1420. propter idem decretum, nec poſſunt vſq; ad annum. 1435. propter pupillarem ætatem Iacobi Rizardi hæredis ceſſionarij. Ex tunc cucurrit ille annus & tres vltra, & ſic eſt completa præſcriptio. Et hoc præſuppoſito reſpondeo ad ſecũdũ ꝙ dicto Iacobo Rizardo minori. 25. datur reſtitutio in integrum aduerſus dictum curſum, licet conſtõ prædictã pſcriptionem inducens excipiendo pupillarẽ ætatẽ tm̃ vellit, ꝙ ſupra illã ætatem currat, qđ eſt intelligendũ. ſ. mero iure, ſed non negat auxilium ſingulare in integrũ reſtõnis. gl. eſt ordi. in l. ſicut. C. de pſcrip. 30. an. q̃ incipit. qa tunc. in ver. an aũt reſtituat adultus &c. q̃ determinat hoc expreſsè relata ad tex. & alia gl. q̃ plene diſputat in ſimili in l. vnica. C. ſi de moinẽ. poſ. Sed ſi uera eſt q̃dã informatio alia, quã habui per literas ſeu cedulã, ꝙ decretum dicat nõ cucurriſſe præſcriptionẽ a 1407. die ultimo Aprilis vſq; ad vltimã Auguſt. 1330. tunc dicta præſcriptio non eſſe adhuc completa, ſed reſtarent adhuc anni tres, qa ab anno 1399. quo noua præſcriptio fuit incepta, vſq; ad annũ 1407. cucurrerũt octo anni de præſcriptione, & ſic reſtabant 7. qui nõ cucurrerint niſi poſt annum. 1435. de quibus poſt illum annum cucurrerunt quatuor. reſtãt ergo adhuc tres, & ſic nõ eſſet neceſſaria adhuc reſti. in integrũ, qa eſſet tutus de iure cõi. l. in cãæ. ff. de mino. ſm̃ quę oĩa non expedit laborare in oſtendendo cui incumbat onus probandi, qñ Serena compleuerit pubertatẽ; qa ex narratis in puncto ſatis euidenter apparet ſi narrata ſunt vera, vt patet ex his quæ. ĩ. dixi, quia in 1394. vel circa. & hoc de primo q̃ſito. ¶ Circa ſcd̃m, quod ẽt cõtinet duo. rñdeo ad primũ ꝙ Iacobus Rizardus ꝫ poſſeſſores bonorũ quæ fuerunt primi teſtatoris poteſt agere ad petitionẽ hæreditatis, quatenus tangebat D. Serena pro legitima & trebellianica debita patri ſuo Gubertino in bonis patris ſui reſtõni ſubiectis in defectum maſculorũ, qa lĩma non poterat ei deberi vt hæredi patris ſui. ſ. primi teſtõris, ut no. Cy. in l. hæres inſtituta. C. de impu. & aliis ſub. nec treb. quã non detrahit uti directus hæres. ff. ad treb. l. 1. §. pe. & ibi no. in gl. quæ incipit no. fideicommiſſum &c. ſuper uerbo permittitur. & in gl. ſeq. ſuper uerbo quartã. ¶ Nec ob. titulus quẽ habent vt dr̃, qa cũ ſit acquiſitus poſt mortẽ defuncti, non excludit petitionẽ hæreditatis, ꝓut no. Bal. in l. edicto. C. de edicto diui Adri. tol. in 9. 11. oppo. p tex. illius. l. in fi. vñ tñ̃ dicti poſſeſſores titulum habentes præſcripſiſſe de iure cõi ꝫ petitionẽ hæreditatis longo tpe. ſ. 10. annos inter præſentes & 20. inter abſentes, quia cũ excedat ſuos terminos vt detur cõtra titulos poſidentes exceditur a nuu ſuis terminis vt tollatur minori ᵃ ſpacio q̃ non ſoleat tolli. C. de peti. hæredi. l. hæreditatis. & hoc p tex. d. l. fi. in fi. cũ ibi no. ideo diligenter adhoc aduertatur, qa conſtitutio patriæ inducens præſcrip. 15. an. abbreuiat prę́ſcriptionẽ. longi temporis, non aũt tollit præſcriptione minoris temporis inductas a iure cõi, vt patet in ſimili. auth. quas actiones. in fi. C. de ſacroſ. eccl. Et ſic ẽt uidendũ cõtra quẽ dicta pſcriptio iuris cõis eſſet finita an ꝯtra minores 25. quia tunc cõpeteret reſtitutio an ꝯtra maiorẽ, qa tunc non foret remediũ. ꝙ aũt dixi poſſe agi petitionẽ hæreditatis ꝓcedit eo maxime attẽto, qđ dr̃ circa finẽ puncti, videlicet ꝙ d. Serena nunq̃ habuit poſ. bonorũ hæreditariorũ. Secus. n. eſſet ſi habuiſſet vt eſt gl. ord. in l. 1. ff. de fideic. hære. pe. & in c. 1. de confeſ. lib. 6. circa fi. gl. magnæ. ¶ Quantũ uero ad ſm̃ de quo quæritur in eodẽ ſcd̃o dubio. dico primo non eſſe uerũ ꝙ Ioannes Gubertus ſit hæres inſolidũ Gubertini mediantibus perſonis illorũ de quibus in puncto. Sed hæres Gubertini fuit dicta Serena filia ſua, cuius erat prima cã ſucceſſionis. C. de ſuis & legi. auth. in ſucceſſione, licet ex teſtõ primi teſtatoris iure fideicõmiſſi portio d. Gubertini veniret ei reſtituenda deducta legitima & trebellianica, q̃ debet remanere penes Serenã tanq̃ eius hæredem, de quibus ipſa fecit alteri ceſſionẽ. Hoc. n. ꝙ iure fideicõmiſſi dicta portio Gubertini deberet ad illũ peruenire non fecit nec facit cenſeri hæredem d. Gubertini, ſed potius primi teſtõris q fideicõmiſ. reliquit, cui dr̃ ſuccedi per fideicõmiſſum, nõ hæredi. ff. de uulg. & pupil. l. cohæredi. §. cũ filiæ. iuncta. l. ſi filius. ff. qđ cũ eo. & l. in teſtõ. in princi. C. de teſta. mili. Ideo ſi qua alia bona habuiſſet Gubertinus aliunde q̃ a patre, non pertinerẽt ad dictum Ioã. ſed ad Serenam eius hæredem. ¶ Ad id aũt quđ quæritur an dict⁹ Ioan. Gubertus qui eſt hæres ſer Pauli poſſit conueniri peti. hær. pro bonis alienatis per ſer Pau. vel per tutores eius. Reſpondeẽ, ꝙ ad ipſa bona non, quia ipſa non poſſidet, nec dolo deſijt poſſidere, ſed ad pretium perceptũ ſic, ſi fuit conuerſum in ſui vtilitatem, uel dicti ſer Pau. quatenus alienare non debuerũt. ſ. ꝓ dimidia & treb. debitis Serenæ, quia in petitione hæreditatis pretium loco rei ſuccedit. ff. de pe. hære. l. ſi rem & pretium facit. l. 1. §. fi. ff. depo. ¶ Ad tertiũ q̃ſitũ rñdetur, ꝙ ſicut inuentariũ faciebat fidẽ contra ipſum ſer Paulũ tutorẽ quĩ ipſum confecit. C. arbi. tu. l. fi. ita contra hæredem eius. ff. de reg. iur. l. hæredem. & l. nemo plus,

commo

ᵃ ¶ Partis. ad de Bar. in l. l. cũ qui. 2. col. uer. extra gl. quæro. C. de iuris & fact. ignor. ubi vide Bal. ĩ 2. col. ver. ſexto probatur mirabiliter in iſta materia loquentẽ & uide eũdẽ. d. Paul de Ca. in cõſ. 126. incip. dubia. de quibus quæritur. qui uſ de no. diſſoris.

cõmo,& ẽt ꝯ habẽtes cãm poſtea ab ẽo.eo.tit. l. nemo plus iuris, & ĩ l.lus.§.nõ debeo.& l.ad aliud.§.fi.ff.ad velle.l.fi.§.1.ff.ad treb. l.cogi.§.neratius.in fi.ff.de pig.l.ſi ſuperatus.§.fi.& qđ no. C.eo. tit.l.pſes.& per Dy.extra de reg.iur.l.ſi qs in ius.& per Cy. C. de ꝑpẽ.l.eius,ĩ 1.q.in fi.ſed ꝯ alios poſſeſſores,q nõ habuiſſent cãm a ſer Paulo,ſecus per regulã res inter alios acta. & p id qđ no.Cy. C.de poſiti.l.deſideriũ.ſ.ꝙ inſtrm cõſectũ inter alios alijs nõ ꝑiu dicat.ſ.nõ habentibus ab illis cãm.facit.l.ad ꝓba.la 1. C. de ꝓba. ibi ſed quẽ tenor ſcripturæ deſignat adiuuat &c. ¶ Ad quartũ rñ-detur,ꝙ hæres tutoris põt cõueniri ꝓ reddẽda adminiſtratione, ſicut ipſe tutor,C.de hære.tu.l.fi.& per totũ.ff.arbitr.tu. l.tutelæ. & l.ſi defunctus.nõ tñ tenetur de leui vel leuiſſima culpa defun-cti,ſi ꝯ defunctũ lis nõ fuerat ꝯteſtata, ſed de dolo tm̃ & lata cul-pa.l.1.C.de hære.tut. quatenus ad eũ hæredẽ ꝑuenit de bonis pu pilli.d.l.fi,eo.ti.de hære.tut. Itẽ tanq̃ hęres Azolini,q dicta bona adminiſtrauit,licet nõ tanq̃ tutor ſed negociorũ geſtor, ſiẽr poſ-ſet cõueniri dicta actione nego.geſt.ad reſtõnẽ fructuũ percepto-rũ de parte ꝯtingẽte dictã Serenã.ff.de neg.geſt.l.3.§.hęc actio,& ex quo voluntariè adminiſtrauit;qa nemo eũ cõpulit, tenetur hæ res ſuus ẽt de culpa leui defuncti,vt ibi no.& in l.curatoris.C.eo. ti.in gl.pe.circa fi. ¶ Circa quintũ & vltimũ q̃ſitum videnda ſunt tria. Primũ eſt vtrũ dicta actio videaẽ vendita iuſto ꝑtio ꝓ duob' millibus ducatis,ſi bona q̃ poſſunt exigi valent multo plus, vẽ ꝙ nõ,ſed ꝙ ex hoc ceſſio præſumatur ſimulata.C.man.l. per diuer-ſas.cũ ibi no.Contrariũ eſt verũ,ſi facta æſtimatione impenſarum laboris & dubij euẽtus,q cẽſetur hic venditus, veriſiẽr non plus fuiſſet vẽditũ, vt ibi no.& arg.eorũ.q̃ hñr & no.in l.lucius.§.fi.ff. ad treb.d.l.ſi quo cũ aliter.de verb.ob.C.de reſcin.vẽ.l.2.l. ꝙ ſi nul la.de hære.vel acti.vẽ. Quis.n.eſſet ille fatuus,q pro actione com petente ad centũ daret manualiter centum & poneret ſe in dubio exigendi;debent ergo cõſiderari prædicta. Sed ẽt ſine eis cõſide-rata perſona cedẽtis,q̃ erat mulier,cui dicta actio erat quaſi inuti lis;qa ex ea nunq̃ fuiſſet aliquid cõſecuta tam rõne ſexus, q̃ rõne paupertatis, q̃ etiam ꝑꝑ potentiã partis aduerſæ, debet reputari iuſto pretio vendita, etiã ſi multo plus ex ea poterit exigi ꝑꝑ in-certitudinẽ dubij euẽt'. l.ſi ea lege.& l.ſi ea pactiõe cũ ibi no.& l. oleo.C.đ vſur.qđ voluit Bal.in d.l.per diuerſas.in 12.q. & Spe.in ti.de ceſſi.act.§.1.ver.ſed opponitur ad ꝓmiſſa. vſq; ad ver.quid ſi excõicatus.& ibi maxime dum dicit, quid.n.ſi cedens pauper ſit, nec habet vnde cãm ꝓſequatur &c.nã ex prędictis apparere põt, ꝓ non aĩo calũniandi vel vexandi aliunde cõceſſionem fecit, ſed alia vrgẽti cã ductus & neceſſitate rei familiaris coactus, ſicut in caſibus quibuſdam poſitis in d.l. per diuerſas.verſ.excep. qui ex-tenditur etiam alios ibi non numeratos eandem vel ſimilem rõnẽ habentes,vt eadem.l. in fi. in verbo. quã alijs cauſis &c. cum glo. Tunc aũt habet locum, qđ prius dixerat, non plus poſſe exigi q̃ ſolutum ſit,ꝓcedit qñ nulla alia iuſta & rationabilis cã cedendi ꝓ multo minori pretio q̃ valeat,põt manifeſtè deprehendi. Nã tunc vẽ præſumptione illius.l.facta aĩo vexandi & calumniandi & redẽ ptione latis, vt dicit expreſsè tex. in verſ. nulla.n.tali rõne &c. in ea l.per diuerſas. ¶ Ex his rñdetur ad ſecundũ, videlicet ſi nõ cõ ſtat de numeratione pretij.ſ.dictorum duorũ millium niſi per cõ feſſionẽ cedentis,an ſufficiat.& Bar.cum pluribus alijs cõſuluit, ꝙ non, vt ipſe no.in d.l.per diuerſas.dicens confeſſionẽ præſumi ſimulatã, & ſic ceſſionẽ nõ valere tanq̃ carentẽ titulo. Contrariũ determinat ibi Bal.& in l.fi.C.ne lite cõteſt.eo caſu quo iuſto pre tio facta fuerit,vt ſufficiat ꝯfeſſio de ꝑtio recepto,& ita dicit ſer-uari de facto.Ex his rñdeẽ ad principale q̃ſitũ, vcʒ ꝙ totũ qđ de-bet poterit exigi ẽt vltra valorẽ duorũ milliũ, tanq̃ illud nõ cẽſea tur plus valere vel valuiſſe tẽpore ceſſionis ꝑꝑ cauſas allegatas.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Verolicus,qui habebat Iulianam & Catherinam filias marita-tas & dotatas ex bonis ſuis, veniens ad mortem condidit teſta-mentum, in quo dictas filias æqualibus partibus hæredes ſibi vniuerſis inſtituit,& ita ſubſtituit, videlicet ſi dicta Iuliana & Ca therina decederent qñcunq; abſq; legitimis hæredibus ex ipſis de ſcendentibus ſubſtituit Paulum & Franciſcum eius nepotes agna tos ſuos in dimidia bonorum ipſius teſtatoris. Poſtmodum Ca-therina liberos non habens deceſſit ſupeſtite prædicta Iuliana ſorore condito teſtamento, in quo inſtituit hæredem maritum ſuum. Nunc de portione q̃ fuit prædictæ Catherinæ,quæritur & eſt controuerſia inter Iulianam prædictam ſororem prædictæ de functæ, & Paulum ac eius nepotem, prætendentibus ipſis Pau-lo & nepote ſe dẽre admitti ad partẽ hẽditatis Verolici,q̃ fuit Ca therinæ uigore ſubſtõnis.Ex aduerſo uerò Iuliana prætendens ſe dẽre admitti ad illã partẽ ex tacito fideicõ.qa potius pr̃ uoluerit ad partẽ vnius filiæ præmorientẽ ſine liberis aliã ſupſtitẽ vocari q̃ extraneos.Sup hoc petiẽ rñſio,qd iuris. ¶ Deinde poſito, ꝙ Iu-liana ad illã partẽ potius admittaẽ q̃ ꝑdicti extranei ſubſtituti, q̃-riẽ an Fran.hẽs teſtõris dictæ Catherinę vxoris ſuæ ꝑdefunctæ in reſtõne faciendã Iulianæ dẽat cõputare in ltĩmam & trebelliani-cã Catherinæ,quã detrahet,dotẽ & alia ꝑ patrem data ipſi Cathe rinæ gr̃a maritandi,& an fructus aliquos ꝑceptos de bonis dictæ partis etiam debeat computare ſaltem in trebellianicam,vbi duas quartas uidelicet legitimam & trebellianicam detrahet.

S V M M A R I A.

1 *Subſtitutio facta duobus ſine nomine collectiuo an uendicet ſibi locum in pri-mo moriente.*

2 *Subſtitutiones per nomen collectiuum,uterque,uel ambo &c. uel ſi ſine liberis inſtituti moriantur,pares ſunt.*

3 *Dos & ſimilia an computentur in legitima.*

CONSILIVM CCCXCIIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ †Primũ q̃ſitum nõ paruã dubitationem habet ꝑꝑ varia dicta doctorum iuris ciuilis.ſ.primo nũquã vẽ portionem dictæ Catherinę ꝑmortuæ deuenire ad ſubſtitutos,poſtq̃ in ꝑſo-na dictæ Catherinæ ꝯdõ ſubſtõnis extitit,quia ſine liberis deceſ-ſit,& ſubſtõ fuit facta ꝑdictis duabus filiabus ſine expreſſione no minis collectiui,videlicet,ſi ambę,uel ſi utraq; 2 & fuit ſubſtõ fi-deicom.ff.ad treb.l.lucius.§.Gaio.ff.de leg.2.l.fi.§.filium. ſecus In directa uulgari,quæ etiam tunc requirit ut exiſtat conditio in perſona utriuſq;.C.de impu.& ali.ſub.l.quãuis. & idem in dire-cta pupillari,ut no.gl.in l.ſi pr̃ impuberes.ff.de uulga. & pupill. quod etiam tenet Bar.& Bal.in l.pen.C.eo.titu.Item ſecus,ſi cùm expreſſione noĩs collec.ut d.l.penul.quæ licet loquatur in pupil lari,quantum tñ ad hoc ut ex perſona primi morientis non puri ficetur conditio ſubſtõnis,qñ cum expreſſione nominis collecti ui eſt idem fideicommiſſaria, ut ibi not. in contrario.d.l.hære-des mei.§.cum ita.ff.ad trebel.& confirmatur quod dixi, qa di-ctę ſorores inſtitutæ non fuerunt expreſsè inuicem ſubſtitutæ, ſed nec tacitè vñt inter ſe ſubſtitutæ per fideicommiſſum, etiam ſi cum expreſſione nominis collectiui fuiſſet eis facta ſubſtõ de prædictis,licet inter eas tunc uideretur reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis, vt d.l.pen.ff.eod.ti.l.qui duos.ad l.fal.l.pr̃ filium.§. duobus,vnde cum d.Catherina ꝑmoriens maritum ſibi inſtitue-rit hæredem,& ſic ceſſat ltĩma ſucceſſio præfata Iuliana quæ ſibi non põt ꝓficere,vt ad portionem illius Catherinæ poſſit venire, non debet poſſe nocere dictis ſubſtitutis,vt eos repellat; qa con uenientius eſt,ꝙ ipſi hẽant eam,cum ueniant ex uoluntate defun cti,q̃ ꝙ remaneat apud hẽdem Catherinæ, qui de uolũtate defun cti non habet.l.q liberis.§.hæc verba.ff.de vul.& pup.Et determi nat hoc expreſsè Bal.ſm Nico.matta.in l.pen.in ult.q. C.de im-pu.& ali.ſub.In ꝯrium facit expreſsè determinatio Bar.in l.hæ-redes mei.§.cum ita.ff.ad treb.l.quidã teſtõ ꝓculo.ff.de uulga.& pup.in quibus uult ꝙ ſubſtõ fideicom.facta duobus etiã ſine ex-preſſione nominis collectiui non uendicet ſibi locum in perſo-nam primi morientis,ẽt ſi in ea ꝯdõ ſubſtõnis exiſtat, ſi ſupereſt ꝑſona,q ex præſumpta defuncti volũtate ſubſtitutum excludat, qđ contingit ſi duobus filijs teſtatoris facta fuit ꝑ l.iſ qui ducen ta.§.ſi pr̃.ff.de reb.dub.& per l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.& per l.gñaliter.C.de inſti.ſubſti.ut ipſe Bar. dicit in d.§.cum ita.in diſtinctione ante fi.in uerſic.ſi vero loquimur in fideicom.&c.& ſic reſtringit.§.Gayo. d. l.lucius.ff.eo.tit.vt hẽat locum in extra-neis,ſecus in filijs uel alijs deſcendẽtibus.& cũ fideicõ.fieri poſ-ſit ẽt adultis,q ſibi pñt teſtari,& ſic excludere ſupſtitẽ a ltĩma ſuc ceſſione,nõ uideo dictũ ſuũ poſſe gñaliter ꝓcedere,ꝓut ipſe gñ-liter loquiẽ,niſi dicaẽ ꝙ tales deſcendentes, quibus eſt facta ſub-ſtitutio de extraneo, uideantur per prius inuicem ſubſtituti in-ter ſe, & ſic ſubſtitutum vocatum in defectum amborum, non autem contingat id qđ ipſe dicit ſuperſtitem præferendum,quin uideaẽ inter eos reſeruatũ ius ltĩmæ ſucceſſionis,cũ tale ius inter adultos nõ ſit certum,quia põt tolli per primò morientẽ inſtituẽ do ſibi alium.Sed inter impuberem bene eſt certũ & infallibile. ẽt hodiè,ſi ſunt utrinque ꝯiuncti & non extaret mater, cum alter alteri ab inteſtato ſit neceſſariò ſucceſſurus. Vnde non expedit in eis dicere ꝙ videantur inuicem tacitè ſubſtituti,cũ ſufficiat ad

ſuperſtitẽ

ſuperſtitem præferẽdum extraneo ſubſtituto dicere, ꝙ uideatur
1 † Nec ẽt vr̃ poſſe impugnari ea defectu ſolẽnitatis teſtiũ, q̃a fuerũt ſeptẽ, maſculi.ſ.ſolũ quatuor, & tres fœminæ, nec fuerunt rogati; q̃a iſtud hẽret nocere ſi factũ fuiſſe teſtm̃ in terris imperij, ſed q̃a factũ fuit in terris ſuppoſitis ẽpali iuriſdõni eccleſiæ Romanæ.ſ.in Arimino, nõ vr̃ nocere q̃a ſufficiũt tres teſtes cum p̃sbytero rectore.vt in c.cũ eſſes.de teſta. qđ capitulũ vr̃ hẽre locũ ẽt in relictis ad nõ piã cãm, vt ibi cõiter vñr tenere. doct.ſ.Io.an.& alij Moder.& Spec. expreſsè hoc firmat in ti.de inſtr.edi.§. cõpẽdiosè.ver.itẽ p ius canonicũ. ¶ Itẽ nec p morẽ & obſeruantiã, q̃ dr̃ vigere & viguiſſe ſp in dicta ciuitate Arimini, q̃ in teſtis factis ad nõ piã cãm ſeruat̃ diſpõ iuris ciuilis & ei⁹ ſolẽnitas; q̃a talis cõſuetudo vr̃ reprobari p illud capitulũ, inquãtũ vellet teſtm̃ aliter nõ ualere tãquã ꝯ ius diuinũ & naturale, quod eſt vt in ore duorũ vel triũ ſtet oẽ verbũ, vt ibi hr̃ in tex. ¶ Br̃ non obſtantib⁹ p̃dictis, ſi eſſem iudex darẽ ſñiam in ꝯriũ, vcꝫ q̃ dicta inſtõ non valuit nec valet p̃p defectũ ſolẽnitatis iuris ciuilis; q̃a nõ fuerũt 7. teſtes maſculi & rogati. l.hac cõſultiſſima. C.de teſta.ff.e.l.qui teſtõ.§.mulier.

2 † Nec ob.c.cum eſſes.q̃a q̃cq̃d alij dicant gl.ordi. ibi cui potius inherendum vr̃ in dubio, tenet illud.c.locũ hẽre ſolũ in inſti.vel relictis factis ad piã cãm, & reprobat alias opi.quas ibi recitat, & dicit hãc tenẽdã; q̃a dicit ipſum loq̃ in eodẽ facto, de quo loq̃t̃ ſeq̃ñs capitulũ.relatũ. & cõtingente.in eodẽ loco.ſ.in ciuitate Veltri, q̃ eſt eccl̃iæ Romanæ, & in qua fuit inſtituta eccleſia cuius gl.opi.vr̃ p̃ferenda, maximè in re dubia in qua rõ plus ſuadet q̃ opi.ſua, vt eſt hic. Nã ſicut dñt iura, q̃ leges nõ dedignãtur ſacros canones imitari, qñ cõſtat eos aliter diſponere q̃ leges, ita & qñ nõ cõſtat, ſed eſt dubiũ, ſacri canones nõ dedignant̃ imitari ſacratiſſimas leges; vñ in terris ſuppoſitis t̃pali iuriſdõni eccleſiæ cõſtat ſeruari leges, ſi aliud p canones nõ reperiat̃ diſpoſitũ expreſsè. Sed in caſu nr̃o dici nõ põt, q̃ reperiat̃ expreſsè ꝯriũ diſpoſitũ, q̃a c.cũ eſſes.põt reſtringi ad inſtõnes & relicta ſcã ad piã cãm, de q̃bus loq̃t̃ ſeq̃ns c.relatũ. Et hoc eſt ꝓbabilius dicere, q̃a ſm̃ hoc leges & canones cõcordabũt cũ ẽt leges talia relicta priuilegiẽt, vt nõ requirat̃ in eis iuris ciuilis obſeruãtia circa ſolẽnitatẽ.l.1.C.de ſacro ſan.ecc. ſm̃ intellectũ cõem maximè Bar. ¶ Et ipſam legẽ canones ampliãt, q̃a illa loq̃t̃ qñ fit inſtõ vl̃ relictũ a ꝯſtituto in mortis articulo. Sed illa cap̃la diſponũt idẽ, ẽt qñ a nõ ꝯſtituto in tali articu. Reſtringere ergo illud cap̃m ad iſtũ caſum, cũ quo ꝯcordabit cũ diſpõne legali, ꝓbabilius eſt, q̃ dicere q̃ leges corrigant̃ in terris ſubditis eccl̃iæ, cũ nõ ſit dare rõnẽ diuerſitatis, quare in relictis ad nõ piã cãm aliud eẽ dẽat in terris ſubditis eccl̃iæ q̃ in ſubditis imperio. Fuit.n.ſolẽnitas introducta in teſtis fauore volũtatis p̃p ſuſpi. falſitatis euitãdã q̃ facilius cõmittit̃ in eis, q̃ in actibus inter viuos. C.de fideicõ. l.fi. q̃ rõ militat & locũ ſibi vendicat pariter ĩ utriſq; locis ĩ relictis ad nõ piã cãm. ¶ Nec ego vnq̃ vidi ſeruari ꝯriũ & in terris ſubditis eccl̃iæ Romanæ de q̃bus ego ſum, imo vbiq; uidi ſeruari ſolẽnitates iuris ciuilis in relictis ad nõ piã cãm. Et illa cap̃la remittentia ſolẽnitates locũ hẽre ſolũ in relictis ad piã cãm.i.ꝓ aĩa. Et ita ea alle. Bar.in d.l.1.C.de ſac.ſan.ecc.in vlti.q.& q.ſeq.articu.fi.& vitemus correctionẽ legũ, ſicut vitãda eſt.l.p̃cipimus. C.de app. Et aliq̃d dñt canones ad l.illã, qđ nõ eſt iuri ꝯriũ, ſed ꝯforme.ut ſ̃.dixi ergo &c. C.de inoſ.teſt.l.ſi qñ. Nã abſurdũ vr̃ dicere capitulũ illud unico uerbo voluiſſe oẽs leges tollere, cũm fuerint cũ tãta deliberatione & ob sãtã & talẽ iuſtã cãm, cũ tñ cõgruè poſsint reſtringi, vt dixi ſine aliqua abſurditate. Cõcurrũt ẽt in caſu nr̃o alia, q̃ inclinare debẽt animũ vniuſcuiuſq; iudicis.ſ.ſuſpitio mentis alienatæ p̃p grauem infirmitatem. l. hac conſultiſſima.§.atcum humana.C.q̃ teſta.fa.poſ.& p̃p actus de quibus in pũcto, & ſic non erat ſanus corpore nec mente, qđ tñ vltimũ requiritur. C. de tranſac.l.ſanũ mente. Si.n.fuiſſes ſanæ mentis veriſimile eſt q̃ feciſſet vocari notarium & teſtes ſicut alij faciunt. ¶ Concludo ergo reſecatis ſuperfluis p̃p glo.q̃ eſt in d.c.cũ eſſes. dictã inſtitutionẽ fore nullã, poſtq̃ non eſt ad piã cauſã, licet facta fuerit in terra ſubdita Romanæ eccleſiæ, & eã non fore ſeruandã nec in foro ſeculari nec eccleſiaſtico p̃p defectum ſolẽnitatis requiſitæ a iure ciuili. Et ad allegata in ꝯrium patet reſponſio ex prædictis.

a ¶ Iſta. ad huius conſilij materiam vide do. Alexã. de imo. in conſ. 176. 1 2.uol. Spe. in ti. de inſtru. edi. §. colum ver. tres teſtes. d. And. ſic. in c. iudicãte. de teſta. qui totam materiã aggregat.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Hieronymus de Biono cõductor datij ferri, qđ conduxit a cõitate Belũni per vnũ annum inchoatum primo Ianuarij elapſi pro libris ducentis & octoginta in menſe, propter incurſum hoſtium factum in diſtrictu Belũni refutauit dictum datium cõi Belũni ſecundum formã ſtatutorum. Et petijt q̃ dñs Poteſtas & Capitaneus ciuitatis Belũni ſuperinde ſententiare & terminare debeat. Ex aduerſo ſyndicus dicti cõis Belũni cõparuit denegando dictũ Hieronymũ poſſe refutare dictũ datiũ. Et qđ hoc cõmittatur cõſilio ſapientis. replicat dictus Hieronymus q̃ imo poteſt refutare, & q̃ dictus dñs Poteſtas debeat dictã cauſam terminare ſine conſilio ſapientis ſm̃ formã vnius ſtatuti, cuius copia vobis mittitur. Modò q̃ritur an dictus dñs Poteſtas teneatur eã cauſam terminare ſine conſilio ſapientis vigore infraſcripti ſtatuti, an non.

¶ Copia dicti ſtatuti patet in volumine ſtatutorũ cõis Belunni.

¶ Statuimus, q̃ ſuper q̃õnibus vertentibus occaſione datiorũ vel mudorũ oĩ die & hora diebus feriatis & nõ feriatis, & ẽt ſolẽnib⁹ diebus introductis ad honorẽ dei & ſanctorum eius rector ciuitatis Belũni teneatur per ſacr̃m cognoſcere, & eas ſine debito terminare ſine conſilio ſapientis ſummariè, & ſine ſtrepito, & figura iudicij, & in quocunque loco. Et quòd a ſententijs latis per dictos rectores ſuper ipſis datijs mudis non poſſit nec debeat appellari, ſeu opponi quòd dicta ſententia ſit nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum prohibens conſilium ſapientis ſuper cauſis occaſione datiorum motis non habet locum, quando eſt quæſtio inter datiarium & fiſcum.*

CONSILIVM CCCCXXXII.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ † Ego puto dictũ ſtatutũ debere intelligi de q̃õnibus vertẽtibus inter datiariũ & habentes ſoluere datiũ, q̃a cũ illę ſint frequentes & leues requirũt celerationẽ.l.1.ff. de dã.infec. Nõ .n.forenſes q̃ vadunt & volũt cito expediri & ẽt quicũq; tranſeũtes poſſunt expectare conſiliũ ſapientis, & cũ multa poſſint accidere difficile & incõmodũ eſſet hoc expedire, & plus cõſtare poſſet tale cõſiliũ q̃ ſit datiũ qđ petitur, iõ ſtatutũ ſic ꝓuidit. facit.l. ꝓ̃ locis.& l.mediterraneæ. C.de an.& tribu.li.10. Nõ credo ſtatutũ debere intelligi in q̃õnibus vertentibus inter cõe & datiariũ, q̃ ſunt fiſcales, & tangunt p̃iudiciũ fiſci, q̃ non ſunt ita frequẽtes, & non talẽ requirũt accelerationẽ, vñ inſtantia earũ p̃t durare vltra terminũ.l.ꝓperandũ.poſt prin.C. de iudi. & in eis eſt ſeruandus ordo iudiciorũ. C.de ꝯduc.& ꝓcur.l.1.li.11.in fi.libri.& qđ ibi per Bar.& maximè ubi agit̃ de totaliter dimittẽdo officiũ datij vt in caſu nr̃o, in quo põt verti magnũ p̃iudiciũ cõis.arg.C. de auto. p̃ſtã.l.fi.circa fi. Vnde cõcludo, q̃ ſi p̃tãs dubitat an ille poſſit refutare datiũ, cũ ꝓbabilis ſit dubitatio & res ñ req̃rat đ ſui natura celerationẽ, ſicut req̃rit in caſu p̃cedẽti, poſſit ſup ea ꝯſiliũ ſapiẽtia hẽre ñ obſtãte d.ſtatuto; & hęc ꝓbabilior ẽ interp̃tatio & min⁹ p̃iudicialis, q̃ q̃ leuato velo ipſã expediat, ergo ex l.benign⁹.ff.đ legi. iũc.l.nõ eſt dubiũ.C.de diuor.in auth.de ap.& inter q̃ t pa.ĩ prin. col.4.cũ ibi no.C.đ ꝓxi.ſac.ſcri.l.ĩ ſacris.đ inge.& man.l.ſi auiã.

¶ Caſus.

¶ Vorlic⁹ in teſtõ ĩſtituit ſibi hr̃des vniuerſales Iulianã & Cathe. filias ſuas maritatas æqualibus portionibus, & ſi d.Iuliana & Catherina decederent q̃ñcunq; abſq; lẽimis hr̃dibus ex ipſis deſcendentibus ſubſtituit Pau.& Franc.eius agnatos in dimidia bonorũ ipſius teſtatoris. Defuncto dicto patre filiæ hæreditatẽ eius diuiſerunt, poſtea Catherina deceſsit abſq; hr̃dibus ex ea deſcendentibus inſtituto ſibi hærede vniuerſali marito. Iuliana ſuperſtes petit portionẽ ſororis defunctæ ex tacito fideicõ. maritus dicit eam potuiſſe ſibi de hærede ꝓuidere nõ obſtãte illo tacito fideicom.

S V M M A R I V M.

Pater inſtituens duas filias, & ſi decedant ſine filiis ſubſtituens extraneos, uidetur eas filias inuicem ſubſtituiſſe, ita ut una mortua eius portio excepta legitima & treb. ad ſuperſtitem ſororem deferatur excluſo marito mortuæ inſtitute & extraneis ſubſtitutis.

CONS.

CONSILIVM CCCCXXXIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Præſuppoſito ꝙ dictę ſorores inſtitutę pp fideicõ. relictũ poſt earũ mortem ſi contingeret eas mori ſine ltimis hæredibus videantur inuicẽ tacitè ſubſtitutæ, qa cenſetur fideicõ. relictũ poſt mortẽ ambarũ, vt plene declaraui in alio conſilio facto in fauorẽ d. Iulianæ, qa cenſet̃ teſtator ſuperſtitẽ ex eis voluiſſe ꝑferre ſubſtituto extraneo per rõnẽ q̃ ponitur in l. cũ acutiſſimi. C. de fideicõ. Dubiũ qđ nũc fit, nõ ꝓcedit; qa d. Iuliana veniens ad portionẽ dictæ Cath. ꝑmortuæ ex d. tacita ſubſtõne fideicõ. nõ ſolũ excludit ſubſtitutũ, ſed ẽt excludit maritũ d. Cathe. inſtitutũ a Catherina. ſ. in eo in quo Cathe. grauari potuit a p̃re, puta in eo qđ ſupereſt deducta ltima Catherinæ & ẽt trebellianica, q̃ inter ambas faciũt dimidiã illius dimidiæ. Nã ille vel illa debent remanere penes hr̃dem Cathe. cũ illa nõ potuerit Cathe. grauari. vt l. qm̃ in prioribus. C. de inoſ. teſta. Et in trebellianica licet potuerit grauari; qa potuit ꝓhiberi. iux. no. in l. marcel. ff. ad trebel. tñ non fuit expreſsè in ea grauata, ꝙ requiritur vt ceſſet. C. ad l. falc. auth. ſe cũ teſtõr; vñ remanent ambæ penes hæredẽ grauatæ, tanq̃ venientes in tacito fideic. & reliqua dimidia dimidiæ pertinet ad Iulianã ſororẽ tacitè per fideicõ. ſubſtituiã ex ꝓſumpta mente defuncti excluſo ſubſtituto fideic. dato in dimidia totius hr̃ditatis; cuius ſubſtõnis ꝯdõ non cenſetur aduenisſe niſi ambabus pręmortuis, vt dixi in alio cõſilio. Nã hoc qđ dixi clariſſimũ eſſet ſi fuiſſent dictæ ſorores expreſsè inuicẽ ſubſtitutæ. Idẽ ergo dici debet ſi non expreſsè, ſed tacitè; qa dicta tacita venit ex ꝓſumpta mente defuncti, & ſic idẽ eſſe debet in ea qđ in expreſſa. l. itẽ qa. ff. đ pac. & l. cũ qđ. ff. ſi cer. peta. ¶ Nec ob. allegata in ꝯriũ, dũ dr̃ ꝙ ꝑ hãc tacitã ſubſtõnẽ non intelligitur inter eas ſeu dictæ Cathe. interdicta teſti factio, qa fateor hoc. Et ſi dicta Cath. potuit teſtm̃ facere & maritum ſibi hęredẽ inſtituere, tñ dico qđ ipſe maritus in hr̃ditate d. Cathe. non re-piet de bonis primi teſtatoris niſi ltimã & trebellianicã debitas Cathe. q̃ non cadunt in dicta tacita ſubſtõne; reſiduũ verò peruenire debet ad Iulianã ex dicta tacita ſubſtõne & hoc eſt clarũ. Reperiet ẽt dictus maritus reliqua bona q̃ d. Caherina habuiſſet aliũde q̃ a patre. ¶ Itẽ non ob. dũ dr̃, ꝙ dicta tacita ſubſtõ ſeu mens teſtõris vel voluntas ſatis eſt, ꝙ operet̃ effectum ſuũ ab inteſtato &c. qa iſta ſunt ꝯria inter ſe. ſ. dicere ꝙ Iuliana venire poſſit ex tacita ſubſtõne, & ꝙ ſic veniẽdo veniat ab inteſtato; qa hoc negat̃, imo q venit ex ſubſtõne ſiue tacita ſiue expreſſa venit ex teſtõ primi teſtatoris cui ſuccedit̃ per fideicõ. l. cohæredi. §.

a cũ filiæ. ff. de vulg. & pup. ſubſt. nõ aũt ab inteſtato. Volẽdo. n. dicere, ꝙ cenſetur reſeruatũ inter eas ius ltimæ ſucceſſionis ab inteſtato, ꝓut allegans vr̃ ſentire oporteret dicere ꝙ non videãtur fuiſſe tacitè ſubſtitutæ, cuius tñ cõtrariũ dñs allegans fatetur, & ſic ceſſare debet cã inteſtati. l. quãdiu. ff. de acqui. hære. Venit ergo d. Iuliana ex tacita ſubſtõne ſic ex teſtõ p̃ris, nõ ex teſtõ Catheri. nec ab inteſtato ipſi Cathe. cũ fecerit teſtm̃ & aliũ ſibi q̃ Iulianam hæredẽ inſtituit. Ex quo ſequitur ꝯtrariũ eius qđ concludit allegans, dũ dicit ꝙ d. maritus vocatus Fran. ꝑfertur d. Iulianæ cohæredi. Nã imo Iuliana nõ tanq̃ cohæres, ſed tanq̃ tacitè ſubſtituta Cathe. per patrẽ excludit non ſolũ vltimũ ſubſtitutũ extraneũ ad qđ tendit aliud conſiliũ per me factũ in fauorẽ Iulianæ, ſed ẽt excludit dictũ maritũ in eo qđ cadit in dicta tacita ſubſtõne; & ſic in dimidia dimidiæ in qua Cathe. fuit inſtituta, reliqua verò dimidia dimidiæ remanet penes maritũ Cathe. ꝓ ltima & trebellianica debita Cathe. vt dixi. Poſſet quis dicere ꝙ imo inter eas nõ cenſetur facta tacita ſuſtbõ fideicom. imo ſolũ cenſetur reſeruatũ ius ltimę ſucceſſionis, ẽt ſi fuiſſet facta eis ſubſtõ cum expreſſione nominis collectiui, vꝫ ſi ambæ deceſſerint ſine liberis per l. pe. C. đ impu. & alijs ſubſti. & per l. qui duos. ff. eo. ti. Et hoc fauore ſuperſtitis. vñ cũ Cath. deceſſerit teſtata & maritũ inſtituerit, & ſic ius ltimæ ſucceſſionis ceſſet, & fauor Iulianæ non poſſu habere locũ, non debeat excludi ſubſtitutus. p ea q̃ no. Bal. ſm Nic. Matta. ĩ l. pe. C. de impub. & alijs ſubſti. cir. fi. Et ſic quãcũq; partẽ teneam'. ſ. vel ꝙ fuerint inuicẽ tacitè ſubſtitutæ, ſiue nõ, d. maritus nõ poſſit ꝓ ſe defendere dictã dimidiã, in qua fuit inſtituta Cathe. ſ. totã. Sed ſolũ dimidiã eius, alterã verò dimidiã vel habet neceſſe reſtituere Iulianæ. ſ. in primo caſu ſi dicamus eã fuiſſe tacitè ſubſtitutã ſorori, vel vltimo ſubſtituto in dimidiã ſi dicamus inter eas nõ fuiſſe factã tacitã ſubſtõnẽ, ſed reſeruatũ fuiſſe ius ltimæ ſucceſſiõis, ſed ad iſta reſpõdi in alio cõſilio, in quo dixi ꝙ imo cenſebant̃ inuicẽ tacitè ſubſtitutæ; & rñdi ad d. l. pen. & ad d. Bal. qđ ibi ponit in fi. ¶ Sed poſito ꝙ iſta opi. non ꝓcederet, ſed ſcđa. Neſcio ad qđ ſuperfluo cõtẽdit dictus maritus cũ dicta Iuliana, qa ẽt ſi vinceret ꝑ iſtã uiã ꝑ quã ingreſſus eſt nõ gauderet, qa vltimus ſubſtitut' ſibi auferret. Cedat ergo liti & ꝑmittat Iulianã hr̃e dictã dimidiã dimidiæ, quã Iulianã d. teſtõr plus dilexiſſe ꝓſumit̃ q̃ vltimũ ſubſtitutũ, tũ qa filia, tũ qa p̃rio loco inſtituta & tacita ſubſtituta u' ꝓlata vltimo ſubſtituto extraneo. ff. de cõd. & demõ. l. publius. §. titia. cũ ſi. cõueniẽtius. n. ẽ ꝙ ipſa hẽat bona p̃ris, q̃ aliquis de ꝓdictis duobus extraneis. ¶ Qđ aũt dixi penes dictũ maritũ dẽre remanere dimidiã portionẽ ſuæ dimidiæ ꝓ ltima & trebel. debitis Cathe. ꝓcedit, niſi hẽat aliqđ qđ imputet̃ in ltimã vt dotẽ. ff. de inoſſi. teſta. l. qm̃ nouella. qa tũc ſi dos eẽt tãta, ꝙ ſufficeret ad ltimã & trebel. nihil poſſet retinere de dicta dimidia Cath. al', ſi nõ ſufficeret, poſſet retinere quatenus deficeret, & reſiduũ reſtituere dẽret d. Iulianæ ſubſtitutæ. ff. de leg. 1. ¶ Et ita vr̃ mihi Pau. de Ca. vtriuſq; iu. doc. dicẽdũ đ iure, & ad fidẽ me ſubſcripſi & ſi gil.

¶ Caſus uerus.

¶ Ser Biannis legauit certũ mãſum terræ Laurẽtio & Lando & deſcendẽtibus ab eis ltimè, tñ & hoc poſt mortẽ cuiuſdã D. Mariæ mortuo teſtõre deceſſit Laurentius viuente dicta dña Maria relicta Vrſolina eius filia & hr̃de. Deceſſit poſtea Vrſolina poſt mortem dictæ D. Ma. relicto Zampetro eius filio & hr̃de ex Mattheo ſuo viro. Deceſſit vltio loco Zãpetrus ſine deſcẽdẽtib' relicto d. Mat. eius p̃re & hr̃de & ſupſtite Lãdo cũ legatario Lau. q nõ partẽ d. Laurentij in dicto legato petit a dicto Mattheo q eã poſſidet. Dicẽs ſe uideri ſubſtitutũ in illa nõ ſolũ uulgariter, ſed ẽt ꝑ fideicõ. nõ extãtibus ſibi deficiẽtibus deſcẽdẽtibus ex eo Laurentio. Sed ꝑ iſtũ Mattheũ rñdet̃, ꝙ Landus nec uulgariter nec ꝑ fideicõ. intelligit̃ vocatus. Modò quæritur quid iuris. Scđò quærit̃ poſito ꝙ cũ Landus ad iſtũ legatũ non poſſit uenire, an Vrſolina illud legatum habuerit tanquam legataria, an vero tanquam hæres Laurentij. Et hoc expedit ſcire propter falcidiam ponendam in legatis a Laurentio relictis, de qua hodie agitur.

SVMMARIA.

1 *Legatariis duobus ſi fundus relinquatur, poſt mortem tertii & deſcendentium ex eis, an pars legati accreſcat uni mortuo altero ante mortem dicti tertii, an uerò filii defuncti.*

2 *Legatarii ex perſona propria uenlunt ad legatum.*

CONSILIVM CCCCXXXIIII.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Iſtud[a] relictum factum

a Laurentio & Lando & eorũ hr̃dibus ex eis deſcẽdẽtibus. Et ſic liberis eorum poſt mortem D. Mariæ cenſet̃ factum ordine ſucceſſiuo. i. dicto Lau. & Lã. ꝑ prius, i. ſi extarent t͞pe mortis D. Ma. & ſi non extarent ambo vel alter eorũ, tũc eorũ uel illius q non extaret liberis ꝓ rata tãgẽte p̃rem. Si ergo Lau. extitiſſet t͞pe mortis dñę Ma. pertinuiſſet ad eũ ſua portio de qua potuiſſet facere qcqd voluiſſet, ſcilicet uel eam repudiaret & tunc accreuiſſet Lando collegatario excluſis liberis Laurentij; quia ſubſtitutio facta de ipſis expirauit, cũ videantur fuiſſe ſubſtituti ſolum eo caſu quo Laurentius non extaret, & ipſe extitit, & ſic expirauit eorum ſubſtitutio, ideo non poſſent impedire portionem patria repudiatam accreſcere Lando collegatario & coniuncto ꝓptera ꝙ ſubſtituti vulgares præferantur tunc coniũcto; quia verum eſt ſi eſt ualida, quod hic nõ eſt, imo nunquã extitit eius conditio, poſtquam Lauren. extitit tẽpore mortis, imo ceſſant tanquam ſubſtituti, ſi Laurentius non extaret potuiſſet etiam Lauren. dictam ſuam partem acceptare, & eam alienare, vel ad filiam ſuam tranſmittere tanquam eius hæredem dicto caſu, quia ꝯdõ legati in ſua perſona extitiſſet. Et tũc ſubſtitutio facta de ſuis deſcendentibus expiraſſet, poſtquam extitiſſet in eius perſona, quæ tenebat primum locum, cum aliæ eſſent factæ in defectum p̃cedentia. Si uerò Lauren. non extabat t͞pe mortis dñæ Ma. vt hic fuit, quia præmortuus relicta filia Vrſolina defecit legatum in perſona ſua; quia non extitit conditio ſub qua factum fuit ſibi, ſeu factum præſumitur. ſ. ſi extaret tempore mortis dictæ d. Ma. Et incepit in perſonam filiæ ſuæ. ſ. Vrſolinæ, quæ ſimiliter potuit de ipſo legato facere quicqd volebat, ſicut potuiſſet Lau. eius pater, ſi vixiſſet t͞pe mortis prædictæ, nõ tamen tanquã hæres Lauren. ſed ex propria perſona, cum in perſona Laurẽtij defecerit, & ſic non potuit ad filiam hæredem eius tranſmittere. Et ſic etiam ſi non fuiſſet hæres Laurentij, tamen ad eam tanquam filiam eius fuit deuolutum. Et potuit repudiare

a ¶ Iſtud. Ad huius conſilii materiã uide d. Alexan. de Imo. in cõſil. 1. in 1. volu. eundem d. Paul. de Ca. in cõſi. 35 2. in lib. meo incip. p̃ns dubiũ. qui multa ad materiã congeſſit.

diare ſi volebat & fuiſſet deuolutum ad Landū per ius accreſcendi.vt.ſ.dixi de Lauren.excluſo Zampetro filio ſuo in cuius perſona defecit,ſicut.ſ.dixi de Lauren.ſi ſuperuixiſſet, potuit ēt acceptare & in alterum alienare ſi voluit excluſo filio ſuo Zampetro, per eandem rationē potuit ēt ad filiū ſuū Zampetrū hæredemque ſuū tranſmittere q̄ acceptauerit ſuū nec acceptauit, nec repudiauit ēt filius ſuus ad patrē eo qđ hæredē eius tranſmiſit.ſ.Mattheū excluſo Lando collegatario qui non cenſetur vocatus ad partem Laurentij niſi ipſo vel heredibus ſui corporis nō exiſtentibus tpe mortis dictæ D.Ma.non aut aliquo ex eius exiſtentibus & poſtea morientibus,q̄a fuit vulgaris ſubſtō non fideicō. ¶ Et ſic cōcludetur dictū legatū pertinere ad d. Mattheū iure hæreditario filij ſui nō ex aliqua ſubſtōne excluſo Lando,in cuius perſona nō extitit ꝯdō ſubſtitutionis. Et ad p̄dicta ſufficit allegare no.i l.gallus.§.ɛ.ff.de libe.& poſthu. Sufficit ēt autoritas mea, q̄ video & cognoſco prædicta oīa vera eſſe,& veritate fulciri; nihil ergo pt Lādus petere a d.Mattheo de dicto legato, q̄a non ſubeſt in eo ſubſtitutio aliqua fideicō.poſt mortē Laurentij & ſucceſſorum eius, ſed ſolū fuiſſet vulgaris,ſi tempore mortis dictæ dñæ non ſuperfuiſſet Laurētius vel aliquis eius deſcendens. qđ tñ non fuit.

¶ Caſus ſuper quo conſilium poſtulatur ſic ſubijcitur.

¶ Antonius Cani de loco Caſalis vxorem habēs diu cum ipſa habitauit & eandem maritali affectione tractauit,abſq; eo q̄ ex ipſa liberos ſuſceperit. Demū idem Anto. liberis carens donauit purè merè & irreuocabiliter inter viuos Fran. eius nepoti ex fratre domum vnam ipſius donatoris. Retento tñ vſufructu & habitatione eiuſdem in vita ipſius donatoris & adiecta cōuentione q̄ ipſe Fran.domum ipſam reparatā teneret & coopertā expenſis ipſius Fran.donec viueret ipſe donator. Et promiſit ipſe donator donatario donationem p̄dictā perpetuò ratā habere & non reuocare aliqua rōne vel cauſa de iure vel de facto ēt ſi de iure poſſet. ¶ Ex poſt verò idē Anto.viuente vxore p̄dicta cum alia muliere coniugata habitauit & in eadē domo. Ex qua muliere etiā coniugata & rarò cum viro ſuo habitante filium ſuſcepit quē idē Ant. ꝓ filio tractauit. Et poſtea idem Anto.aliā donationem fecit dic. Franciſco his verbis expreſſis. Anton. Canis propter multa grata ſeruitia & beneficia per eū habita & recepta a Fran. Cane eius nepote,& volēs eum remunerare titulo & ex cauſa puræ meræ & irreuocabilis donationis inter viuos q̄ reuocari nō poſſit iure ingratitudinis,vel aliquo alio iure, ſponte & ex certa ſcientia & nō per errorē donauit & donationē fecit dicto D.Fran. p̄ſenti & recipienti ꝓ ſe & hæredibus ſuis vineā vnā ipſius donatoris, retēto tñ vſufructu ipſius in vita ipſius donatoris. Quā donationē perpetuò ratā habere ꝓmiſit & non reuocare vt ſupra, deinde idē Ant. coniugatus ex alia muliere p̄dicta quā ſecū in eadem domo tenebat & abſente viro ipſius mulieris alium filium ſuſcepit, quē vt filiū & ꝓ filio palā & publicè nominauit & tractauit. Denuò ipſe Anto.aliam donationem fecit Iacobo nepoti ipſius Anto. ex fratre de alia domo ipſius Ant.retento vſufructu ipſius domus in vita naturali ipſius Anto. his verbis expreſſis. Ant. Canis pp multa grata ſeruitia & beneficia per eū habita & recepta a Iaco. prædicto eius nepote & volens eum remunerare titulo & ex cauſa puræ meræ ſimplicis & irreuocabilis donationis inter viuos, q̄ reuocari non poſſit iure ingratitudinis,vel aliquo alio iure, ſponte & ex certa ſcientia & non ꝑ errorē donauit & donationē fecit d. Iacobo p̄ſenti & recipienti pro ſe & hæredibus ſuis de alia domo p̄dicta. Ex poſt verò idē Ant.eiſdē verbis expreſſis aliā donationē fecit eidē Iacobo de petia vna horti ipſius donatoris. Ipſam donationē ꝓmiſit non reuocare,ſed perpetuò ratā habere. Moritur aūt primò dictus Fran.primus donatarius ſuperſtite fratre ipſius donatarij q. Iacobus domū p̄dictā primò donatā dicto Fran. eius fratri coopertam tenuit & reparatam donec vixit ipſe donator. Denuò moritur vxor dicti Ant. Moritur ēt maritus dictæ alterius mulieris. Ipſe aūt Ant.cū eadē muliere,ex qua dictos liberos ſuſcepit matrimoniū contraxit, ipſamque mulierem palam & publicè pro vxore tractauit. Et ſi palam & publicè tractata & reputata fuit. Poſtremò ipſe Anton.dictos filios volētes & conſentiētes legitimari fecit per comitem palatinum poteſtatē habentē in ampla forma. Ipſeq; Ant.ex poſt cōdidit teſtm̄,in quo dictos filios hr̄des vniuerſales inſtituit. Denuò moritur ipſe teſtōr ſuperſtitib' ipſis filijs,q ſe pr̄næ hr̄ditati immiſcuerūt. Nūc verò ꝯtēdit de viribus p̄dictarū donationū, vtꝫ an vigore & diſpoſitione.l.ſi vnq̄.C.de reuoca.dona.dici debeāt reuocatæ donationes, necne.

S V M M A R I A.

1 *Donatio an per legitimationē filiorum reuocetur an l.ſi unquam.C.de reuo.don. habeat locum in quacunque parte bonorum.*

2 *Donatio ſi eſt facta,& iurata non reuocare,ſi liberi poſtea naſcantur tale iuramentum non impedit reuocationem.*

C O N S I L I V M CCCCXXXV.

1 *IN Chriſti nomine Amen.* ¶ † Sup hoc puncto plura vñr facere dubium ꝓ parte negatiua.ſ.q̄ lex ſi vnq̄.C.de reuo.dona.q̄ diſponit in fauorē filiorū acq̄ſitorū poſt donationē & in odiū donatariarū.ſ.q̄ reuocet donatio tanquā deficiēte cā pp quā facta cenſet,& ſic ex p̄ſumpta mente donantis & donatarij, & per ꝯñs ipſo iure nō hēat locum in caſu nr̄o. Primò,quia lex illa loquit in filijs ltīmè natis, q meret fauorem in bonis parentum.l.ſcripto.ff.vñ lib. Non ergo debet trahi ad liberos adulterinos,vt fuerunt iſti cum nati fuerunt ex latere patris & m̄ris,q nō ſolū fauorem non meret, ſed nec digni erant vocari filij.C.de inceſ.nup. Et ſi pp eorum natiuitatem non fuit donatio prædicta reuocata,qd ſine dubio verum eſt, vr̄ q̄ nec ex poſtfacto pp eorum ltīmationem, ne fuerit in ptāte p̄ris reuocare pfectā & ſolidatam donationē p pñiam.C.de reuo.dona.l.pfecta.ff.de dona.l.ariſto. Et q̄a nō credit fuiſſe mēs ltīmantis inferre præiudicium aliqđ illis q̄bus erat ex donatione q̄ſitum ius non fcā maximè de hoc expreſſa mentione, [a] vel illis non cōſentiētibus,vel nō uocatis.ff.ne qd in loco publi.l.2.§.merito.& §.ſi q̄s a principe.ff.de nata.reſti.l.fi. cū multis cōcor. & hanc partem firmat Bal.in l.2.circa fi.C.ne qd in frau. patro. & l.3.de inof.dona. In ꝯriū facit authoritas ltīmantis & voluntas p̄ris ltīmari faciētis,q̄ faciunt ltīmatum cenſeri natū fuiſſe legitimū. Et nihil a tali nato differre in auth.q̄b.mod.nat.efficiant legi.§.ſit ergo licentia.& q̄b.mod.na.effic.ſui.§.ſit ergo licentia ibi nihil &c. Mihi aūt vr̄ ſuper hoc ꝓbabilr̄ diſtinguendū, q̄ aut extant ꝓbabiles & manifeſtæ coniecturæ, q̄ donans fuit motus ad donādum ſolum pp defectū liberorū quos hēre deſiderabat, & hēre ltīmè nō poterat,& ſic q̄ nō donaſſet ſi liberos legitimos habuiſſet, ꝓut fuit in caſu nr̄o; q̄a per plures annos ſteterat cum vxore,& ex ea nunquā potuit gñare, & pp hoc aliā mulierem nuptā ad domū ſuā reduxit vt ex ea liberos hēret ꝓut habuit, & tūc talis donatio cēſet habuiſſe cām finalē.ſ.iō dono q̄a liberos nō habeo,ſed ſi habuero vel ltīmos ex uxore,vel nō legitimos ex alia, quos poſtea ltīmari faciam,ex tunc non dono,& ſic iſtis ltīmatis donatio cēſet ipſo iure reſoluta de cōi cōſenſu utriuſq; partis.ſ. donantis & donatarij tacitè p̄ſumpto a iure. vt d.l.ſi vnquā.ſolus aūt tacitus uel tacita cōdō reſidēs in pſona donantis tñ nō faceret donationē reſolui, poſtquā in donatione non fuit expreſſus uel expreſſa.l.ſi repetēdi.C.de ꝯdi.ob cām.ſed dico q̄ l.ſi vnquā. vt ꝓcedat qđ dicit,vult vt hoc fingat actū ab vtraq; parte; ſicut em̄ in ſua hr̄ditate dictos filios ltīmatos plus dilexit, q̄ donatarios,ita & in bonis donatis; q̄a credit q̄ nō donaſſet ſi cogitaſſet euenire q̄ poſtea euenerunt, ſ.q̄ uxor ſua decederet & ēt marit' illius aduenæ mulieris ex qua eos ſuſcepit, & q̄ cū illa poſtea ꝯxerit m̄rimoniū,& q̄ illos fecerit ltīmari. Nā p hoc apparet, q̄ erga eos totū p̄rnalē affectū direxit,& ſic defecit cōdō ſub qua cenſet fuiſſe donatio fcā,& extitit illa ſub qua voluit hēri ꝓ non fcā. ff.de in diē adiec.l.2. Nec obſtant allegata in ꝯriū; q̄a ꝓcederent ſi dicto donatario fuiſſet ius purè & pfectè q̄ſitū, qđ hic non eſt, ſed fuit q̄ſitū ſub cōdōne qua exiſtente fingit retro nō fuiſſe q̄ſitum,& ſic princeps nullū ius ei ſubſtituit p ltīmationē,ſed ipſius natiuitatē & acq̄ſitionē & impediuit de uoluntate tacita & præſumpta utriuſq; ꝯhentis, qđ facilius fieri pōt,q̄ quod pfectæ q̄ſitum tollat.ff.de his q ſunt ſui vel alieni iur.l.p̄re furioſo. & qđ notatur.ff.de teſta.l.ſi teſtm̄. Nec fuit neceſſaria citatio vel cōſenſus donatariorum,poſtquā facta fuit ad inſtātiam p̄ris.iuxta not. p Bar.in l.Gallus.§.& qd ſi tm̄.ff.de lib.& poſthu. poſtquā donatarijs nō erat q̄ſitum ius pfectè,ſed ſub cōdōne reſolutiua ꝯctus, niſi donator tales liberos acq̄reret vt ſ.dixi. Si verò tales vrgentes cōiecturæ de voluntate donantis nō apparent,tunc licet doc. videantur velle q̄ in dubio hoc debeat præſumi,ſ.donauerit propter carentiam liberorum. vt not.Barto.in l.titia.§.fina. la ſecunda.ff.de lega.2.circa medium ibi. quæro quid in dubio. Ego tñ reſtringerem hoc dictum in filijs legitimè ſuſceptis, non ſic in baſtardis poſtea legitimatis,vt in hoc differant a legitimè natis.ſ. in caſu dubio non in caſu certo in quo non debet eſſe differētia;

non

a ¶ Mentione.ad materiam huius conſil. uide Bart. in cōſi incipi. Quærit aupr ltime d.Alex.da imo.in cō.54.in 1.uo.do.Abb.& doc.in c ꝑ uenerabilē. qui fil ſint legit. ubi ē ſona huius quotidianæ materiæ.

nō.n.veriſimile eſt, qđ iſte donator quatuor poſſeſſiones prædictas ſic donaſſet, ſi ſciuiſſet debere euenire quæ poſtea euenerũt ergo cenſetur hoc a principio dictum. vt ſ. dixi. ¶ Scđo facere vr̃ dubiũ cõtra dictos filios; quia donatio nō fuit de oĩbus bonis, vel ſaltẽ de dimidia ipſorũ ſm̃ qđ Bal. vr̃ neceſſariò requirere in locis. ſ. alle. vt poſſit fieri retractatio virtute illius. l. ſi vnquã. licet Bar. cõtra in d.l. titia. §. j. qui nō vr̃ facere vim de quãta qñtitate ſit. in ver. quæro. l. ſi vnquã, &c. ſed certe nec lege ꝓbat̃, nec rõne, & tex. illius. l. facit in cõtrariũ, dũ dicit de aliqua parte, licet hic donatæ fuerint certę poſſeſſiones, quæ nec faciũt totam, vel quotã ideo de dicto Bal. nō facio vim ſed trãſeo cũ Bar. quia ſine dubio apud bonos, & graues nō eſt veriſimile, qđ tales quatuor poſſeſſiões dictis ſuis nepotibus ex fratre donaſſet, ſi cogitaſſet dictos filios ſic vt præuuit legitimatos debere ſibi ſuccedere; nec.n. iuſtum caſum cogitauit euenire poſſe; ſed lex illa fingit & ꝑſumit, qđ ſi cogitaſſet, ñ dotaſſet; ſicut dicim⁹ i tacita vulgari, vel pupillari. l. iã hoc iure. ff. de vul. & pu. cũ ſim. ¶ Tertio facit dubiũ qa. l. ſi vnquã. a loquit̃ de filijs natis poſt donationẽ; ſed hic vnus erat primò natus, & ſic donator cogitauit de filijs & eis nō obſtãtib⁹ voluit donare, & ſic non dẽt reuocari nec ꝑ illũ qui natus erat, nec ꝑ natos poſtea de quibus cogitaſſe vr̃ ꝑꝑ illũ qui natus erat. Sed certe iſtud poſſet allegari in illis qui nati forẽt legitimi, qm̃ tũc ſola natiuitas ſpectaret ad reuocãdũ donatione: nos loquimur in natis nō lĩime, in quibus ſola natiuitas nō ſufficit ad hoc, ſed ltimatio poſtea ſubſecuta facit reuocari, cũ ante eam nō hẽani ꝓ natis; ſed iſta ltĩmatio fcã fuit de oĩbus poſt donationes ꝑdictas quas facere nō cogitauit, cũ ignoraret ꝙ vxor ſua foret ꝑmoritura ſibi, & maritus illius mulieris foret illi ꝑuioriturus, & qđ dẽrent inuicẽ ↄhere mr̃imoniũ, q̃ oĩa tria fuerunt cã legitimationis factæ, quã ſi ſciuiſſet ſe facturũ veriſi'e eſt in ꝯſpectu cuiuſlibet rectè ſentientis, ꝙ donationes ꝑdictas nō feciſſet, ſed lex illa ꝑſumit ut in dictũ caſum voluerit eas reſolui. Nam ex tũc incœpit hẽre erga ipſos affectionẽ tãquã ad ltĩmos & naturales, nō prius. Et ad ꝑdicta facit determinatio Iaco. de are. in qõne diſputata ꝑ eũ, quã refert Io. an. in addi. Spec. tit. de ſucceſ. ab inteſt. in fi. de ſubſtõne facta filio ſub ꝯdõe ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, ꝙ ſi deceſſit cũ filio ltĩmato expirat, qa in eo eſt verus ſtatus ltĩmitatis natura & arte ꝯcurrẽte. ad idem qđ no. Bar. C. de fideicom. l. cũ accutiſſimi. & l. eã quã. eodẽ ti. Sufficit ergo in non ltĩmè natis ltĩmatio fcã poſt donationes ẽt ſi oẽs fuiſſent prius nati, ſed in ltĩmè natis req̄rit̃ ꝙ oẽs naſcant̃ poſt; qa ẽt ſi unus foret primò natus nec ipſe nec poſt reuocarent tãq̃ de filijs cogitauerit & eis nō obſtantibus donare voluerit. vt patet ex ꝑdictis.

a ¶ L. ſi unq. De intel. d. l. ſi unq. & an hẽat locum in qualibet donatione quantum uis modica, uide latè phi. cor. cõſi. 4. ſci. dubia ſatis mihi uiſa in 3. uo. H.F.

¶ Quartò facit dubiũ, qa in iſtis donationibus excepta prima, dr̃ ꝙ fiebant ꝑꝑ multa grata merita & ſeruitia impẽſa a donatarijs & ꝓ remunerando ipſa, qbus verbis vr̃ ſtandũ in ꝑiudiciũ donatoris & donationis factæ ꝑ eũ, quam facere potuit ſi voluit, taliter ꝙ ꝑꝑ filios nouiter ſuſceptos vel nouiter ltĩmatos non reuocet̃, cũ iſta reuocatio fiat ex ꝑſumpta mente donantis, q̃ ꝑſumptio ceſſat ſi ꝯſtare põt de ↄria uoluntate, vt hic colligeret ex no. ꝑ Bar. in d.l. titia. §. fi. dum q̃rit an illi lega. poſſit renunciari, & tenet ꝙ ſic iunctis his q̃ no. per eum in l. ſi forte. ff. de caſtrẽ. pecu. Sed rñdet̃, ꝙ iſta ꝓcederent, ſi ſpãliter & expreſsè renũciaſſet illi legi. Sed in gñalibus verbis renunciationis lex illa nō includitur; quia fundatur in cã ſuperueniente de qua cogitare nō potuit ex aliqua iuſta cã de pñti; igit̃ &c. iuxta no. in l. qđ ſeruus, ff. de ꝯdi. ob cãm. ꝑ gl. & doc. & qđ not. & per Bart. in l. ſi vxor. §. duos. ff. de adul. Et ſic dicta verba gñalia, ꝙ ꝓ bonis meritis &c. non faciũt fidẽ in ꝑiudiciũ filiorum poſtea ltĩmatorum non ꝓbatis meritis. iuxta no. ꝑ Bar. in fi. in d.l. titia. §. ſi. in fi. vbi tenet & di-
2 cit ſe cõſuluiſſe † ꝙ ꝓmiſſio & iurm̃ de non ueniendo ↄ donationem ex aliqua cã, nō facit quo minus filij poſtea ſuſcepti, de qb⁹ non cogitauit, poſſint ↄuenire; & ſic intelligit̃ qđ nō ueniet ↄ. ſ. ex aliquibus alijs cauſis, de quibus cogitare potuit, ex aliqua cã de pñti non de futura, ſed hic de morte vxoris ſuæ & morte mariti illius mulieris & de mr̃imonio ſecuturo inter eos nulla poterat vel ſuberat cã tp̃e donationis, niſi poſſibilitas mortis, q̃ non eſt iuſta nec ꝓbabilis. l. ꝑ emãcipationẽ. ff. de lib. lega. igit̃ &c. l. 2. cum tutoribus. §. fi. ff. de tranſac. cũ ibi no. ¶ Ex his patet nō obſtare quintum, de quo poſſet opponi, vel ꝙ iſte ꝓmiſit nō venire ↄ; qa hoc nō nocet ex quo non fuit ſpecialiter dictum etiam propter liberos de nouo ſuperuenientes; quia fauore ipſorum non cenſetur de iſto caſu cogitatum, prout vult Bart. in d.l. titia. §. fi. in fi. & Bal. in l. 2. C. de inoffi. dona. in vlti. vel pe. col. Et ſic cõcluditur vt. ſ. in prin. dixi dictos filios poſſe venire ↄ; qa licèt patri ſucceſſerint, nō cenſetur venire ↄ factũ patris q iuris præſumptione non cenſetur voluiſſe eis præiudicare, & ſic donationea habebant tacitam ꝯdõnem, niſi filios ſuſcipiam vel legitimari faciam.

¶ Caſus tatis eſt.

¶ Teſtator diſpoſuit voluntatem ſuam bis verbis, quæ ſequuntur videlicet. ¶ Item voluit iuſſit & ordinauit, ꝙ ſi quis vel ſi qui appareret vel apparerent infra terminum duorum menſium poſt mortem dicti teſtatoris, q ſe prætenderent habere debere ab hæreditate ſeu hæreditatibus q. dominorum Petri & Michaelis fratrum de bonis aliqua ratione vel cauſa, maximè prętextu alicuius prauę & illicitę extorſionis, ꝙ per infraſcriptos ſuos commiſſarios ſatisfiat dictis babere debentibus de bonis hæreditatum prædictarum ſecundum conſcientias dictorum ſuorum cõmiſſariorum. Et anteq̃ fiat ſeu ſoluatur aliquod de legatis factis per dictũ teſtatorem. ¶ Iubens inſuper dictus teſtator, ꝙ infraſcripti ſui hæredes non poſſint apprehendere poſſeſſionem bonorum dictæ hæreditatis vſquequo per dictos ſuos cõmiſſarios plenè & integraliter omnibus fuerit ſatisfactũ, quibus ſatisfieri debere viſum fuerit ꝑdictis cõmiſſa. iuxta eorũ cõſcientias & vſquequo fuerint mandata executioni plenè & integraliter legata ſupraſcripta & infraſcripta. ¶ Iubens ẽt d. teſtator, ꝙ quãto citius fieri poterit dicti commiſſa. ea legata executioni mandent iubens volens & mandans expreſsè dictis ſuis hæredibus, ꝙ nullo modo impedire debeant vel vllam inferre moleſtiam dictis commiſſarijs circa executionẽ diſpoſitionis ꝑdicti teſtatoris. Quòd ſi impedirent vel moleſtiã aliquã inferrẽt, quominus dicti cõmiſ. poſſent exequi voluntatẽ dicti teſtõris, ꝙ tũc & eo caſu dicti hæredes q ↄfecerint, ſiue oẽs, ſiue vnus, ſiue plures, ipſo iure priuati ſint hæreditate, quæ eo caſu deueniat & deuenire debeat in pauperes Chriſti. Et ſi forte caſus cõtingeret, ꝙ infra terminum vnius anni a tempore mortis dicti teſtatoris ea executioni non mandauerint, tunc licitum ſit dictis infraſcriptis hæredibus apprehendere & intrare poſſeſſionem bonorũ dictæ hæreditatis. Remanẽte tñ libertate dicti cõmiſſa. executioni mandandi, dicta legata etiam poſt annũ. ¶ Mortuo verò teſtatore qui diſpoſuit vt. ſ. continetur, cõmiſſarij ſui in teſtõ relicti cœperunt adminiſtrationem bonorum & iurium ipſius teſtatoris, & vt voluntas teſtatoris impleretur tam in reſtitutionibus, q̃ in legatis præſtandis & hæreditate hæredibus conſignanda inceperunt prius a capite reſtitutionum. Et eorum commiſſariorum mandato ac etiam magnificorum rectorum Vin. per præconis vocem ſeu tubicinæ alta voce in loco publico & cõſueto factum fuit ꝓclama his verbis videlicet. ¶ Quòd ſi qua perſona cuiuſcunq; ꝯdõnis exiſtat, eſt, q̃ prætenderet aut prætendat habere debere aliquid de bonis & hæreditate Thomaſij q. ſer Michaelis de bonis quacunq; ratione vel cauſa, debeat feciſſe & ꝓduxiſſe ſuas petitiones coram commiſſarijs prędictis vſque ad duos menſes proximè futuros, alioquin non audirentur &c. ¶ Supraſcriptis autem pręſuppoſitis diligenter examinatis. Quæritur, nunquid aliquis vel aliqui qui ſe prætendat vel prætendant habere debere de bonis hæreditatum prædictorũ Petri & Michalis ratione vſurariæ prauitatis & illicitæ extorſionis, qui infra terminũ illorũ duorum menſiũ nō ꝓduxerit vel ꝓduxerint petitionẽ ſeu petitiones ſuas prædictis cõmiſſa. Sed poſt octo vel decem menſes ꝓduxerit vel ꝓduxerint cũ tempore mortis teſtatoris & tp̃e dictæ ꝓclamationis eſſet vel eſſent præſentes in ciuitate, & ſciret vel ſcirent ſe habere debere de bonis ſupraſcriptarũ hæreditatũ, debeant audiri per cõmiſſarios prędictos dictæ petitiones, vel nõ. ¶ Quæritur & ſecundò, nunquid libertas cõmiſſariorũ data a teſtatore ſm̃ conſcientias dictorũ cõmiſſariorũ extendatur, ꝙ facere poſſint executionem in his q̃ de iure facere non poſſent, an verò ſua propria autoritate executionem paratam facere poſſint. ¶ Tertiò quæritur, nunquid illa uerba in teſtamento appoſita. & ſi forte caſus contingeret qđ infra terminum vnius anni a tempore mortis teſtatoris ea executioni non mandauerint, licitũ ſit dictis infraſcriptis hæredibus apprehendere & intrare poſſeſſionẽ bonorũ dictæ hæreditatis, remanente tñ libertate dictis cõmiſſarijs executioni mandandi dicta legata ẽt poſt annum. loquãtur tm̃ in legatis ſolũmodo ꝑſtandis, an uero operentur hoc ꝙ ſi cõmiſſarij non ſatisfeciſſent eis quomodolibet. viſum fuerit ſuis cõſcientijs infra terminum vnius anni, ꝙ etiam poſt annum executioni mandandi, habeant poteſtatem etiam illas reſtitutiones.

Quartò

¶ Quartò & ult. q̃ritur nunquid aliquis uel aliqui prætendentes ſe hr̃e dr̃e aliqua rõne uel cã, & maximè p̃textu prauæ alicuius & illicitæ extorſionis & uſuræ porrigentes petitiones ſuas etiã poſt terminũ illorũ duorũ menſiũ, poſito q̃ ſcd̃m teſtm̃ teſtantis ac uolũtatẽ ipſius nõ audiantur, nunquid p̃ſcriptione non obſtante poſſint aliqua uia iuris audiri, ſi illæ uſuræ ac uſurarij ꝯctus celebrata fuerint iam ſunt anni. 53. an omnino ſileat eorum petitio, cum præcluſa ſit omnis uia audiendi eorum petitiones uel ne.

S V M M A R I A.

1 *Facultas ſatisfaciendi petentibus infra duos menſes data executoribus teſtamenti ſecundum conſcientiam poſt dictos menſes expirat.*

2 *Executores ex arbitrio dato an plus poſſint, quàm de iure conceditur.*

3 *Vſurarum repetitioni an aliquo tempore præſcribatur, ſi cum præcepto iudicis.*

CONSILIVM CCCCXXXVI.

1 IN Chriſti nomine Amen. ¶ † Ad primum vr̃ dicendũ, q̃ dicti cõmiſſarij poſſint & dẽant admittere petitiones eorũ, q̃ ueniunt poſt lapſum duorũ menſiũ p̃fixorũ a teſtatore, ſi ius aduerſariorũ. i. hæredũ non ſit ex dicto lapſu effectũ deterius; quia potuerunt purgare morã re integra. l. mancipiorũ. ff. de opt. leg. Sed certè hoc ꝓcederet ſi diſpõ teſtatoris referret ad pſonas certas, puta titiũ & gayũ ſub ꝯdõne ſi uenerint & probauerint infra duos menſes. Sed hic ſunt relata ad pſonas incertas certificandas ex futuro euentu. ſ. quæ uenerint infra duos menſes uenientes, igit̃ poſt nõ ſunt illæ de quib. teſtõr locutus eſt. Et ſic nec purè nec ſub ꝯdõne cadunt in gñali diſpõne teſtõris. ff. de lib. & poſth. l. cõmodiſſime. de leg. 3. l. nuper. Vnde nec cadit in eis moræ purgõ. Et cũ ptãs data executorib. fuerit limitata ad uenientes infra duos menſes non pñt ſe impedire circa uenientes poſt, quia non ſunt illæ perſonæ circa quas fuit a teſtatore data ptãs, quia pmiſſum ad tp̃s cenſet ꝓhibitũ poſt ipſa, & cꝫ ꝓhibitũ ad tp̃s. cẽſet pmiſſũ p' ip̃s. l. ſtatuliber. §. ſtichũ. ff. de le. 2. l. p̃r filiũ. §. ſi fũdũ. ff. de le. 3. cũ ſi. Et ptãs ꝯceſſa circa tertias pſonas nõ extẽdit ad alias, qũ eſt p̃ter eius cõe. l. ſi uiro. §. de uiro. ff. ſolu. ma. ¶ † Ad ſcd̃m rũdetur, q̃ ſi illa quæ dicti commiſſarij uolunt agere uirtute arbitri conceſſi eis a teſtõre ſunt talia, quæ ipſe teſtator facere non potuiſſet uel circa ipſa diſpenſare, ſimiliter nec ipſi poterunt, quia non hñt maius arbitriũ q̃ hr̃et teſtator qui eis arbitriũ dedit. ff. de ꝯhen. emp. l. alienatio. ut ſi eſſent turpis, uel ꝯ bonos mores, uel in p̃iudiciũ tertij cui teſtator non potuiſſet præiudicare. iuxta no. per Bar. in l. filiusfa. ff. de don. & qđ no. in cle. ſæpe. de uer. ſig. Si uerò ſunt talia quæ teſtator facere potuiſſet, tunc aut eſt dubiũ an noluerit uel non q̃ includerent in uerbis gñalib. & tunc non põt eis ꝯdici, poſtq̃ eorũ ꝯſciæ fuit hoc remiſſum. per ea quæ no. per gl. in c. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ. de reſc. li. 6. & in cle. 1. de iu. pa. q̃ria ſolũ deũ hñt iudicẽ. Sed ſi eſſet certũ q̃ noluit, aut manifeſta præſumptio eſſet in ꝯtrium q̃ non eſt uerisſimile ipſum uoluiſſe, & ſic eſſent in dolo uolentes ipm̃ attentare, & tunc attentare nõn potuerunt; ut ſi aliquis eorũ conſanguineus diceret ſe dr̃e hr̃e ex uſuraria p̃uitate & non ꝓbaret, nec eſſet uerisſimile; & tñ illi cõmiſſarij uellẽt ei ſoluere ac ſi eſſet uerũ, quo caſu præſumerentur hoc uelle facere potius ex gratia q̃ ꝓ ueritate. Nã oĩs dolus excludi vr̃ de gñali diſpõne. l. creditor. §. lucius. ff. manda. maximè qñ graue præiudiciũ inferretur hæredib. ut no. Bal. in l. 1. C. de re. cre. & iur. iuran. in 1. col. per gl. quæ eſt in d. cle. 1. de iu. patr. quæ dicit q̃ ſuperior põt reuocare malè geſta per tales. Fuiſſet aũt melius ſpecificare in ſuprascripto ſecũdo dubio quæ ſunt illa, quæ dicti cõmiſſarij uolunt facere, & eis ꝯdr̃ ut congruenter rñſum dari poſſet. C. de tranſ. l. ut rñſum. de impub. & ali. ſubſti. l. precibus.

¶ Ad tertium quæſitum, rñdetur q̃ lapſo anno dicti hæredes pñt capere tenutam & poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, licet executio per cõmiſſarios facta non eſſet nec de legatis, nec de his quæ infra duos menſes fuerunt petita tanq̃ debita ex cauſa uſuraria ſine prohibitione teſtatoris. Remaneret tñ & in omni ptãte exequendi penes eos quam prius habebant non ſolum circa legata, ſed etiam circa petita tanq̃ debita ex cã uſuraria, licet uerba teſtatoris uideantur dicere de ſolis legatis. Sed certè & illa fuerunt legata, & actione ex teſtõ poſſunt peti, ſi forte debitum non probaretur ſufficienter, tñ dictis commiſſariis uideretur uerisſimile & declararent ſecundum eorum conſcientias fore ſoluendum qđ petitum fuit. ff. de leg. 2. l. lucius. §. quiſquis. Sed etiam ſi perfectè probaretur debitum, licet de iure non ualeret legatum ut agi poſſet ex teſtõ, ſed potius condictione indebiti. l. ſi creditori. cum l. ſeq. ff. de leg. 1. negari tñ non põt quin de facto fuerit factũ legatum p̃dictũ, & ad hoc teſtator cẽſetur habuiſſe reſpectũ dum dixit dicta legata, ne inducatur diuiſio volũtatis. Et q̃a fauorabilius ẽ q̃ remaneat dicta poteſtas circa dicta legata. licet eſſent inualida ex eo q̃a facta de debito, q̃ circa alia q̃ de non debito; & ad hoc bene & optimè facit. l. cũ qui. §. pro parte. ff. de his qui. vt in dig. Itẽ q̃a in ſuperioribus ſemp de vtriſq; fuit teſtator locutus. Et non eſt dare rõnem quare voluiſſet teſtator poſt annũ durare ptãtem exequẽdi alia legata gratuita. Et nõ iſta nõ gratuita, ſed debita q̃ illis p̃ferri teſtator voluit, & prius ſolui q̃ illa, vt patet ex tenore verborũ ſuorũ de q̃bus. ſ. & ẽt de iure cõi hoc eſt. l. fi. §. licentia. creditoribus. C. de iure delib. ff. de religio. l. at ſi q̃s. §. ſed ſi adita, in fi. ¶ † Ad quartũ & vltimũ quæſitũ. Vr̃ q̃ poſt duos menſes nullus debeat audiri volẽs petere debitũ ex cã vſuraria, pp terminũ appoſitũ in ꝓclamate miſſo autoritate iudicis, non dico pp verba teſtatoris; q̃ nõ potuit alicui ſuã actionẽ auferre. Nec ẽt hoc dixit hic, ſed ſolũ abſtulit cõmiſſarijs ptãtem exequẽdi quã eis dederãt, ſed iudex bene põt præiudicare cõtumacibus & nõ proſequentibus iura ſua. ꝯ. terminum ab eo p̃fixũ. C. de remiſ. pig. l. ſi eo tpe. ff. ſi cui pluſq̃ p. l. fal. l. 1. §. cũ dr̃. & qđ ibi no. in gl. q̃ incip. ſi igit̃. l. ſed & ſi p p̃torem. §. ſed ſi dum decreto. ff. quib. ex ca. maio. ¶ In ꝯtriũ facit, q̃a hoc eſt nimis præiudiciale ſine cãæ cognitione auferre alicui ſuã actionẽ p tale decretũ, qđ eſt cõminõ vel interlocutoria, quæ nõ præiudicant in his q̃ ſunt p̃iudicialia, & req̃rũt cãæ cognitionẽ. C. cõml. vel epiſto. p totũ. & expſſè vr̃ terminare hoc Bal. in l. 2. C. qui admit. ad bo. poſ. pñt. Et iſta pars vr̃ mihi verior per no. in dictis locis. & p Inn. in c. cũ in tua. qui matri. accu. poſ. Et ꝯtria loquuntur in his quæ nõ ſunt multũ p̃iudicialia, vel in caſu de quo loquit̃ glo. in l. vnica. C. vt nemo inuitus. Et ſic nec diſpoſitio teſtatoris, nec decretũ iudicis potuit vel põt impedire dictos volẽtes petere reſtitutionem vſurarum, ẽt ſi veniant poſt duos menſes; ſed hec præſcriptio longiſſimi temporis propter malam fidem recipientis locum habere potuit. c. 2. de reg. iur. lib. vi. fateor tñ q̃ circa tales præfati cõmiſſarii nõ habent poteſtatem eis cõceſſam a teſtatore, ſ. vt poſſint eis ſoluere ſcd̃m eorum conſcientiam, ſed procedetur de iure cõmuni, cum illa nõ fuerit data niſi circa venientes infra duos menſes, vt ſupius dixi.

¶ Et ita videtur mihi Pau. de Caſt. vtriuſq; iuris docto. dicendũ fore de iure, & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui.

¶ Caſus talis eſt.

¶ Cõſtituo & eſſe volo meos fideicõ. nobiles viros dños procuratores ſancti Marci ſuper cõmiſſarios cõſtitutos Iſabettam vxorẽ meã & Ioãnẽ filiũ meũ ac Antoniũ ſitr̃ filiũ meũ, vt ſcd̃m q̃ hic ordinauero dariq; diſpoſuero, ſic ipſi mei cõmiſſarii adimplere debeãt ordine infraſcripto &c. ¶ Pro ſuſtentatione cuius hoſpitalis & dictorũ pauperũ ac miniſtrorũ habitantiũ in eo & ꝓ reparatione ipſius, primo & ante oĩa eidẽ hoſpitali dimitto & ſubiacere volo tam oẽs meas proprietates iuxta ipm̃ hoſpitale poſitas q̃ oẽs alias ꝓprietates quas habeo in Vincentia. verũ filii mei & quilibet ipſorum ac hr̃des & pro hr̃des ipſorũ in ppetuũ poſſint ad ꝓprietatẽ dicti hoſpitalis quã pro mea recreatione fieri feci & ad vineã ipſius hoſpitalis ſimul & diuiſim accedere ꝓ ſua recreatione & amicorũ q̃ñcũq; & quotiẽſcũq; ſibi videbitur & placebit. Necñ eidẽ hoſpitali dimitto totũ meũ territoriũ de villa frãcha qđ eſt circa cãpos. 70. de terra. Et ſi p̃dicta nõ ſufficeret ad ꝯgruã ſuſtentationẽ dictorũ pauperũ & miniſtrorũ dicti hoſpitalis, & ad cõſeruationẽ & reparationẽ neceſſariã ipſius hoſpitalis. Tũc oĩa dicto mõ hoſpitali & pauperibus ac miniſtris in ipſo cõmorãtibus vt dictũ eſt neceſſaria & incumbẽtia ſibi ꝓuideant & adminiſtrẽtur de alijs meis poſſeſſionibus de tignaco, ita & taľr q̃ d. oĩa ſint ppetuò adimpleta de dictis meis bõis ꝓprijs ſine aliqua eleemoſynaria req̃ſitione publicè faciẽda ſeu req̃rẽda. Et p̃dicta & prior & miniſtri ſeu pauperes dicti hoſpitalis ipſo hoſpitali ꝯſtructo eligi & inſtitui dẽant & ẽt deſtitui ſeu caſſari & lniari, ſi ñ bñ & pacificè ſe haberẽt i dicto loco ſeu hoſpitali ſolũmõ p filios meos & hr̃des ac ꝓ hr̃des ipſorũ maſculorũ ex me & ipſis p lineã maſculinã legitimè deſcẽdẽtes in ppetuũ in eodẽ gradu ꝓximiori exiſtẽtes, ſiue fuerit vnus, ſiue plures dũmõ ſint ſeu ſit ad minus annorũ. 15. ipſis filiis meis & hr̃dibus ac ꝓhr̃dibus ipſorũ in p̃dictis adminiſtrationibus, inſtitutionibus, & deſtitutionibus iuſtè & rõnabiľr ſe habẽtib. Et ſi ꝯtrium facerẽt vel faceret, qđ abſit, tũc p̃dicta oĩa de dicto hoſpitali fiẽda & adminiſtrãda fiãt & adminiſtrent ſolũmõ p dños ꝓcu. cõmiſſarios q̃ ſunt & erũt p tpa in ppetuum ordine iuridico q̃ñcũq; & quotiẽſcunq; in ipſis adminiſtrationibus,

a ¶ Ola adde Spe. in ti. q. ſi ſint legi. ver. in ſumma domi. Alexan de Imo. in l. ſi cum doté. §. finaũt ff. ſolu mat. & ibi omnes doc. q totã materiã aggregant.

ſtrationibus, inſtitutionibus, & deſtitutionibus dictorũ miniſtrorum & pauperum dicti hoſpitalis ipſi hæredes & prohæredes mei non bene ſe haberent ſeu haberet, ut ſuperius dictum eſt.

DVBIA ET SVMMARIA.

1 *Acceſſio ſienda ad proprietatem dicti hoſpitalis per hæredes & prohæredes cauſa recreationis an intelligatur per certas horas uel per certum tempus, puta per 15. dies, uel unum, aut duos menſes.*

2 *Suſtentatio congrua pauperibus relicta an intelligatur circa uictum tantum, an circa uictum & veſtitum.*

3 *Hæredes uel prohæredes, quibus competit adimplere uoluntatem defuncti, ſi nõ adimpleant, an poſſint procuratores pro illa uice tantum ſupplere ipſorum negligentiam, uel in perpetuum eos priuare.*

4 *Hæredes uel prohæredes, ſi per multum tempus non effecerint mandata ſibi a defuncto, an procuratores poſſint pro tempore petere rationem adminiſtrationis rerum relictarum pro proprietate ipſi hoſpitali & aliarum relictarum in ſubſidium.*

5 *Epiſcopus an talem rationem adminiſtrationis petere poſſit, ex quo conſtat de negligentia procuratorum in ſupplendo defectum hæredum uel prohæredum.*

6 *Hæredes ſi adimplere tenebantur, uel prohæredes puta Petrus & Ioannes uoluntatem defuncti, & Ioan. reliquit Petro tale anni laborem & honorem, & iſta de cauſa in diuiſione poſſeſſionum de ſignaco reliquit ſibi aliquas portiones terræ, & ipſe Petrus nunquam de ſua parte ſoluit factiones Venetiarũ, Ioannes autem ſemper de ſua ſoluit, ſi Petrus fuit negligens multo tempore in adimplendis præmiſſa, & per procuratorem ſuppletus ſit defectus, an Ioannes qui non fuit negligens poſſit priuari libertate ſua adimplendi uoluntatẽ defuncti, & alia faciendi prout continetur in dicto legato.*

7 *Defuncti uoluntatem iuxta dubium proximum ſi Petrus & Ioannes adimplere nollent, an Petrus poſſit cogi per Ioannem ad dandum omnes redditus quos percepit toto tempore negligentiæ de illis terris quas Ioannes ſibi reliquerat, ut prædicta omnia faceret & illos fructus expenderet in utilitatem dicti hoſpitalis, ut fructus proprietate augerentur.*

8 *Hoſpitale prædictum ſi habet unam domum congruam relictam in proprietatem dicto hoſpitali, & Petrus uult q uacua remaneat, Ioannes uult, q locetur & fructus expendatur in utilitatem pauperum, quia proprietas dicti hoſpitalis non eſt ſufficiens ad eos alimentandum, an dicta domus debeat uacua remanere ut illuc accedatur cauſa recreationis, an debeat locari.*

CONSILIVM CCCCXXXVII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Super dictis quæſitis vel maiori parte ipſorum non vr̃ poſſe quicq abſolutè rñderi, ſed cũ aliquali diſtinctione cũ ſint prægnãtia & plura in eis omittuntur quæ neceſſariũ eſſet ſcire

1 ad præciſam rñſionem. l. meuia. §. fi. ff. de an. leg. ¶ † Proſequendo tñ ſingula, ſuper primo dico conſiderandum eſt primò modus & conſuetudo teſtatoris, qualiter & per quem modum ipſe conſueuit accedere cauſa ſuæ recreationis ad proprietates dicti hoſpitalis. Nam eodem mõ cenſetur uoluiſſe q filij ſui poſſint accedere. ff. de cond. & dem. l. cum ſeruus. ante fi. ibi. Nam quod ipſe uiuus erat facturus &c. ff. de alim. & cib. leg. l. pe. in prin. ibi ante oĩa inſpiciendum q̃ defunctus ſolitus fuit ei præſtare &c. Si hoc non appare, eligẽdus eſt arbiter uel arbitri per partes uel per iudicẽ partib. non ↄcordantib. & exclusis ſuſpectis, qui auditis partib. & uiſo loco ſtatuant quid fiendum ſit. ff. de ſer. ruſt. præd. l. certo generi. §. 1. & §. fi. habita conſideratione eorum quæ dñr in l. ſi eius ſimpliciter. in prin. & per totam. l. ff. de ſeruitutib. titulo gñali. Et etiã aliorũ quæ uidebuntur eis iuſta & honeſta ſm contingentiam caſuum, ſi ut ciuiliter & non aſpere prædicti filij utantur. arg. ff. de ædil. edi. l. ſi quid uenditor. poſt prin. ibi. ſed cum quodam tempe

2 ramento &c. ¶ † Circa ſm quæſitum vr̃ q de proprietate uerborũ teſtatoris non ſolum ueniat uictus appellatione congruæ ſuſtentationis, ſed & ueſtitus ſine quo corpus alimentari uel ſuſtentari non põt, ſicut uenit appellatione alimentorum ratione prædicta. l. legatis alimentis. ff. de alim. & cib. leg. Nam teſtator dixit, q omnia neceſſaria & incumbentia prouideantur eidem hoſpitali, & qui omne dicit nihil excludit. l. iul. ff. de leg. 3. Breuiter puto dicẽdum, q inſpiciatur conſuetudo aliorum hoſpitalium, quam credendum eſt teſtatorem uoluiſſe ſeruari in hoc quod fieri mandauit. ar. c. cum olim. in fi. & quod ibi no in ult. glo. extra de conſuetu. de cenſi. c. ſuper eo. cum concord. utrobique alleg. Si non poteſt de tali conſuetudine aliorum hoſpitalium conſtare uel non ſine difficultate, puto ſeruandum mediam uiam, ut ſi hoſpitale ſit potens ad hoc miniſtrandũ miniſtret, qñ uel illis qui ſi ſibi nõ miniſtrentur perirent, maximè ſi in eodem. ſ. hoſpitali, ſed cum aliis quibus tanta neceſſitas non ſubeat, tranſire poteſt ſine dicto ueſtitu. Et ſuper hoc per executores poterit fieri quædam declaratio uel conſtitutio conſideratis facultatibus hoſpitalis prædicti, & inclinare in partem benigniorem. ar. ff. de religio. l. ſunt perſonæ. Cùm enim hoſpitalia fiant propter pauperes infirmos, nec in eis recepientur alij pauperes, patet q eis non deberentur ſimpli-

a citer alimenta, quorum appellatione ueniunt omnia ſine quibus ali non poteſt. d. l. legati. ¶ Nec etiam diaria tantũ uel cibaria quo caſu non debentur ueſtiaria. ff. eo. ti. l. diariis. ſed debentur neceſſaria infirmis inter quæ eſt ueſtiarium, ſi aliter non poſſit curari. Et ipſi eo careant, nec aliunde conſequi poſſunt quàm ab hoſpita

3 li, & hoſpitale poteſt de eo ſubuenire. ¶ † Super tertio dicẽdum, q ſi dicti hæredes ceſſauerunt implere uoluntatem defuncti ſine ipſorum culpa, non debent priuari officio executionis in pœnã, quia non deliquerunt, & ubi non eſt delictum non debet eſſe pœna. C. de pœnis. l. ſancimus. Si uerò ceſſauerunt per culpam, quia potuerunt implere, & non impleuerunt, tunc æſtimanda eſt negligentia an cadat in dolum uel latam culpam, & tunc uidentur poſſe ab officio priuari tãquam indigni uel ſuſpecti, & ſic perpetuò. ff. de ſuſpe. tuto. l. 3. §. nunc uideamus. & l. impuberibus. §. 1. C. de procu. l. 3. ſed ſi culpa nõ caderet in dolum, uel non eſſe lata, ſed leuis uel leuiſſima, tunc ſi eſſet ſuſpicio quod in eadem perſeuerarẽt uidetur idem dici poſſe, per d. l. 3. §. pe. & fi. de ſuſpe. tut. alias non putarem in dubio remouendos. arg. eo. ti. l. ſi tutor. quia non eſſet parua uerecundia, & ſic nec parua pœna filiis remoueri ab executione teſtamenti patris cum quadam nota, ſaltem facti propter unam leuem uel leuiſſimam culpam, igitur &c. per ea quæ not. gl. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. cum concor. ibi all. per glo. Et hoc de priuatione ab officio executionis, ſed de priuatione ab hæreditate propter non impletam uoluntatem defuncti ni-

4 hil dico, ſed de hoc in auth. hoc amplius. C. de fideicom. ¶ † Ad quartum dari poteſt breuis & præciſa reſponſio, q cùm dicti hæredes non debeant lucrari ex eorum culpa uel defectu ſi non impleuerunt uoluntatem defuncti de bonis aſſignatis pro ſuſtentatione hoſpitalis, debent rationem reddere, & fructus inde perceptos reſtituere conuertendos ad uſum hoſpitalis ad quem relicti ſunt, non ad proprium eorum. ad quæ. l. cum unus. §. uerbia. & l. liber. §. 1. ff. de alim. & cib. lega. de uſufruc. l. quæſitum. de uſu. l.

5 herennius. cum ſi. ¶ † Ad quintum reſpondetur, q cùm hæc executio concernat piam cauſam epiſcopus loci poteſt ſupplere defectum & negligentiam executorum datorum a teſtatore ipſis, tamen primò monitis & expectatis & negligentibus per annum. C. de epi. & cle. auth. licèt teſtator. & in c. nos quidem. extra de te

6 ſtibus. ¶ † Ad ſextum notandum, q negligentia Petri in non ſoluendo factiones prout debebat ſm conuentionem factam cum Ioanne, ſi onus ſoluendi incumbebat Ioan. reputatur fuiſſe negligentia & culpa Ioannis cui incumbebat ſoluere. l. ſi procuratorem. §. tutores. ff. manda. ideo tenetur ad intereſſe dictus Ioan. perinde ac ſi ipſe Ioan. negligentiam commiſiſſet, nec ipſum excuſat culpa Petri quominus teneatur ad intereſſe ac ſi Petro non commiſiſſet. l. ita autem. §. geſſiſſe. in fi. ff. de admi. tuto. & l. tres tutores. circa medium. in uer. non ſolum ergo &c. Sed ſi quæritur an propter hanc fictam culpam poſſit priuari officio executoris, & ſic puniri criminaliter, putarem dicendum quod non, quia in his pœnis imponendis requiritur dolus vel lata culpa, ut ſ. dixi. quæ hic non ſunt licet leuis uel leuiſſima interueniſſe uideatur Et negligentia dicti Petri procuratoris. Ioannis non nocet Ioan. in his quæ ſunt magni præiudicij, ſed ſolum in his quæ ſunt parui. C. de procu. l. 3. & no. Bar. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis in ius dicen. non obtempe. ff. de dam. infec. l. hoc amplius. §. fi. niſi domi nus fuerint ſciens & negligens purgare contumaciam & negligẽtiam illius. C. de execu. rei iu. l. 2. lib. 12. de tal. mone. l. 2. extra ut

7 li. non cont. c. 1. in fi. ¶ † Ad ſeptimum dicendum eſt, dictum Pet. ſi non fecit illud uel illa quod vel quæ facienda dictus Ioan. ſibi dimiſit dictas terras, teneri dicto Ioanni cum fructibus inde perceptis reſtituere uolenti ea nunc facere, & hoc per condictionem ſine cauſa. ff. de uſuris. l. uideamus. in prin. & de condi. ob cauſam. per totum. alias lucraretur ex ſuo dolo uel mora, quod non eſt dicendum, & dictum Ioannem deciperet.

8 ¶ † Super ultimo dicendum hoc relinqui in arbitrio & declaratione bonorum uirorum aſſumendorum ſuper contentis. in ca. primo. ſcil. cet per quem modum licitum ſit prædictis filiis accedere ad proprietates prædictas pro cauſa recreationis, quia ſi reperirent dictam domum ſtetiſſe uacuã pro uſu teſtatoris, remanere debet vacua pro vſu filiorũ qui debet ſeperari ſecũdum vſum teſtatoris ut ibi dicit. Nec renunciatio Ioan. debet nocere Pet. l. ſi unus. §. ante oĩa. ff. de pac. niſi forte ex aliqua iuſta cauſa de nouo ſuperueniẽte videatur illis contrarium determinandũ, alias ſi teſtator

no-

nõ fuit vſus illa domo pro ſuis recreationibus, nec dicti filij de-
bent vti, ſed debebit locari ad cõmodum hoſpita. prout vult Ioã.
¶ Et ita mihi Pau. de Caſt. legẽti Paduæ iura ciuilia vtriuſque iu
ris doctori dicẽdũ vr̃ de iure, & ad fidẽ me ſubſcripſi & ſigillaui.

¶ Caſus tali, eſt.

¶ Ser Frãciſcus Bonaldo ꝯdito p eũ teſtõ in quo reliquit Agneti
eius filiæ ex ſcd'a vxore libras quingentas ꝓ ſuo maritare ꝓ eius
dote. Et in oĩbus &c. inſtituit hr̃des ſuos vniuerſales æquai̇r Ia-
cobũ & Nicolaum eius filios ea vxore præmortua. Et Gaſparinũ
eius filiũ ea vxore ſcd'a viuente & eorũ filios maſculos. Et ſi alter
ipſorum decederet ſine filiis tunc ſubſtituit ſuperuiuẽtẽ vel ſup
uiuentes fratres & eorũ hr̃des maſculos vulgariter, pupillariter,
& per fideicõmiſſum. Et deficientibus eorũ hr̃dibus maſculis tũc
eis ſubſtituit fœminas in ſtirpẽ & nõ in capita. Et ſi contigerit ha
bere poſthumos vnũ vel plures maſculos ſibi hr̃des æquai̇r eos
inſtituit cũ dictis Iacobo, Nicolao, & Gaſparino eius filijs maſcu
lis cũ modis & cõditionibus ſuperius deſcriptis de maſculis &c.
prout larius in dicto teſtõ ꝯtinetur cuius copia trãſmittit̃. Qui ſer
Frã. poſtea ſuperuixit annis fere decẽ nato ſibi alio filio ex d. ſcd'a
vxore vocato Zãantonio, in quo & tp̃e dicti Iacobus & Nico-
laus fratres vtrinq; ꝯiuncti ſeorſum habitabãt a patre habẽtes cer
ta bona ſimul in cõione relicta ſibi per quendã eorũ auunculum
ex quibus ipſi viuebant & in eis traſſicabant. Poſtq; dictus Nico-
laus deceſſit extra ciuitatẽ exiſtens in patris ptãte, relicta Cathe
rina eius filia vnica legitima & naturali, & ꝯdõ teſtõ in quo vo-
luit & ordinauit filiã ſuã pupillã cũ erit nubilis ætatis p ſer Iaco
bũ eius hr̃dem vniuerſalem maritari debere ſm &c. Et dictũ ſer
Iaco. eius hr̃dem vniuerſalẽ inſtituit, & appoſuit clauſulã codicil
larẽ & donationẽ cã mor. quã diſpoſitionẽ pater poſtea ratifica-
uit ꝓut melius de iure potuit. Quorũ oĩum copia tranſmittitur.
Deinde dictus ſer Fran. deceſſit iam præmortuo Gaſparino eius
filio. Et relictis Iacobo & Zanantonio poſt teſtm̃ nato D. Agnete
eius filia iam maritata, & Catherina eius nepte ex Nicolao eius
filio premortuo. Poſtq; dictus Iacobus veniens ad diuiſionẽ oĩm
bonorũ paternorũ cum dicto Zanantonio æquis portionibus in-
ter eos diuiſit, & reputans bona hr̃ditatis dicti quondã Nicolai
eius fratris ad ſe ſolũ ſpectare vigore diſpoſitionis conditæ per
dictũ quondam Niculaum de qua. ſ. ea ſolus tenebat dirigens oẽs
actus tam in iudicio q̃ extra pertinẽtes dictæ hr̃ditati in perſonã
ſuã tm̃ nemine ꝯdicente. Et veniens ad mortem dictus Iacob. cõ
didit teſtm̃, in quo legauit dictæ Catherinæ filiæ dicti quondam.
Nico. eius fratris libras mille pro ſuo maritare ſibi dandas tp̃e
nubilis ætatis. Et ꝙ interim alimentetur apud matrem ſuã expẽ-
ſis hr̃ditatis ipſius teſtatoris. Et ſuũ hr̃dem vniuerſalem inſtituit
Zanatonium eius fratrẽ cuius teſti copia tranſmittitur. Poſtea de
ceſſit dictus Iaco. relictis dicto Zanantonio eius fratre. D. Agne-
te eius ſorore & Catherina filia dicti quondam Nicolai. Ex qui-
bus oĩb. plura oriunt̃ dubia, ſuppoſitis ſtatutis ciuita. & ꝓuiſioni
bus ducalibus &c. ¶ Quærit̃ primò, an diſpoſitio de qua. ſ. dicti
Nicolai mortui in patris poteſtate & cõfirmata poſtea per patrẽ
eius aliquo mõ uel iure valere poſſit. ¶ Scd'õ poſito ꝙ valeat ali
quo mõ vel iure, an Catherina filia dicti Nicolai petere poſſit
tm̃ legitimã de iure cõi, an verò petere poſſit duas partes bono-
rũ paternorũ habito reſpectu ad tres vigore ſtatuti ſub rubrica de
maſculorũ ſucceſ. in fi. ſui vbi ſtatuitur non licere aſcendentibus
relinquere extraneis vltra tertiam &c. Et hoc qa aliqui dicunt
ſtatutum locum habere in teſtamentis & non in donationibus.
¶ Tertiò quærit̃ ſi dicta Catherina vel alius eius noĩe infringe-
ret diſpoſitionem dicti quondã Nicolai eius patris vel in iudi-
cio ſuccumberet, & obtineret partes duas liberas bonorũ hr̃dita
tis quondã Nicolai eius patris vigore ſtatuti ſupraſcripti; vel ob
tineret tm̃ legitimã de iure cõi, an ex his oĩbus vel altero iſtorũ
priuata ſeu priuãda legato librarũ mille ſibi facto in teſtamento
Iacobi eius patrui veniret, & an in totum, an ꝓ parte, an in nullo,
ſimiliter de relicto alimẽtorũ ſibi Catherinæ facto in dicto teſtõ.
¶ Quartò an dicta Catherina poſſit venire ad aliquam partem
bonorũ dicti quondã ſer Frãciſci eius aui pr̃ni ex eius teſtamẽto.
¶ Quintò poſito ꝙ non poſſit ex capite teſtamẽti, an poterit ve-
nire de præſenti ad legitimã ſibi debitam de iure cõi & ex proui-
ſionibus ducalibus, cũm reperiatur in teſtõ præterita aui pater-
ni tempore eius mortis vt in prouiſione. ¶ Sextò poſito ꝙ non
poſſit ex. ſ. ſcripto capite, an poterit petere ſe dotari & qñ, vigo-
re ſtatuti de maſculorũ ſucceſ. ¶ Septimò ſi caſus occurreret, ꝙ
ſupraſcriptus Zanantonius filius dicti quondã ſer Franciſci, qui
ſolus remãſit de maribus deſcẽdentibus dicti ſer Frãciſci decede
ret in pupillari ætate vel poſtea qñcunq; ſine filijs, an d. Catherina
ſimul vocaretur cũ D. domi. Agnete ſorore dicti Zananto. vigo-
re ſubſtitutionis factæ in teſtamento ſer Fran. qa ſubſtituit fœmi
nas deficiẽtibus maſculis. ¶ Octauò poſito ꝙ dicta Catherina ali
quid acquireret ex teſtõ ſer Frãciſci eius aui paterni vel ex alio ca
pite vel non acquireret & decederet in pupillari ætate vel poſtea
ſine liberis, an dictus Zanãto. eius patruus vel D. Agnes. eius ami
ta poſſent venire ad bona D. Catheri. vigore dictæ ſubſtitutionis
factæ de poſthumis in teſtmẽto dicti ſer Frãci. eius aui paterni ex
cluſa matre dictæ Catherinæ; & ex quota parte cum tẽpore mor
tis aui paterni dicta Catherina eſſet in eius parte conſtituta.

S V M M A R I A.

1 *Conſenſus patris in donatione filii cauſa mortis poſt mortem eiuſdem præſtitus non conualidat donationem.*

2 *Statutum prohibens quempiam relinquere extraneis in teſtamento, an habeat locum in donatione cauſa mortis.*

De verbo extraneis & de verbo venientibus ab inteſtato.

3 *Hæreditatis commodo ſublato tollitur onus iniunctum eius contemplatione.*

4 *Filia non petit legitimam quando ex ſtatuto maſculi præferuntur.*

5 *Auus tenetur dotare neptem.*

CONSILIVM CCCCXXXVIII.

IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ Quantum ad
primũ quæſitum
clarum eſt, ꝙ dicta diſpõ Nicolai mortuj in patris
ptãte non potuit, nec põt ualere iure teſtamenti uel
codicillorum. l. qui in ptãte. ff. de teſta. de leg. 1. l. 2.
1 C. qui teſt. fa. poſſ. l. pe. †Sed vr̃ ualere iure donationis cauſa mor.
pp conſenſum patris ſubſecutum per l. tam his. §. 1. ff. de don. cau
ſa mor. quia cum requiratur conſenſus patris qñcunque interue
nerit ſufficit. iuxta no. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui
rẽ. hr̃di. per Bar. & p eundem in l. tam his. §. j. de dona. cã mor. In
ꝯtriũ qđ idẽ Bar. ibi no. in fi. qui dicit quòd qñ conſenſus patris in
teruenit ex poſtfacto debet filius perſeuerare in eadem voluntate
donãdi ad hoc vt donatio cõualeſcat. alleg. no. p eundem in l. iu
mortis. eo. tit. Sed in caſu nr̃o tp̃e quo pater laudauit & approba-
uit dictam diſpoſitionẽ filius erat iam mortuus, & ſic eius volũtas
erat iam extincta. ff. loca. l. 4. ergo in ea filius non perſeuerabat, &
per ꝯñs talis approbatio pr̃is nihil profuit ad conualidandum di
ctam donationẽ. Præterea & ſubtilius, dicta donatio ab ipſo prin
cipio ſine patris conſenſu non fuit valida, ſed veniebat validanda
ex conſenſu ſecuturo, & ſic interim erat in pẽdenti. Siue ergo di
camus, ꝙ ſecuto conſenſu donatio ꝯfirmet̃, vt ex nunc, & ſic donõ
requirat̃ ad ꝯſenſum ſiue vt ex tunc & ſi. ꝯſenſu trahatur ad donõ
nem, ſequitur qđ fiat hoc per quandã fictionẽ, q̃ dr̃ fictio transla
tiua, qa vnum tempus trahitur ad aliud. in ata plene no. p Bar. in
l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. in qua fictione requiritur ha
bilitas extremorũ, id eſt ꝙ oĩa ſint in eodem ſtatu taliter ꝙ actus
poſſet de nouo & tunc fieri, cũ conſenſus interuenit ſm Bar. ibi-
dem. & probat̃ in l. qui balneum. §. titia prædiũ. ff. qui potio. in pi
gno. habean. Et ſic requirebat̃, ꝙ filius viueret tunc tẽporis cũ pa
ter approbauit, qa tunc potuiſſet de nouo fieri, cũm aũt eẽt mor
tuus non poterat de nouo fieri, igitur dicta donatio per talem cõ
ſenſum patris poſtea ſubſecutũ non potuit recõualeſcere. caſus
eſt expreſſus qui decidit iſtud dubiũ in. l. fin. ff. cõmuni. prædio.
verſi. Et ideo. Et ſic dictus Nicolaus deceſſit inteſtatus & ſine do
natione cã mor. vñ filia ſua ſibi ſucceſſit in oĩbus bonis ſuis aduẽ
titijs excluſo patre ipſius Nicolai & ẽt fratribus. C. de ſuis & legi.
auth. in ſucceſſione, & in corpore vñ ſumitur. Nec obſt. p̃dictis
prima ꝓuiſio ducalis, q̃ incipit. ꝙ de cætero quodcũq; vltimũ te-
ſtamẽtũ &c. qa loqiur de teſtõ facto p pſonã habilẽ ad teſtãdũ, vt
2 ibi dr̃ in princ. ſed iſte Nicolaus non erat talis. ¶ †Circa ſcd'm q̃-
ſitũ dicendũ eſt, ꝙ ẽt ſi d. diſpoſitio foret valida iure teſti vel do-
nationis cã mor. cũ põt pater ſuus ſibi relinquere minus q̃ eſſet
ſua legitima, poſtq̃ nõ habebat filios maſculos, q̃ erãt duę tertiæ
oĩum bonorũ, q̃ ipſe habebat ſm formã ſtatutorũ; Et hoc pp ter
tiã & quartã ꝓuiſionẽ ducalẽ q̃ incipiũt. vna. ¶ Et ſi in aliqua par
te. Et ſi in aliquo teſtamẽto. Et pp ſtatutum cõmunis Taruiſij
qđ incipit. ad decus. in fi. vbi dicit, qđ nõ liceat aſcendentibus re-
linquere extraneis perſonis vltra tertiã partẽ bonorum ſuorum,
reliquæ duæ tertiæ debeãt applicari veniẽtibus ab inteſtato. Nam
ex eo ꝙ dicit, aſcendentibus. patet vt ſit rectus ſenſus, quòd illud
verbum, extraneis, ſumitur pro oĩbus illis qui non ſunt deſcendẽ

tes,& illud uerbũ, uenientib. ab inteſ. ſumitur ꝓ deſcendentib. ut ſic perinde ſit, ac ſi diceret, ꝙ non liceat aſcendentib. relinquere aliis non deſcẽdentib. ultra tertiã bonorũ,& reliquæ duæ ſint deſcendentiũ,& ita audio ꝙ ſp fuit intellectũ,& practicatũ dictũ ſta totũ.ſ.ꝙ legitima filiorũ ſint duæ tertiæ, licet de iure cõi ſit tertia uel ſemis ſ.n numerũ liberorũ. C.de inoſ.teſt.auth.nouiſſima. In illo ãt qui hẽt deſcendentes ꝯſtat ꝙ illi ſunt uenientes ab inteſt. ut d. auth.in ſucceſſiõe. Nec ob. ꝙ ſtatutũ dicit qđ non liceat relinquere in teſtamẽtis &c. Et ſic p uiã donõis cã mor. vr̃ qđ poſſit extraneis relinquere ultra tertiã, qa ex eo qđ ſtatim ſequit ꝙ duæ tertiæ dẽant applicari uenientib. ab inteſt. q̃ uerba referuntur ad oẽm modũ relinquendi, quia uoluit deſcendentib. ꝓuidere de duabus tertiis, ideo ꝓhibuit extraneis relinqui ultra tertiam in teſtõ, ſed prima rõ ampliat dictũ ad oẽm modũ relinquendi ſicut ẽt reſtringere ſolet. ff. de le.3. l. nomen debitoris. §. ſi. ubi caſus qđ ampliat. ff. de ac. poſ. l. ſi is qui animo. per Dy. poſt gl. de leg. 2. l. cum pr̃. §. dulciſſimis. in quib. eſt caſus ꝙ reſtringitur per rõnem. vnde uidemus in ſimili, ꝙ ſi teſtator ꝓhibet rẽm alienari extra familiam, ſi ultra non ꝓcedit, ſufficit primã alienationẽ fieri in familia. l. pr̃. §. 15. ff. de le. 3. ſed ſi adiciat ꝙ uult eam in familia remanere, efficitur prohibõ realis, & oĩs alienõ non ſolũ prima, ſed ſequentes prohibentur. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & ibi per Bar. Nec eſt rõ, quare dẽret aſcendens plus prohiberi relinquere extraneis ultra tertiam, q̃ per teſtm̃ quod eſt magis fauorabile. l. in teſtamentis. de re. iu. q̃ per donõnem cã mor. Nec quare deſcendentes dẽrent eſſe deterioris condõnis ſecundo caſu q̃ primo. ideo &c. lex autẽ uel ſtatutum dẽt eſſe rõnale. 4. di. c. erit ãt. Et ubi non eſt dare di-

a uerſitatem rõnis, ibi nec iuris danda. ff. de iniuſto teſtam. l. 2. poſt prin. ibi, nec rõ diuerſitatis &c. ff. ad l. acq. l. illud defunctæ. l. 1. Poteſt ẽt dici ꝙ ſumus in caſu ſtatuti, quia in teſtõ fuit factum iſtud relictum ultra tertiam iſti Iacobo fratri teſtatoris capiẽdo teſtm̃, prout de facto fuit factũ, quia fuit hæres inſtitutus, quæ inſtõ nõ fit niſi in teſtõ. C. de teſta. l. non codicillum. Et ſi dicatur non ualere iure teſtamenti ſed iure donõnis cã mor. Rñdeo ꝙ non debet inſpici hæc interpretatio iuris ſed potius qđ de facto geſtum fuit, uoluit. n. teſtari & de facto fuit teſtatus, licet iuris interpretatio non patiatur, ſed nos debemus conſiderare primam. ſ. prout de facto fuit, & prout teſtator putauit, & ꝓut eſſet ſi teſtari potuiſſet. per tex. no. & quod ibi no. Bar. in l. cum qui. §. pe. in fi. ff. de his q. ut indi. & per ſ. quo loco. §. ſi iã mortuo. ff. de hær. inſt. & qđ no. ff. de cond. ind. l. ſeruo manumiſſo. in gl. Verũ eſt ergo dicere ꝙ eſt Nico. in ſuo teſtõ capiendo teſtm̃ ꝓut de facto fuit, & ſ̃m ſuã primæuam intentionem reliquit extraneo ultra tertiam, ergo fecit ꝯ diſpõnem ſtatuti, licet attenta iuris diſpõne, & ſecundaria intẽtione ſua quæ non dẽnt attendi, non reliquerit in teſtõ ſed in donõ-

3 ne cã mor. ¶ † Ad tertiũ dubiũ rñdeť, ꝙ ſi dicta Catherina impugnando teſtm̃ pr̃is, & ẽt donõnem cã mor. auocat ab hærede Iacobi totam hr̃ditatem pr̃is ſui per ea quæ ſuperius dicta ſunt, nõ põt ab eo petere quicq̃ de legato ſibi facto per Iac. pro ſua dote, quia cenſetur reliquiſſe ꝯtemplatione hæreditatis Nicolai ſui pr̃is & ꝓ ſatisfaciendo oneri ſibi impoſito per dictum Nic. qui mandauit eam dotari. Sublato ergo ſibi commodo hæreditatis & bonorũ ex toto non dẽt teneri ad onus, nec ipſe nec hæres eius. ar. ff. de le. 3. l. cũ quis decedens. §. po. & l. Pãphilo. §. fi. cũ ibi no. per Bart ſed ſi non reſcinderet donõnem totam, ſed ſolũ pro duab. tertiis rõne legitimæ, tunc ſi altera tertia quæ remanet, ſufficit ad ſoluer. dõ relictũ factũ dictæ Catherinæ per Iacob. ſimile lib. deducta falcidia, poterit dicta Catherina dictũ legatũ petere per id qđ no. Bar. in d. l. Pãphilo. §. fi. & per l. liberto. §. 1. ff. de an. leg. Nec ob. l. filiũ. §. oĩb. ff. de leg. pſtan. quia hic non impugnat teſtm̃ Iacobi, in quo dictũ legatũ fuit relictũ, quo caſu ꝓcederet ꝯtrium; ſed impugnat teſtm̃ & donõnem cã mor. factã Iacobo a Nic. pr̃em ſuum, ex quo teſtõ ipſa non petit. arg. ad hoc. l. lucius & ſempronia. ff. de leg. 2. Item non ob. l. plautius. ff. de cond. & dem. per q̃ vr̃ ꝙ quatenus diminuitur hæredi. Iacobi de commodo bonorum Nicolai, & ſic ꝓ duabus tertiis occaſione legitimæ, eatenus debet diminui onus legati, quia uerum eſſet hoc in onere intrinſeco facto de ipſa hæreditate quæ fuiſſet ablata, non ſic in onere extrinſeco facto de alio puta de certa quantitate, qm̃ ad illud remanet inſolidum obligatus, ſi illud quod remanet, ſufficit. d. l. liberto. §. 1. de ann. le. & plenẽ no. per gl. in d. l. plautios. & ff. ad treb. l. facta. §. ſi titius. ſi uerò non ſufficeret tunc tanto minus petere poteſt quantum deficit. facit. l. filius. §. apud marcellum. ff. de leg. 1. in ratione ſui.

a ¶ Adaequentia. Facit ad hoc qđ not. uoluit d. Alex. de Imol. in cõ ſ. 70. in 4. uol. & unde doc. in l. 4. ad l. falcid. ubi multa ad materiã colliges.

4 ¶ † Super quarto & quinto & ſexto dubio dicendum eſt, dictam Catherinam nihil poſſe petere de bonis aui ex teſtõ ipſius aui, qa nihil reliquit fœminis extantibus maſculis. Et poſito ꝙ maſculis ꝓcedentibus ſine liberis ſubſtituiſſet ſuperſtites, nõ per hoc vr̃ liberis maſculorũ aliquid reliquiſſe, ut no. in l. lucius. in ſecũ a. ff. de hære. inſti. Nec ẽt põt petere legitimã tanq̃ ꝓterita; qa cũ exiſtentibus maſculis non ſuccederet ab inteſtato, nulla legitima ſibi debebatur in bonis aui paterni ex forma ducalium ꝓuiſionũ. iuxta no. p Bar. in l. titio centũ. §. titio genero. ff. de cõdi. & demonſt. bene tñ põt facere ſe dotari de bonis aui tãq̃ preterita, poſtq̃ tpe mortis aui pr̃ ſuus nõ ꝓcedat, qa mortuus erat, & ſic tenebat primũ locũ, ſicut ẽt q̃libet filia ipſius aui paterni. Et hoc virtute & ſcđm formã ſtatuti de maſculorũ ſucceſſione ſignatam. s. 1. inter ꝓ-

5 uiſionis ſtatuta mihi tradita. † Nã & onus dotãdi neptes ex filio ꝓtinet ad auũ. l. dedit dotẽ. ff. de colla. bono. Nec ob. ꝙ ipſa Catherina reperiret habere bona aduẽtitia patris ſui, ſi impugnabit eius teſtm̃ ſcđm iam d. qa hoc nõ tollit quominus poſſit petere ſe dari de bonis aui, ſicut & filia põt hoc petere licẽt habeat aduentitia bona. C. de do. promiſ. l. fi. ¶ Ad ſeptimũ rñdeť, ꝙ ſi dictus Zã-

a antonius qui vltimus remanſit de filijs ſex maſculis ſer Frãciſci decedet ſine liberis ſuperſtite d. Catherina filia fr̃is & ſuperſtite Agnete ſorore ſua vtrinq; coniuncta, ſi quidẽ in pupillari ætate veniẽt ad ſucceſſionẽ eius ambæ æqualr ex directa pupillari; qa Frãciſcus ꝓdictus deficiẽtibus omnibus maſculis ſubſtituit vltimo morienti fœminas in ſtirpẽ vel ſtirpes, ꝓ qđ patet ꝙ voluit ñ ſolũ ſubſtituere ſuas filias fœminas, ſed ẽt filias filiorũ, aliàs illud verbũ, in ſtirpẽ, nõ caderet nec veniret ad ꝓpoſitõ; & ſic ſi poterit dicere Agnes ſe poniorẽ tãq̃ ꝓximiorẽ, vel tãq̃ magis cõiunctam. ſ. vtroq; vinculo patris & matris, & Catherina ex latere patris tm̃, qa iſta ſorẽt ꝯſiderãda in ſucceſſione inteſtati, nõ in ſucceſſione ex teſtõ ꝓut in ſim. determinat expreſſè Bar. in materia ſubſtitutionis breuiloquæ ſeu reciprocæ. in l. lucius. in pe. vel vl. q̃one. & in l. cohr̃di. §. q diſcretas. ff. de vulga. & pupil. Si verò decedet & dictus Zanantonius ſine liberis poſt pupillarẽ ætatẽ tunc ab inteſtato decederẽt Agnes ſola, ſed ꝑ fideicõmiſſum reſtituet Catherĩ. dimidiam dimidiæ bonorũ paternorũ, alterã dimidiam dimidiæ retinebit pro legitima & trebellianica debitis zanãtonio tãq̃ eius hr̃dem. l. quanq̃. C. ad l. falci. cum ibi not. alteram verò integram dimidiam iure ſubſtitutionis. l. cum pater. §. titio. ff. de lega. 2. Et ſi extabit mater, ſuccedet vnà cum illa, vt in auth. defuncto. C. ad tertul. Sed in primo caſu ſi veniret ex pupillari expreſſa foret excluſa mater. vt l. precibus. C. de impube. & ali. ſubſt. ¶ Super vltimo quæſito dicẽdũ eſt, ꝙ ſi d. Catherina moreret ſuperſtite Zãantonio patruo & Agnete amita, ille non poſſent venire ad ſucceſſionem eius ex pupillari virtute teſtamenti aui paterni & ex ſubſtitutione facta per eum; qa ſi bene inſpiciat ille fecit ſubſtitutionẽ maſculis tam de maſculis ſi extarẽt, q de fœminis ſi non extarẽt, ipſis verò fœminis nullã ſubſtitutionem fecit, poſito quòd huic facere potuiſſet etiam pupillarẽ. Nec ẽt ab inteſtato poſſent ſuccedere ea extãte, ſed illa ſola ſuccedet, vt dicta auth. defuncto. C. ad tertu. Nã inſtituit quatuor ſuos filios maſculos & eorũ filios maſculos. Et aliquo ipſorũ deficiente ſubſtituit ſuperſtites in ſtirpem, & defunctis maſculis ſubſtituit fœminas in ſtirpem, & non in capita, ipſis autem fœminis nullam ſubſtitutionem fecit, nec eas inſtituit, nec ſubſtituit, niſi in defectum maſculorum.

¶ Caſus.

¶ Dominus Franciſcus de Carraria tunc dominus Paduæ confiſcauit bona D. I. eius ciuis in 1390. deinde dicta bona ſic ꝯfiſcata dictus dñs Frãciſcus cõceſſit ad beneplacitum dño. P. in dicto. 1390. qui. D. Franci. in 1405. de menſe Iunij reſtituit. A. filium dicti. I. ad gratiam ſuam, & ſibi reſtituit oĩa bona quõdã. I. patris ſui, qui A. ñ potuit intrare poſſeſſionẽ poſſeſſionũ ſibi reſtitutarũ dicto tpe, qa dictus dñs Frãciſcus & territoriũ Paduanũ erat obſeſſum ab exercitu do. Venetorũ, & ſtante d. obſeſſione dictus A. reſtitutus in dicto 1405. mortuus eſt vltimo menſis Iulij relicto poſt ſe Frãciſco pupillo eius filio tunc ætatis annorũ decẽ, deinde poſtquã dominatio Venetiarum expulſo dicto D. Frãciſco de Carraria accepit Paduam præfata dominatio miſit ſuos rectores & prouiſores cũ libertate videndi & cognoſcendi quę bona quondã domini Franciſci de Carraria ſpectabant dominio & gratias & venditiones factas per quondã dictum dominum Franciſcum de Carraria diuerſis ciuibus cum poteſtate laudandi & infringendi dictas venditiones & gratias & aliquas ruperunt

& infregerunt

& infregerunt, & partem laudauerunt. Inter quas laudauerunt di
ctam gratiam factã dicto A. & reſtitutionem bonorũ ſuorum con
fiſcatorũ vt. s. & dicti rectores & prouiſores in laudatione prædi-
cta dixerunt & determinauerunt dictas poſſeſſiones quondam di
cti. I. conceſſas ſupraſcripto P. ad beneplacitum ſpectare de iure
dicto Franciſ. pupillo filio quondã dicti. A. dictus P. qui tenebat
ad beneplacitum dictas poſſeſſiones mortuus eſt ẽt in 1405. de
menſe Maij, regnãte adhuc dicto D. Franciſco de Carraria relicta
dña M. eius filia, quæ M. a dicto tpe citra tenuit & de præſenti te-
net poſſeſſiones quondã dicti. I. conceſſas ad beneplacitũ ſupra-
ſcripto P. eius patri. Mõ dictus Frãciſcus filius quondam A. vellet
vendicare dictas poſſeſſiones tanq̃ paternas & ad ſe ſpectantes &
pertinẽtes, cui obijcitur de præſcriptione infraſcripti ſtatuti ſic di
centis. ¶ Quæritur modo nunquid cucurrerit pſcriptio temporis
pdicti de iure communi uſq; ad tempus. 25. annor. dicti Franciſci
tunc pupilli quando A. eius pater mortuus eſt. ¶ Scdo quia ſta-
tuto cauetur, q tenens & poſſidens bona immobilia p. 20. annos
intelligitur verus dñs & poſſeſſor ẽt titulo nõ obſtẽte, nunquid
currat præſcriptio ſtatutaria contra talem pupillum vſq; ad eius
ætatem vigintiquinq; an. ¶ Tertiõ nũquid dicta M. ſit lucrata fru-
ctus dictorum bonorũ per eam poſſeſſorũ quondam eius patris ad
beneplacitum conceſſorum vt ſupra.

S V M M A R I A.

1 *Princeps ſi bona alicuius confiſcata dat alicui poſſidenda ad ſuum ſcilicet princi-
pis beneplacitum, ijs nec etiam longiſſimo tempore præſcribit.*

2 *Præſcriptio non currit aduerſus pupillum de iure communi.*

3 *Præſcriptio ſtatutaria, quæ perficitur breuiore tempore, an intelligatur curre-
re pupillo.*

CONSILIVM CCCCXXXIX.

1 IN Christi nomine Amen. ¶ † Ad euidentiã
eorũ de quib. quę
ritur, præmittendum eſt, q pp grãm factã dicto Ant.
q condẽnatio prædicta cancellaretur, & q rehabe-
ret oĩa bona cõfiſcata, ſtatim fuit eidem Anto. dñium
illorũ acquiſitũ, ẽt ñ apprehẽſa poſſeſ. ipſorũ p. l. fi. ante fi. ibi ideoq;
C. de ſen. paſ. qa fuit quædã plenaria reſtitutio ad priſtinũ ſtatũ, p
ut diſputando tenuit Ia. Bu. & refert Bar. in d. l. fi. de cuius natura ẽ,
vt illud reſtituat, qđ abſtulit læſio, vt patet ex illo tex. in dicto ver.
ideoq; & l. qđ ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. & no. in l. qui pro-
prio. § atẽ q̃rit. ff. de pcura. ſed cõfiſcatio ſtatim lata ſnĩa dñium pa
tri ſuo abſtulit iuxta no. per Bar. in l. Imperator. ff. de iure fiſ. facit.
l. cõmiſſa. ff. de publica. & c. cũ ſcđm. de hære. lib. vj. qa pro crimi-
ne læſe maieſtatis, ergo reſtitutio in integ. ad ſtatum priſtinũ ſtatũ
reſtituit. arg. ff. de ſolu. l. put quiſq;. iuncta l. ſi vnus. §. pactus. ver.
qđ ẽt in ſpecie dotis. ff. de pac. & q no. Bal. in fi. C. de inoſ. do. l. j.
in fi. p. l. ſi vnq̃. in fi. C. de reuo. dona. Itẽ qa, & ſi fuiſſet neceſſaria
poſſeſſionis apphẽſio, qa tñ apphẽdi nõ potuit, qa ciuitas erat ob
ſeſſa, p apphẽſa cẽſet fuiſſe. ff. de bo. auth. iud. poſ. l. quis cũ ibi no.
p gl. & in §. pcedẽti. ¶ Notãdũ ẽt ad euidẽtiã q ille dñs P. cui do.
Paduanus conceſſit illa bona pcario, naturalẽ tñ poſſeſſionẽ acq-
ſiuit, nõ ciuilẽ. ff. de pca. l. & habet. §. eũ qui. & ibi no. in glo. ſola ve
ro naturalis poſſeſſio nõ eſt ſufficiens ad præſcribẽdũ. l. acquiritur.
§. fi. ff. de acqui. re. do. & no. per dóc. in l. 3. §. ex ꝯrió. ff. de acqui.
poſ. & l. j. in fi. magnæ gl. C. de ſer. fug. Illo aũt moriente & hæres
eius ingrediens poſſeſ. illarũ rerũ tanq̃ hæres cẽſet voluiſſe acquire
re illã poſſeſ. q̃ erat apud defunctũ, nõ dico eãdẽ in ſubſtãtia, cùm
alia ſit poſſeſſio defuncti, alia hrdis. l. 1. §. ſceuola. ff. ſi qs teſta. lib.
eſſe iuſ. fue. Sed ſimilẽ in ſubſtãtia & qualitate, vt ſi defunctus habe
bat naturalẽ tñ precariam & ſic inhabilem ad pſcribẽdũ, ſimilr &
ipſe hæres cenſet vt hæres ingrediẽdo voluiſſe acquirere, & ñ aliã
vel alio mõ. ff. de reg. iur. l. hẽdem. & l. hẽditas nihil aliud. de diuer.
& temp. præſcript. l. cũ hæres, ẽt ſi ignorauerit q̃ & qualis eẽt apud
defunctũ, qa ſub illa tacita & implicita conditione & animo vr̃ adi
re & actum gerere tanq̃ hæres ar. ff. de acquir. hære. l. ſi duo. ff. ſi ea
noxa cã agat. l. fi. ſcđm quæ vr̃ poſſe rñderi ad primũ & ſcđm quæ
ſitum, videlicet q dicta. M. filia & hæres. P. cui d. bona fuerunt cõ
ceſſa ad beneplacitum concedentis & ſic precario, qa ad vſum in-
determinatum. ff. de dona. l. lucius. ñ potuerit præſcribere quãto-
cunq; longiſſimo tpe nec de iure cõi. Nec ex forma ſtatuti Padua
ni, q debet intelligi ſecundũ ius commune, poſtq̃ ſic intellectum
aliquid operatur, quia præſcrip. 30. ann. currentium ſine titulo
reducitur ad. 20. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. & qđ no. C. de iure
deliberan. l. fi. §. in computatione. in fi. magnæ glo. ius autem cõe
uult q ille præſcribat qui tenet & poſſidet rẽ p ſua, & tanq̃ ſuã, &
ſic aĩo cõtinuandi dñium qui inducit acquiſitionem de nouo com
pleta præſcriptione. ff. quemad. ſer. amit. l. fin. ff. de aqua quoti. &
æſti. l. 1. §. ariſto. iuncto eo q no. in l. 2. in princi. ff. de acqui. poſ.
ad id qđ dixi animũ continuandi inducere acquiſitionem de no-
uo. Qui aũt poſſidet precario vel fingitur poſſidere ẽt ſi ciuilẽ &
naturalẽ haberet, qđ interdũ contingit, vt no. in d. l. & habet. §. cũ
q. ff. de precario, ñ poſſidet nec fingit poſſidere p ſuo, ſed p alie-
no, cum ſciant vel fingant ſcire rẽ eſſe alienam. i. illius a quo habet
ergo ñ pſcribit ꝯ cuius noĩe ſeu p quo poſſidet. ff. de pig. ac. l. ſi rẽ
alie. in fi. licẽt. n. precaria poſſeſſio ſit iuſta quouſq; durat volũtas
cõcedentis, non tñ pertinet ad iudicij rigorẽ ut proſit ad præſcri-
bendũ. l. cõi diui. §. inter pdones. ff. cõi diui. qđ dixi de cõcedente,
idẽ eſt dicendũ de ſucceſſore eius in illa re ſiue uñi uel ſingulari,
ut ꝯ eos non poſſit pſcribere precario poſſidens, cũ eodẽ iure fũ
gatur ſucceſſor. Nã & licẽt pcariũ non finiatur morte conceden-
tis. l. cum precario. §. fi. ff. de preca. ſed morte eius cui fuit cõceſſum
ſic. Et per cõñs in caſu fuerit finitũ morte illius P. cui fuit cõceſſum;
hoc tñ non pdeſt dictæ filiæ hrdi ſuæ, imo magis nocet ad pſcri-
bendũ, eo quia penes prẽm ſuũ, quia poſſeſſio pcaria iuſta, quia
aderat uoluntas cõcedentis, ſed penes filiã & hrdem nõ eſt iuſta,
quia deficit voluntas cõcedentis, & eius qui ſucceſſit in locũ eius,
& nihilominus dicta filia & hæres dr̃ poſſidere eo mõ quo pr̃. ſ.
nõ p ſe, ſed p alio; iõ ꝯ eũ dat interdictũ de pcario. l. q̃ſitũ. §. fi. ff.
de pca. nõ ſolũ ei q pcario cõceſſit, ſed & q ei ſucceſſit i locũ eius
titulo ſingulari, qa dat occaſione rei & ſic tranſit ad illũ ad quem
trãſit rei dñiũ ẽt titulo ſingulari. ff. de aqua plu. arc. l. ſi tertius. §. ſi
quis prius. nec pt dici q iſta filia cenſeat poſſediſſe p ſuo poſtq̃
pcariũ erat finitũ, tũ quia ut dixit erat finitũ quo ad cõmodũ, ſiue
ut non dicat iuſte poſſediſſe deficiẽte uoluntate dñi, nõ quo ad in
cõmodũ. ſ. ut nõ potuerit pſcribere quia cenſet poſſediſſe p alio,
nõ p ſe, tũ quia initiũ poſſeſſionis inſpicit. ff. de acq. poſ. l. clã poſ
ſidere. in prin. ff. de uſuca. l. ſub. qui. §. ſi qs. & l. qui fundum. §. qui
bona fide. ff. p emptore. nec ẽx perſona hæredis immutat. l. 2. §. ea
his. ff. de ver. obli. tũ quia nemo põt ſolo aĩo cãm poſſeſſionis ſibi
immutare. C. de ac. poſ. l. cũ nemo. cũ ibi plene no. Poſito aũt q p
dicta ceſſarent, & q hęres dicti P. dicatur poſſediſſe d. bona ut ſua
& bona fide. per c. qui in ius. de re. iu. li. 6. Et q habuerit non ſolũ
naturalẽ poſſeſſionem, ſed ẽt ciuilẽ quaſi accreuerit naturali, cum
apud nullũ eſſet mortuo concedente, & nõ apprehẽſa poſſeſſio-
2 ne p aliũ, & ſic pſcribere potuerit. ¶ † Ad primũ q̃ſitũ rñdet q ẽt
de iure cõi vr̃ hic fuiſſe locus pſcriptioni longi tpis cũ titulo, qa
filia dicti P. vr̃ habuiſſe titulũ p hærede, cũ tanq̃ hæres poſſederit
d. bona credens fore hæreditaria. ff. p hærede per totũ. Cõtrariũ
eſt uerius, quia ſi erat in ptãte, nec potuit pſcribere titulo p hære
de, nec titulo p ſuo. C. p hærede. l. nihil. cũ ibi no. in gl. fuit ergo
locus pſcriptioni longiſſimi tpis. ſ. 30. ann. q̃ currit ſine titulo. C.
3 de præſcr. 30. ann. l. ſicut. † q̃ quidẽ pſcriptio nõ currit ꝯ pupillũ,
ſed incipit currere poſt pupillarẽ ætatẽ, ut d. l. ſicut. circa med. in
qua pſcriptione nihil immutat hodie per l. fi. C. in qui. ca. in inte.
reſt. non eſt neceſ. ut ibi hr̃ in fi. inſpecto aũt tpe quo dictus F. fi-
lius A. cõpleuit pupillarẽ ętatẽ, & ſic quo dicta pſcriptio incipit
currere, iã eſſet cõpleta, iã ſunt plures menſes ſi bñ inſpiciat. Sed
ſupereſſet bñficium reſtõnis in integ. ex clã gñali, ſi qua mihi iu-
ſta cã eſſe videbitur, de qua in l. v. in fi. ff. qui. ea cau. ma. pp igno-
rantiam iſtius F. quia nunq̃ ſciuit iſta bona fuiſſe reſtituta prĩ ſuo,
& ſic ad ſe pertinere, niſi a modico tpe circa, quo caſualiter vidit
librum cameræ, in quo hæc continentur quem nunq̃ prius vide-
rat, nec ſibi debet imputari cur non procurauit uidere, tũ quia re
manſerat pupillus tpe mortis patris, & ſic nihil unq̃ dici audiuit
de hoc, vel ſi audiuit non intellexit, quia pupillus qđ videt, igno-
rat. C. de fal. mo. l. 1. tum quia difficile ſibi fuiſſet obtinere, & dña
tionem ſuper hoc adire. ff. de bo. lib. l. qui cũ maior. poſt prin. ibi
alterũ non facile impetret. ff. ad tert. l. 2. §. tractari. ibi, cur non deſi
derauit a principe &c. Competit ergo reſtõ in integ. aduerſus cur
ſum dictæ præſcriptionis longiſſimi tpis, ut not. Barto. in l. 1. §. ſi
quis propter inundationem. ff. de iti. actuque pri. & glo. in l. ſi ſie.
in fi. gl. magnæ. & l. ſi partem. §. 1. in priu. ff. quemad. ſer. amit. tem
pus autem reſtitutionis petendæ. ſ. quadriennium continuum a
die ſcientiæ nondum elapſum eſt. l. fi. C. de temp. in integ. reſt. vi-
detur tamen q iſtud primum quæſitum non fuerit neceſſarium,
quia per ſtatutum Paduanum, quod loquitur de 20. annis, cenſe
tur receſſum a præſcriptione iuris communis de 30. anno. cùm ſe
adinuicem compati non poſſint, quia completa præſcri. ſtatuti p

30.annos nõ eſſet expectãdus lapſus longioris tpis. iuxta not.in
l.j.C.de ſer.fugi,qa effectus dñs per primã amplius effici nõ poſ-
ſet per ſcđam.l.ſequitur.§.lana.ff.de vſuca.Poſſet tñ probabiliter
dici,ꝗ imo dictũ primũ dubiũ fuit neceſſarium & vtile, qa prædi
cta poſſent procedere,qñ pſcriptio ſtatutaria citius finiret ꝗ præ
ſcriptio iuris cõis,ſed ſi tardius,vt ĩ caſu nřo p p id qđ dicã in ſeq.
dubio,ñ cēſetur p ſtatutũ receſſum a ꝓuiſione iuris cõis tãꝗ ple-
niore.p id qđ in ſimi.no.p gl.& docto.in l.fi.C.ſi aduer. rē.iu.&
p docto.in l.in prouinciali.ff.de no.oper.nun.& per ea ꝗ in ſimi.
habentur in l.hæres a debitore.§.qđ ſi hic ſeruus.ff.de fideiuſ.ubi
obligatio acceſſoria nõ extinguitur,nec ꝯfunditur a principali,
qñ p eã plenius prouidet,iuncta l.quotiens.ff.de act.& oblig. Sed
ſi hoc allegeř ſupereſt beneficiũ reſtitutionis de quo.ĩ.dicã,vñ cõ
ſiliũ eſt ad cautelã, ꝗ d.reſtitutio petatur anteꝗ labatur tempus.

3 ¶ † Quantũ vero ad ſcđm qſitũ,an cucurrerit pſcriptio ſtatuta-
ria.20.an.vř dicendũ ꝗ ſic,& prius ꝗ præſcriptio iuris cõis, quia
breuior eſt,& ſuccedere vř loco illius longioris cũ currat ſine ti.
& ſic vř ꝗ inceperit currere ſtatim poſt pupillarē ætatem ſicut il-
la.d.l.fi.in fi.C.in qbus cau.reſti.in integ. ñ eſt neceſ. iunctis his
ꝗ no.p Bar.in l.2.§.fi.ff.ꝓ empro.maximè qa lex illa fi. in prin. ꝗ
vult præſcrip.long.temp.nõ currere durãte minori ætate nõ vide
reř haberē locũ in pſcriptionibus ſtatutarijs.p.c.ꝯſtitutus.de re-
ſti.in inte.& ꝗ ibi no.p In. qa lex illa de talibus nõ cogitauit,ſed
certe licēt nõ cogitauerit in ſpecie.cēſeř tñ cogitaſſe in genere,
qđ tñdē valet.l.qui iure militari.ff.de teſta.mili.C.de trãſact.ſub
ꝓtextu.la.2.& p Bar.in d.l.fi.in fi.C.in quib.cau.vbi determinat ꝫ
Inn.ſ.ꝗ durãte minori ætate talis pſcriptio ſtatutaria ñ currat,qñ
eſt minor.30.an.& ita dicēdũ eſt in ꝓpoſito.Itē ad aliud dici põt,
ꝗ imo ſuccedit loco pſcri.long.temp.ꝗ eſt de iur.cõi,p quã acqui
ritur vtile dñium.iuxta no.in auth.niſi tricēnalis.C.de bo.mater.
qđ patet qa ſtatutũ vult,ꝗ pſumaĩ & habeaĩ pro dño, & ſic habet
maiorē ſimilitudinē cũ illa,ꝗ cũ pſcrip.long.temp. p quã acqriř
exceptio ꝫ dñm ñ dñium.l.ſi qs emptionis.C.de pſcrip.30.anno.
corrigit aũt ius cõe in duobus.Primò qa ius cõe diſtinguit inter
pſentē ꝫ quē pſcribiř.10.an.& abſentē ꝫ quē præſcribitur.20.ſta-
tutum aũt iſtud nõ diſtinguit,Sed vtroq; caſu requirit annos. 20.
Itē qa ius cõe requirit titulũ.l.nullo.C.de rei vē. ſtatutũ vero nõ.
Præterea poſito ꝗ ſuccederet loco pſcriptiõis đ iure cõi,qa ſuffi
ceret miſſio nuncij ſicut in illa.C.de pſcr.30.an.l.ſicut.& no.Bar.
in l.2.§.fi.ff.ꝓ empro.nõ quãtũ ad curſum vel initiũ eius. Nã p-
ſcrip.30.an.currit durãte minori ætate a tpe finitæ pupillaris pp
tpis ꝓlixitatē,qa ſemp finitur poſt minorē ætatē,ſed pſcrip.lõg.
temp.non quia poſſet finiri durãte minori ætate & ſic eſſet opus
reſtitutione,qđ illa lex finalis voluit tollere p rõnē ibi poſitã, qa
melius eſt ante tps occurrere &c.Sed in iſta pſcriptione ſtatutaria
nõ eſt ꝓlixitas tpis.& ſic in ea nõ eſt illa rõ ꝗ in d.pſcriptione.30.
ann.ſed ſubeſt illa,ꝗ ſubeſt in pſcrip.lõg.tempo.de iure cõi,ꝗ cur
rit cũ titulo,& de qua in d.l.fi.& ſic in hoc ſuccedit loco illius cui
magis aſſimilatur,ſ.vt durante minori ætate nõ cucurrerit, ſed ſi
inſpiciatur tempus quo cõpleuit iſte Franciſ. minorem ætatem,
& ſic quo incepit currere,iſta præſcriptio ſtatutaria non erat de-
curſa tpe quo fuit interempta,ergo &c.Sed vnũ eſt qđ plus vř fa
cere dubiũ,ſ.quia in caſu nřo præſcriptio vř fuiſſe cēpta contra
defunctum.ſ.patrem huius.F.petẽtis cui facta fuit reſtitutio di-
ctorũ bonorũ,qa ſtatim agere potuit & auocare a dicto poſſeſſo-
re,vnde licēt per paucos dies vixerit,vt dicitur,ſcilicet p.30.dies
tamen ex quo fuit cēpta,continuata fuit contra hæredem eius li-
cēt minorem,nec fuit interrupta propter minorem ætatē filij &
hæredis; tamen finita minori ætate poterat peti reſtitutio infra
quadriēnium continuũ,quæ petita non fuit,ideo iſte Fran. vide
tur excluſus per.l.1.& quod ibi nota.C.ſi aduer.vſucap.& per.l.
etiam ei.ff.de mino.quæ non ſunt correctæ p illam.l.fi.C.in qui
bus cauſis.vt not.ibi per glo.& doct.Sed iſtud tollitur ex eo qđ
tunc temporis ciuitas Paduana erat obſeſſa, & ius non reddeba-
tur in ea,vnde non incepit currere,quia ſi prius incepiſſet,deſijſ-
ſet propter hoc currere.& interim dormiuiſſet, vt in c. ex tranſ-
miſſa.extra de præſcriptio.quam dicit Innocen.& Io. And.pro-
cedere non ſolum in clericis & eccleſiaſticis bonis, ſed etiam in
laicis & eorum bonis,quod tenet etiam Bart.in l. naturaliter. ff.
de vſucap.& ſic in terris imperij ſeruandum eſt illud capitulum.
Et eſt ſpeciale in tali impedimento facti vt impediat curſum
præſcriptionis ipſo iure,regulariter ſecus, quia currit & datur
reſtitutio.l.& attilicinius.ff.de ſer. ruſtico. prædio. & per Cy.in
l.quoties.C.de prec.impe.offe. ¶ Super tertio & ult.non expedit
pro nunc diſputare, ſed expeditur cum opus fuerit.

¶ Caſus.

¶ Dñs Fran.de Carraria tũc dñs Paduæ ꝯfiſcauit bona dñi I. eius
ciuis in 1390. deinde d.bona ſic ꝯfiſcata dictus D. Fran. cõceſſit
ad beneplacitum dño P.in dicto 1390.qui d.Fran.in 1405.de mē
ſe Iunij reſtituit A. filium dicti I. ad grãm ſuã,& ſibi reſtituit oĩa
bona quondam I.pris ſui,qui A.non potuit intrare poſſeſſionem
poſſeſſionum ſibi reſtitutarum dicto tpe, quia dictus D.Franc.&
territorium Paduanum erat obſeſſum ab exercitu d.Venetorum,
& ſtãte d.obſeſſione dictus A.reſtitutus in dicto 1405. mortuus
eſt ultimo menſis Iulij relicto poſt ſe Fran.pupillo eius filio, tũc
ætatis annorum 10. deinde poſtꝗ dñatio Venetiarum expulſo di-
cto D.Frã.de Carraria accepit Paduam,præfata dñatio miſit ſuos
rectores & prouiſores cum libertate uidendi & cognoſcēdi quæ
bona quondam Domini Fran.de Carraria ſpectabant dominio,&
gratias & uenditiones factas per quondam dictum D.Franci.de
Carraria diuerſis ciuibus cum poteſtate laudandi & infringendi
dictas uenditiones & gratias, & aliquas ruperunt & infregerunt,
& partem laudauerunt. Inter quas laudauerunt dictam gratiam
factam dicto A. & reſtitutionem bonorum ſuorum confiſcatorũ
ut ſ. & dicti rectores & prouiſores in laudatione prædicta dixe-
runt & determinauerunt dictas poſſeſſiones quondam dicti I. cõ
ceſſas ſupraſcripto P. ad beneplacitum ſpectare de iure dicto Frã
ciſco pupillo filio quondam dicti A. dictus P.qui tenebat ad bene
placitum dictas poſſeſſiones mortuus eſt etiam in 1405.de men-
ſe Maij regnante adhuc dicto D.Fran. de Carraria relicta domi-
na M. eius filia, quæ M. a dicto tpe citra tenuit & de præſenti te-
net poſſeſſiones quondam dicti I. conceſſas ad beneplacitum ſu-
praſcripto P. eius patri. Modo dictus Franciſcus filius quondam
A. uellet uendicare dictas poſſeſſiones tanꝗ paternas, & ad ſe ſpe
ctantes & pertinentes, cui obijcitur de præſcriptione infraſcripti
ſtatuti ſic dicentis. ¶ Poteſtate D. Iacobino Rubeo 1274. Quicũ
que poſſedit ſeu poſſidebit decætero poſſeſſiones aliquas poſitas
in Padua uel Paduano diſtrictu per 20.ann. pacificè & quietè per
ſe uel per ſuos authores iuſtam habeat præſcriptionem & defen-
ſionem,& intelligatur uerus dñs etiam titulo non oſtenſo,& ab-
inde in antea ipſe uel hæredes ſeu aliqui ab eo cãm habentes non
poſſint de ipſis poſſeſſionibus inquietari ſeu moleſtari modo ali
quo etiam per hypothecariam per aliquos ratione ipſius poſſeſ.
Et hoc locum non habeat contra cõe Venetiarum, neque ꝫ cõe
Paduæ,& ſit præciſum. ¶ Ex quo quæritur utrum dictum ſtatu-
tum obſtet dicto F.minori 25. an. & tunc petenti,& ſic cucurre-
rit præſcriptio ſtatutaria uel non contra dictum Frã.pupillũ pe
tentem. ¶ Item ſi precario poſſidens,ſiue ad beneplacitum,poſſit
præſcribere aliquo tempore.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio contra minorem an currat tam de iure communi quam ſtatutario.*
2 *Intellectus ad l.fi.C.in quib.cau.reſti.in integ.non eſt neceſſ. & c.ex tranſmiſſa. extra de præſcr.& eſt idem caſus cum præcedenti.*

CONSILIVM CCCCXL.

1 IN *Chriſti nomine Amen.* ¶ † Quia ſm du-
bium præcedere
debet in ordine,ideo ad ipſum primò reſpondeo, ꝗ
ille cui dominus Paduanus conceſſit dicta bona pre
cario,ideſt ad beneplacitum,non potuit ipſe nec hæ
res eius præſcribere dicta bona quo ad proprietatem contra con
cedentem dictum dominum penes quem erat proprietas, uel cõ
tra illum cui dictus dominus poſtea proprietatem conceſſit lon-
go uel longiſſimo tpe de iure cõi uel ex forma ſtatuti ſupraſcri-
pti,ſiue per conceſſionem precariam fuerit tranſlata ſola natura
lis poſſeſſio,quæ non eſt habilis ad præſcribendum ſine ciuili.l.ac
quiritur.§.fi.ff.de acq.rer.do.& no.in l.1.in fi.magna gl.C.de ſer.
fug.ſiue fuerit tranſlata in eum ciuilis & naturalis,ſm ea quæ no.
in l.& habet.§.cum quis.ff.de prec.qm utroq; caſu recognoſcebãt
concedentem in proprietarium,& cum haberent ab eo cãm, non
potuerunt ꝫ eum præſcribere.l.male agitur. C.de præſcr.30.an.
Et hoc uidemus aperte in uſufructuario qui naturaliter tm poſſi
det rem,in qua habet uſumfructum, quia nec ipſe nec hæres eius
præſcribunt ꝓprietatem ꝫ ꝓprietarium qui ciuiliter poſſidet, &
quē recognoſcunt in ſuperiorem.C.de vſuf.l. neq; fructuariũ, &
ibi gl.ponit rationes,videmus ēt in creditore, qui rem pignora-
tam

tam poſſidet ciuiliter & naturaliter ſecd̃m cõem opi. vt plenè no.
in l.cũ notiſſimi.§.j.C.de ꝑſcrip.30.anno. Nã probata origine.ſ.
qđ habuerit rem pignori, neq; ipſe neq; hæres eius pñt præſcribe a
re longo vel longiſſimo tpe proprietatem cõtra debitorem. C.
de pign.actio.l.nec creditores,& ibi p Cy.in 1.q.ſm Iac.de Arç.
licet gl.3.ibidẽ in fi.videatur ꝯſentire in præſcrip.long. temp.
ſed præcedẽs eſt verior, qa non poſſedit vt dñs, ſed vt creditor;&
ad præſcribendũ dñium requiritur ꝙ quis poſſideat vt dñs,& cre
dat ſe dñm, & ſic iure ſuo & bona fide.l.fi.ff.quemad.ſer.amit.cũ
ibi no.in gl.& p Inn.de poſtu. c.bonæ.il.2.de cã poſ.cũ eccleſia.
in verbo aſtuiſſe. Nec ſi prædicti vel hẽdes eorũ habuerint alium
animũ in mẽte retẽiũ potuerunt ſibi cãm poſſeſſionis immutare
nulla extrinſecus ſuperueniente cã iuſta vel iniuſta & extrinſeca.
C.de acquir.poſ.l. cũ nemo. Nec ob. qđ ſtatutum ſimpliciter &
generalr̃ loqtur de illo qui poſſedit annis.30. quia dẽt intelligi
ſanè ne ꝯtineat abſurditatem, ſ.dũmodo poſſederit eo mõ quo de
bẽt poſſidere volẽtes præſcribere .ſ.tanq̃ domini, nõ aũt qñ tanq̃
non dñi, prout ſunt ꝑdicti qui recognoſcunt ab alio,& reputant
alium dñm, non aũt ſe, qa tales ſunt malæfidei poſſeſſores, qui
nullo tpe pñt præſcribere, vt in regula iur. ſatis.n.operabit̃ dictũ
ſtatutũ vltra ius cõe; ẽt cum d.limitatione, qa vult ꝙ poſſeſſor ẽt
ſine titulo ꝑſcribat lõgo tpe, qđ nõ eſt de iure cõi.C.de rei ven-
di.l.nullo.vñ in aliis debet intelligi ſecd̃m ius cõe, vt no.in l.fi.§.i
cõputatione.in fi.mag.gl.C.de iur.delib.l.vt gradatim.§.& ſi le-
ge.ff.de mune.& hono.C.de noxa.l.2.Ne vnico verbo videat̃ vo
luiſſe oĩa iura corrigere.l.ſi qñ.in prin.C.de inoſ.teſta. aliàs ſeque
retur maxima abſurditas, ſ. quòd ille quem conſtaret recepiſſe
rẽ ad beneplacitũ dñi, finitis.20.annis poſſet denegare dño reſti-
tutionem rei,& dicere ſe ꝑſcripſiſſe ꝫ.l.plures, apochis.C.de fide
inſtr. Nec ob. ſi dicat ſaltem hæres eius debuit poſſe ꝑſcribere; qa
potuit poſſidere vt dñs, ſaltẽ ſi ignorabat defunctũ recepiſſe ad
beneplacitũ; qa dico ꝙ cum poſſederit vt hæres fictione iuris, vr̃
poſſediſſe eo mõ quo defunctus & ñ aliter,& ſic cũ illa qualitate
ꝙ vitio qbus & defunctus ñ inſpecta ſua opinione. per.l.cũ hæ-
res.ff.de diuer.& tẽp.ꝑſcrip.& patet in d. l. neq; fructuarium.C.
de vſufru.vbi ponũtur ad paria hæres & defunctus vſufructua-
rius.& d.l.neq; creditores.C.de pig.actio. Cõcluditur ergò ſtatu
tũ ꝑdictũ ñ habere locũ in caſu, in quo ꝯſtat de origine poſſeſſio
nis.ſ.ꝙ ille defunctus habuit ad beneplacitum, qa nec ille ſi vixiſ
ſet, nec hæres eius potuerũt iſta bona præſcribere ſpacio.20. an.
ſicut đ iure cõi nullo tpis ſpacio ꝑſcribere potuiſſent vt.d.ll. Nec
ob. quoddã aliud ſtatutũ, quo cauetur ꝙ verba ſtatutorũ debeãt
intelligi prout iacẽt nec debeãt gloſſari; qa tale ſtatutum nõ tol
lit neceſſariam & vtilem interpretationẽ, ſed duntaxat friuolam,
prout determinat Bar.in l.omnes po.ff.de iuſti.& iu. & Bal.in l.
3.C.de libe.præter. iſta verò interpretatio, quã dixi, eſt pluſq̃ ne
ceſſaria, al̃s eſſet dicere, ꝙ ille qui ſcit ſe non dñm, nec vult effici
dñs, qa nõ poſſidet vt dñs, efficeret̃ dñs inuitus, qđ eſt ridiculũ. fa
cit qđ no.in l.ſi ego.ff.de nego.geſt. Notãdũ eſt.n.adhuc ꝓ maio
ri euidentia iudicare debentiũ qui forte iura ignorãt, ꝙ de iure
cõi ſi poſſediſti rẽ meã p 30.annos, ñ es effectus dñs p ꝑſcriptio-
nẽ, niſi duobus alijs cõcurrentibus, ſ.ꝙ habueris titulũ a nõ dño
tãq̃ a dño, puta qa alius aſſerẽs ſe dñm, cũ nõ eẽt, tibi vẽdidiſſet,
vel donaſſet, vel ex alia cã tradidiſſet ti.habili ad trãſferẽdũ dñiũ
ſi foret dñs. Itẽ ſcđò requirit̃ bonafides, ſ.ꝙ credas te fore effe-
ctũ dñm ex illo titulo vel cã cũ traditione,& ſic poſſederis po-
ſtea p dictũ tps tanq̃ dñs. Statutum verò iſtud tollit ſolũ primã,
qa vult qđ ẽt ſi nullũ titulũ vel cãm habuiſti a nõ dño, poſſis præ
ſcribere,& hoc operatur ſtatutũ iſtud contra ius commune. Sed
r õ tullit ſecd̃m. Et ideo etiam ſi vis præſcribere ſecd̃m formam di
cti ſtatuti, neceſſe eſt ꝙ credideris te dñm,& ꝙ tanq̃ dñs poſſede
